DE COLLOQUIO WORMATIENSI AD A.O.R. 1740. INTER PROTESTANTIUM ET PONTIFICIORUM...

Johann Paul Roeder, Josè Maria Fonseca de Evora



DE COLLOQVIO WORMATIENSI

AD

A. O. R. cIↄ Iↄ XXXX



INTER

PROTESTANTIVM

ET

PONTIFICIORVM

THEOLOGOS

COEPTO QVIDEM SED NON CONSVMMATO

PLENA ET SVCCINCTA DISQVISITIO

EX

MCS. EBNERIANO

FACTA ET ELABORATA

PER

IO. PAVLLVM ROEDERVM

G. AE. RECT.

NORIMBERGAE A. O. R. cIↄIↄccXXXXIIII

Impensis B. W.M. Enderi Consortium et Vid. B. Iul. Arnold. Engelbrechti

Typis Arnoldianis

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
Io. Paullus Roeder

MVltis quidem, ut opinor, dum huius operis titulum legent, actum agere uidebor; quod in isto rerum euangelicarum negotio praestantissimi solertissimique Scriptores ita iam uersati deprehenduntur, ut nihil certi et explorati nihilque prorsus noui ad eorum relationem, quam totis uoluminibus publicarunt, adiicere quisquam ualeat aut posse credatur. Habent sane, cur ita suspicentur; quando aut historiam Sekendorfianam aut Saligianam ex ipsis tabulariorum secretiorum monimentis erutam concinnatamque perlustrarunt. Verum enim uero, quod fateri citra ullius iniuriam licet, non ita totam exhauserunt rei summam, ut non aliquod post largam eorum messem spicilegium relinquatur: praesertim quum in eo totus elaboraui, ut ex testimoniis fidissimis probatissimisque ueritatem colloquii Wormatiensis asseram et confirmem. Quicquid igitur hac de caussa scriptum aut expressum uidi audiuique, id omne collegi, conquisiui et in formam redegi, ut totum inde corpus quasi rite legitimeque componatur et constituatur. Huius autem corporis prima tanquam stamina fuerunt Manuscriptum EBNERIANVM fide dignissimum, cuius postea mentionem faciamus, sic a me digestum et ordinatum, ut totam huius colloquii historiam per paragraphos distribuerem neque in ipsis quicquam aliud, quam quod in MSC contentum erat, reponerem, in notis uero, quae necessaria duxi, ex aliis Scriptoribus aut explicandae

aut confirmandae rei caussa exscriberem, in fine tandem appendicis loco ipsa rerum tractatarum documenta et monumenta cum ex MScto tum ex aliis rarioribus libris adiicerem, ita, ut fontes allegarem simul, ex quibus testimonia depromebantur. Tali ergo ratione succreuit opus in hanc molem; quae si nullo forsan modo Lectoribus sese commendat suis, hoc certe gratiam conciliare sibi aliquam potest, quod in eo uolumine continentur omnia et singula ex minimis fere circumstantiis, quae ad succinctam et singularem colloquii Wormatiensis historiam pertinere uidentur. Si praeterea, quodnam ego ex isto labore iucunditatis et uoluptatis genus ceperim, pronunciare confidenter licet: miram sane aliorum monimentorum, quae a Sekendorfio, Saligio et reliquis in lucem protracta sunt, cum isto manuscripto consensionem et concordiam laetus deprehendi et notaui, sic, ut inde magnum ueritatis et lucis euangelicae argumentum desumi queat; quum Protestantes in hac rerum publice solenniterque gestarum relatione non iisdem quidem et compositis uerbis sed tamen eodem enarrandi modo ex diuersis passim manuscriptis conuenirent. Quod uero ad EBNERIANI Manuscripti rationem pertinet, hoc ex largissima munificentissimaque communicatione debemus NOBILI VIRO, HIERONYMO GVILIELMO EBNER ab Eschenbach in Artelshofen, Guttenburg, Grunreuth et reliqua, SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS Consiliario actuali, Coronae Insigniumque Imperialium Custodi, Reipublicae patriae Triumuiro, Ecclesiarum Ephoro et Cancellariae Praesidi, Beneficiorum publicorum pro pauperibus et Caussarum tutelarium Academiaeque Altorfinae Curatori primario neque non Gerontotrophii Mendeliani Praefecto grauissimo, Patriae Patri indulgentissimo Maecenatique omnium benignissimo; qui quantum in rerum litterariarum felicitate prouehenda studium et ardorem foueat quantamque capiat ex liberalium et ingenuarum doctrinarum perfectione culturaque uoluptatem, quantum denique fauorem et patrocinium humanioribus artibus largiatur, tot tantisque iam exemplis publicis priuatisque longe lateque ostendit ac comprobauit. Inde etiam factum est, ut, quum inter monimentorum suorum partim ineditorum partim aliunde confirmatorum pretiosissimam supellectilem, quam summo studio collegit et concinnauit,

nauit, scriptum depromsisset a se in ordinem praeter alia huius generis opera digestum, quod magnae uirtutis et ingenii laude dignissimus Vir ERASMVS EBNERVS, Senator olim Ciuitatis nostrae splendidissimus, de rebus sacris et politicis bene immortaliterque meritus sua ipsius manu singulari cum industria de colloquio Wormatiensi, cui Legatus ipse Norimbergensis interfuerat, confecit et exarauit, scriptum hoc, inquam, materiae grauitate et scribentis auctoritate dignissimum tanquam praecursorem totius uitae Erasmi Ebneri, quam composuit et apparauit, ex amore in orbem cultiorem et praecipue Christianum singulari publicam in lucem et communem utilitatem prodire uellet. Habet ergo res litteraria et Christiana, cur de tanto Maecenate Musagetaque gaudeat; qui non suae sed omnium caussae studens bibliothecae splendidissimae cimelia in uulgus edere et in manus eruditorum tradere non recusat quique etiam inter graues rerum publicarum curas uaria iam concepit opera diuersi quidem sed non uulgaris argumenti, sic, ut, quam primum per summa licebit negotia, ultimam subire limam et hinc in lucem cultioris rei prodire possint. Habeo et in primis ego, cur de benigno studiorum meorum Amplificatore gratuler mihi; qui tantum rei sacrae et litterariae momentum ingenio meo demandare uoluit, quod nulli quidem facile hominum fide et opera et industria sed tamen doctrina et eruditione plurimis libenter cedit. Tantam igitur publicae salutis et augendae et confirmandae propensionem quum nemo non doctorum uirorum largo praeconiorum munere prosequatur: quis non impensius uehementiusque mirabitur; si cognouerit attenderitque, prolixiorem esse Maecenati nostro humanissimo mentem animumque promtiorem, quam aut sperari aut expectari queat. Is enim ille est, qui caetera negotiorum EBNERIANA manu conscriptorum momenta suique ingenii felicissimos partus in lucem emittere non dedignetur. Precamur itaque, ut tanto Heroi togato et Musarum Patrono ad tam illustria rerum utilissimarum ac praestantissimarum opera bene feliciterque exsequenda uires animi et corporis uitaeque perpetuitas et otium contingat eueniatque. Quod reliquum est, non ingratum fore Lectoribus puto: si dignissimam memoria uitam ERASMI EBNERI paucis delibemus, ut, quid de caeteris tanti uiri scriptis sperare et expectare possint, breui tanquam in tabella delineatum et adumbratum cernant. Natus est autem

ERASMVS EBNERVS A. O. R. cIↃIↃXI ex Parente uirtutum optimarum laude splendididissimo HIERONYMO EBNERO Ciuitatis Norimbergensis Duumuiro primario &c Viro de ecclesia patria curiaque ad seram usque posteritatem optime maxime merito *. Tanti Parentis filius simillimus et auitarum uirtutum haeres dignissimus statim ab initio aetatis ostendit, quanta polleat ingenii felicitate quantaque iudicii ubertate abundet; quum in Academia Vitembergensi ductu et doctrina Philippi Melanchthonis communis Germaniae Praeceptoris ad omnem artium humaniorum et altiorum disciplinam gnauiter egregieque formaretur. Absoluto igitur studiorum elegantiorum et sublimiori cursu factum est, ut Parentis optimi permissu et indultu Senatus munificentissimi eorum esset in comitatu, qui A. O. R. cIↃIↃXXVIIII ad Comitia Spirensia mittebantur; ubi multa rerum grauissimarum negotia in summa religionis et politici iuris caussa uidit expertusque cognouit sigillatimque praeceptoris sui omnium dilectissimi Philippi Melanchthonis consuetudine frui potuit. Sequenti anno uenit cum eodem Praeceptore suo Augustam Vindelicorum; ubi Confessionis August. Pontificiam Confutationem Latine descripsit ita, ut ad Senatum Norimbergensem in suae diligentiae testimonium mitteretur et approbaretur.** Bene igitur uersatus ex priuato instinctu ac studio in rebus imperii grauissimis difficillimisque peregrinorum mores et doctrinam inspiciendi explorandique caussa longum iter diu multumque per Galliam et Italiam fecit in primariisque horum locorum Vniuersitatibus discendi gratia commoratus fuit. Redux autem post quinquennium in Senatum Ciuitatis patriae laudabili maiorum consuetudine recipiebatur statimque publicis rerum gerendarum laboribus admouebatur potissimumque uero ad conuentum illum Schmalcaldicum A. O. R. cIↃIↃXXXVII a Protestantibus institutum mittebatur ibidemque summis de concilio et religione deliberationibus intererat peractisque aliarum rerum negotiis in patriam reuertebatur; ubi praeter multa, quae

* conf. Christ. Gotl. Schuuarzii Programma, in quo lectorem beneuolum ad orationem publicam de statu inclutae Reipublicae Norimbergensis sub initium regiminis gloriosissimi Romanorum Imperatoris Caroli IIII audiendam inuitat et hac prolusione uitam b. Hieronymi EBNERI Duumuiri quondam Reipublicae Norimberg. primarii et immortaliter meriti breuiter exponit Altorf. Noric. N. XXIII

** conf. Dau. Chytraei Epistolae Hanou. 1614 in 8uo pag. 851. Eiusdem Historie der Augspurg. Confession Franckf. am Mayn 1580 in 4to pag. 379

quae interea fecit, cum Hieronymo Baumgartnero Viro multis meritorum nominibus colendo in augmentum et incrementum ſcientiarum tunc temporis efflorescentium iuſſu et auctoritate Senatus collectos iam et ex coenobiis conquiſitos libros in uſum eruditionis contulit et in ordinem redegit bibliothecaeque publicae, quae adhuc uiget et creſcit, fundamenta iecit. Vt ea taceam, quae in componendis rerum domeſticarum et eccleſiaſticarum diſſidiis ac turbis egit perfecitque EBNERVS noſter, nullo modo ſilere poſſum, quantam in colloquio Wormatienſi, ad quod A. S. cIↃ IↃ XXXX Senatus nomine delegatus fuit, omni ex parte fidem, quantam prudentiam et dexteritatem, quantam continentiam et induſtriam, quantam denique conſtantiam et moderationem praeſentibus omnibus comprobarit impreſſeritque. Poſthaec Comitiis Ratisbonnenſibus interfuit quidem ab initio ſed mox grauiorum maiorumque negotiorum cauſſa reuocatus eſt domum; ubi nihil prius nihilque antiquius habebat EBNERVS uigilantiſſimus, quam ut ſemina phanaticorum occulte ſuccreſcentia lateque progerminantia ſuffocaret et euelleret. Sed non diu moratus in patria Senatus Norimbergenſis conſulto ad Comitia Spirenſia deuenit rerumque difficillimarum deliberationibus adfuit annoque poſtea cIↃ IↃ XXXXIII, quum Comitia Norimbergam translata eſſent, curam gerebat ſupplicationum demandatam ſibi et aliarum rerum commiſſa negotia ſtrenue laudabiliterque adminiſtrabat: porro etiam, quum A. O. R. cIↃ IↃ XXXXIV Comitia Spirenſia nec multo poſt Conuentus iterum Wormatienſis inſtitueretur, eo miſſus publice ſummorum momentorum labores dexterrime ſuſceptos exantlabat annoque tum cIↃ IↃ XXXXV, quum Proteſtantes Francofurti de religione conueniſſent, ſingularibus inſtructus mandatis ita ſeſe in cauſſa lubrica et ancipiti geſſit, ut Superiorum ſuorum uoluntatem et fauorem deuinciret ſibi ſummo cum applauſu. Vt caetera officiorum commiſſorum genera praetermittam, quae paſſim paſſimque contigerunt, A. O. R. cIↃ IↃ XXXXVII ad Auguſtana Comitia Senatus nomine deputatus eſt miramque ſane prudentiam et ſagacitatem in recipiendo libello, quem dixerunt Interim, uaria turbarum occaſione rerumque moleſtiſſimarum periculo inſtante non in patriae tantum eccleſiae ſed multarum quoque aliarum eiusdem religionis ciuitatum emolumenta propinauit et oſtendit annoque tandem cIↃ IↃ L, quum ad Comitia Auguſtana diuerſarum

uersarum Ciuitatum nomine ablegatus uenisset, non minorem, quam in caeteris publicorum negotiorum curis et laboribus prudentiam industriamque et experientiam manifestauit et in lucem omnibus exposuit. Tantum igitur se uirum, qui de rerum ecclesiasticarum et politicarum statu in melius restituto bene immortaliterque merebatur, ostendit EBNERVS noster, ut ipsius uirtutem nunquam satis admirari, nunquam satis praedicare et laudare possimus. Quid uero in istis rerum bellicarum turbis ab Alberto Marggrauio excitatis ad salutem patriae ciuitatis defendendam ac tuendam consilio suo effecerit, nimium est hoc loco sigillatim recensere; quum ista omnia largiori occasioni et ampliori campo reseruentur. Sed tamen, ut multa paucis dicamus, EBNERVS noster, quum Coniunctorum Statuum Circuli Franconici a consiliis bellicis esset, non in legationibus modo summam fidem et dexteritatem uerum etiam in discriminibus belli laudabilem fortitudinem et prudentiam exeruit potissimumque in efficiendis pacis conditionibus et auertendis hostilium armorum periculis miram animi sagacitatem et praesentiam multis Germaniae Principibus approbauit Ducique nominatim Brunsuicensium Henrico suam operam commendauit. Tandem uero, quum ERASMVS EBNERVS in tanta luce meritorum excellentissimorum uersaretur, in Caesaris Augustissimi Caroli V euocatus est aulam inprimisque a Philippo Rege Hispaniarum inter suos receptus, ut tales secum haberet uiros, qui rerum Germanicarum bene gnari scientesque dici possent. Sed quum ille Rex in Hispaniam ex Anglia reuerteretur, in Germania remansit illincque demum quum a Iulio Brunsuicensium Duce Consiliarii aulici (quod nomen etiam Consiliariis intimioribus eo tempore competebat) munere donatus esset, cum altera uxore sua Guelpherbytum abiit et concessit ibique summis rerum maximarum negotiis bene feliciterque peractis et praecipue Christianae Confessionis inter Brunsuicenses opere consummatoincredibilem sibi nominis immortalitatem comparauit, donec plenus gloria meritorum famaeque superstes A. O. R. cIↃ IↃ LXXVII uitam cum morte commutaret. Haec sunt, quae in medium proferre uolui praefationis loco. Si placet tibi, beneuole Lector, accipe et fruere, quantum libet. Vale.

Scriptores

Scriptores, qui in colloquio Wormatiensi citati sunt tanquam fontes, omissis aliis et quidem sat multis, Arnoldo, Caranza, Chemnitio, Funkio, Loeschero, Spondano &c

1) Adamus Melchior in Vitis Germanorum Theologorum, qui superiori saeculo Ecclesiam Christi uoce scriptisque propagarunt et propugnarunt, Francofurt. 1653 edit.
2) Brouuerus Christ. in Annalibus Treuirensibus Leodii fol. 1670 edit.
3) Buddei I. F. Isagoge Historico-Theologica ad Theologiam uniuersam &c Lipsiae 1727 edit.
4) Camerarius Ioachimus in uita Philippi Melanchthonis Lipsiae edita 1566 ex officina Voegeliniana
5) Catalogus doctorum Wormatiae praesentium &c in 8uo
6) Colloquium Wormatiense institutum anno MDXL auctoritate inuictiss. Imp. Caroli Quinti Augusti ad dirimendas controuersias Ecclesiasticas &c Vitebergae MDXLII in 4to
7.) De Colloquio Wormaciensi Breue Apostolicum S. D. N. Paulli Papae III, Exhortatio R. D. Thomae Campegii Episcopi Feltrensis, Catalogus Oratorum et Theologorum, qui ad Colloquium missi fuerunt MDXLI Moguntiae ad diuum Victorem excudebat Franciscus Behem in 8uo
8) Colloquium de peccato originis inter Iacobum Colerum et Matthiam Flacium Illyricum a D. Gr. Langemackio tertium editum Lipsiae 1740
9) Eccius Ioannes, in cuius exequias tres orationes funebres prostant anno 1563 Ingolstadii forma duodecima excusae
10) Epigrammata Wormatiensia Vitebergae MDXLI in 8uo
11) Epigrammata quaedam ad uiros, qui Wormatiensi colloquio interfuerunt &c in 8uo
12) Fischlini L. M. Memoria Theologorum Wirtembergensium bipartita in 8uo Vlmae 1710
13) Freherus in Theatro clarorum uirorum Norimbergae 1688 edit.
14) Alle Handlungen die Religion belangend, so sich zu Worms und Regenspurg auf gehaltnen Reichstag des MDXLI Jahrs zugetragen, Wittenberg MDXLII in 4to
15) Historiae Ecclesiasticae Saec. A. N. C. XVI Supplementum plurimorum theologorum epistolis ad Marbachios scriptis constans, editum a Io. Fechtio Durlaci 1684 in 4to
16) Historien von des Ehrwürdigen in GOtt seligen theuren Manns GOttes D. Martin Luthers Anfang, Lehre, Leben rc beschrieben durch Herrn M. Johann Mathesium den ältern und vor seinem Christlichen Ende von ihm selbst in Druck verfertigt, gedruckt zu Nürnberg 1608 4to
17) Hofmannus Christ. Godofred. in noua Scriptorum ac Monumentorum Collect. Tom. I. Lipsiae MDCCXXXI
18) Hortleder Frid. in libro, cui titulus; der Römischen Kaiserl- und Königlichen Maiestet Handlungen rc von den Ursachen des Teutschen Kriegs fol. Tom. I Franckfurt 1517
19) Lambertus Hortensius Montfortius Historicus de Bello Germanico Libr. VII apud Schardium Tom. II Rerum Germanicarum fol.
20) Liebe C. S. in den Lebens-Beschreibungen der vornehmsten Theologorum 1730 Gotha

21) Lutheri Mart. Scriptor. German. Tom. VII Altenburgi 1662 fol. edit.

22) Maimbourg P. Ludouicus S. I. in libro, Histoire du Lutheranisme Parisiis 1680 Gallice edito

23) Melanchthon Philippus in Epistolis a Io. Sauberto Norimbergae 1640 editis L. IV, in consiliis a Pezelio collectis, in Epistolis Lugduni Batauorum 1647 excusis, in Epistolis Londini fol. 1642 editis, in operibus suis Tom. IV Vitembergae 1568 edit.

24) Melanchthon Philippus Oper. Part. IV fol.

25) Paullauicinus Sfortia S. I. in uera concilii Tridentini historia Antuuerpiae 1673 Latine edita

26) Pezelius Christophorus in Philippi Melanchthonis Consiliis seu Iudiciis Neustadii MDC forma octaua edit.

27) Pezelius Christophorus in Christlichen Berathschlagungen und Bedencken Philippi Melanchthonis in Teutscher Sprache gestellet und gedruckt zur Neustadt an der Hardt im Jahr MDC forma octaua

28) Plesken Meinhardus in Apparatu litterario Societat. Colligentium

29) Sagittarianae Introductionis in Histor. Ecclesiast. Tom. II de Conciliis et Colloquiis curante Io. Andr. Schmidio 4to pag. 1526

30) Saligius Christian. August. in plena Historia de Augustana Confessione Germanice scripta Tom. I edit. 1730

31) Sapientiae et Stultitiae Historia collecta a Christiano Thomasio A. 1693 Halae edita

32) Saubertus Io. in Epistolis Philippi Melanchthonis Norimbergae 1640 edit. Libr. IV

33) a Seckendorf Vit. Ludou. in Commentar. de Lutheranismo Lipsiae 1692

34) Sleidanus Io. in Comment. de Statu religionis Argentorati anno 1576 edit.

35) Spalatinus in Annalibus Reformat. a Cypriano Lipsiae editis 1718 German.

36) Spanhemii Frid. F. F. Operum T. II Lugduni Batau. 1703 fol.

37) Suauis Petrus Polanus in Historia Concilii Tridentini ex Italicis Latine facta fol. August. Trinobantum 1620 edit.

38) Schuuarzius C. G. in Programmate XIII de Norimbergensibus quibusdam, qui in incluta Academia Regiomontana inclaruerunt Altorfii 1726 edit.

39) Vergerii P. P. oratio de unitate et pace ecclesiae in 4to Venetiis

40) Verpoorten Albert. Men. in Commentatione Historica de M. Bucero Coburgi 1709

41) Uhsen Erdm. in der Kirchen-Historie des XVI und XVIIten Jahr-hunderts nach Christi Geburt ꝛc Leipzig 1710 in 4to

42) Vogt in Catalogo historico-critico librorum rariorum Hamburg. 1738 edit.

43) Weismanni Chr. Eb. Introductio in memorabilia Ecclesiastica Historiae Sacrae Noui Testamenti Pars posterior Stuttgardiae 1719 4to

44) Wernsdorfius in differt. de Osiandrismo in pietismo renato Witteb. 1707

45) Zeltnerus in uita Culmanni Altdorfii 1710 in dissertatione I de eloquentia haeresium obstetrice Altd. 1710

46) Unschuldige Nachrichten von alten und neuen theologischen Sachen ꝛc ad annum 1707 et 1715

§. 1

POstquam in conuentu Haganoico religionis caussa instituto Rex Ferdinandus postulauit, ut Ordines Protestantium a Confessione Augustana eiusdemque Apologia desisterent; illi uero id facere posse recusarunt, quum nondum ab aduersariis confutati sint ipsisque etiam in Recessu Francofurtano spes facta fuerit de Christiano colloquio propediem habendo: post uarias tandem consultationes die XXVIII Iulii A. O. R. CIↃ IↃ XL decretum publicatum est, in quo Protestantibus colloquium Christianum in urbe Wormatiensi die XXVIII Octobris habendum indicebatur. *

§. 2

Caesar itaque Carolus V quum Ferdinandi fratris decretum confirmasset ** datisque litteris hortatus esset Protestantes, ut ad constitutum diem cum legatis theologisque colloquio adessent Wormatiensi, simulque etiam significasset, se missurum eo ex suis aliquem praecipui nominis, neque dubitare, quin Pontifex etiam suos eo mittat legatos dissidii componendi caussa: *** ualde quidem probabant sibi

A Pro-

* conf. Ioannis Sleidani Comment. de Statu religionis &c. Argentorati anno 1576 editi Libr. XIII ad ann. 1540 pag. 367: ubi scribit, *conuentum Haganoicum d. 25 Iun. ann. 1540 a Rege Ferdinando inchoatum ibique post disceptationes ultro citroque habitas nihil ratum ac definitum fuisse; quum Protestantes semper urgerent colloquium de articulis Augustanae Confessionis habendum. Inde factum est*, pergit auctor, *ut die 26 Iulii Ferdinandus decretum publicaret, in quo diem 28 Octobris colloquio Wormatiae habendo statuit.* Add. Viti Ludouici a Seckendorf Commentar. de Lutheranismo Libr. III Sect. 21 §. LXXIX. Caeterum, quae in Conuentu Wormatiensi acta sunt, conferri potest Christiani Augusti Saligii Plena Historia de Augustana Confessione Germanice scripta Tom. I pag. 506 et Sagittar. Introd. in Hist. Eccles. T. II pag. 1525

** caussas, cur Imperator Carolus in fauorem Protestantium pacta Francofurtensia et decretum Haganoicum confirmasset, allegat *P. Ludouicus Maimbourg. S. I.* in libro, *Histoire du Lutheranisme*, Parisiis 1680 Gallice edito pag. 242 his uerbis: *bellum cum Gallis apertum imminere satis praeuidens Carolus V Protestantibus, ne tot hostes uno tempore oppugnandos haberet, satisfacere et pacta Francofurtensia ratihabere statuit. Spretis itaque, quae Legatus et Nepos Pontificis ad auertendum fatale hoc a religione uulnus opponebant, utriusque partis Theologis potestatem fecit inter se de articulis controuersis ad fidem et disciplinam Ecclesiae pertinentibus pro arbitrio transigendi, de quibus tamen tantum sanctae Sedi et Concilio definiendi ius est. Potuisset hinc schisma priori perniciosius nasci totamque Germaniam a corpore Ecclesiae separare. Sed ulterius progressus est. Quum enim theologi neque Hagenoae neque Wormatiae conuenire de controuersiis potuissent; interrupta etiam fuissent colloquia ob grauia negotia Regi Ferdinando et Caesari interuenientia: ipse praesens in Comitiis generalibus hac de caussa Ratisbonae anno sequenti habitis rem definire uoluit.* Verum enim uero quid in hac relatione fictum falsumque sit, ostendit *Seckendorfius* in Commentario de *Lutheranismo* Latine scripto pag. 256 et 294. Addat. *P. Sfortiae Pallauicini S. I. uera concilii Tridentini historia Antuuerpiae 1673 Latine edita P. I L. IV Cap. X §. 19 et seqq.* quum anno 1656 Romae Italice publicatus esset hic liber sub titulo *Istoria del Concilio di Trento scritta dal Padre Sforza Pallauicino* &c Conf. etiam *Petri Suauis Polani Historia Concilii Tridentini ex Italicis Latine facta et A. MDCLVIII* 4to *Gorinchemi edita* Libr. I pag. 79 et 80 et 81 et fol. *Augustae Trinobantum* 1620 edit. pag. 72

*** conf. Sleidanus l. c. pag. 371 et Viti Ludouici a Seckendorf Comment. de Lutheranismo l. c. §. LXXX

Protestantes colloquium institutum simulque pollicebantur, fore, ut destinato tempore praesentes adessent; sed tamen, quod ad Pontificis legatos attinet, quum Caesari nullam praescribere legem ualeant, testari publice non erubuerunt, se nullum tribuere Pontifici Romano primatum nullamque auctoritatem. *

§. 3

Die X Octobris eiusdem anni litteris Bruxella datis Imperator augustissimus NICOLAO PERENOTTO A GRANVELLA, iuris utriusque doctori et equiti, primario rerum publicarum consiliario et supremo libellorum supplicum praefecto splendidam in colloquio Wormatiensi facultatem agendi et potestatem fecit suoque nomine Legatum Oratoremque misit, ita, ut, quicquid actum, factum et tractatum fuerit, ratum et firmum habere uelit. **

§. 4

* conf. in appendice *Copia Protestationis* sub nota A: ubi grauiter diligenterque rationes allegant, cur Pontifici Romano nullam primatus aut praesidentiae dignitatem et auctoritatem concedere uelint ac possint. Scriptum ipsum, quod *Protestationem* uocant, a Philippo Melanchthone consignatum est: sed quum uerbosius acriusque uideretur; traditum est Cancellario Saxonico Dr. Francisco Burckarto, ut mitigaret et in summam contraheret. Plura de formula hac Protestationis §. 8. occurrent. Add. Vit. Ludou. a Seckendorf Commentar. de Lutheranismo l. c. §. LXXX: *ubi legimus, d. VII Octobris ab Electore Saxonico Lutherum caeterosque Wittenbergenses Theologos itemque Iuris-consultos et alios quosdam Consiliarios et Ecclesiastas conuocatos esse, qui inter alia consultarent de potestate Pontificis.* Porro ibidem refertur, *conclusum fuisse, illam non esse agnoscendam sed publica protestatione declinandam.* Formulam Gothae d. XII Octobris conscriptam deprehendes in appendice sub nota B, ceu legitur *in Philippi Melanchthonis Consiliis seu Iudiciis theologicis &c collectis et editis studio et opera Christophori Pezelii Neustadii MDC form. octaua* pag. 394. Liber quidem iste paucis hodie cognitus est et rarissime occurrit, *testantibus illustr. Seckendorfio in Histor. Lutheranismi praeloquio et doctissimo Reinhardo Plesken, nunc Consiliario ecclesiastico et Pastore Stadensi meritissimo in Apparatu litterario Societat. Colligentium pag. 351: conf. Vogt in catalogo historico-critico librorum rariorum Hamb. 1738 p. 387.* Sed tamen Norimbergae in bibliotheca Ebneriana, Herdegeniana et Raideliana inuenitur. Praeterea etiam in bibliotheca Herdegeniana et Raideliana occurrit liber Germanicus, cui titulus est; Christliche Berathschlagungen und Bedenken auf andere nüzliche und heilsame Erinnerungen und Antworten des weiland hocherleuchten gelehrten Mannes Philippi Melanchthonis in Teutscher Sprach gestellet von vielen fürnemmen Religions-Sachen, getreulich zusammen gebracht durch *D. Christophorum Pezelium &c* iezt erst in den Druck gegeben, gedruckt zur Neustadt an der Hardt ꝛc im Jahr *MDC form. octaua.* In hac editione Consiliorum a Ph. Melanchthone Germanice conscriptorum legitur etiam, quantum ad forum nostrum pertinet, Bedenken auf dem Tag zu Worms gestellet Anno 1540 wie auf der Protestirenden Stände Seiten zu handeln in vorstehendem Colloquio und ob der Geistliche Gesandte zu einem Richter anzunehmen in streitigen Sachen. conf. in append. sub nota A*. Add. Epistola M. Lutheri ad Io. Fridericum Electorem Saxoniae scripta, quae continetur Tom. VII Scriptorum Lutheri Altenburgic. pag. 422. Nullo hic silentio praetermittendum est, quanta grauitate quantoque animi feruore allocutus sit Lutherus Vitenbergenses Legatos ad colloquium Wormatiense destinatos, quum iter pararent, quantaque etiam uerborum vi diuinam ipsis caussam commendauerit. Conf. in appendice sub nota Ggg

** conf. in appendice *Mandatum Caesareum super Dominum a Granuella* sub nota C: ubi Caesar scribit, *se nihil magis optasse, quam ut controuersia religionis orta sedari queat, eumque in finem nihil, quod ad concordiam pacemque instaurandam pertinere ualeat, intentatum reliquisse et adhuc relinquere, quum propterea colloquium Wormatiense instituat, ut de singulis articulis Augustanae Confes-*

§. 4

Ad hoc igitur colloquium Wormatienſe quum die XX Octobris ab Electore Saxonico et Haſſiae Landgrauio Norimbergenſium ciuitas inuitaretur *: Senatus Norimbergenſium ex ſuis miſit Erasmvm Ebnervm ** cum doctore Wenceslao Linkio Antiſtite Xenodochiano et Andrea Oſiandro Antiſtite Laurentiano, ut cum caeteris Proteſtantium Ordinibus ueritatem religionis defaecatae in conſeſſu Caeſareae Legationis defenderent ac propugnarent. ***

§. 5

Quae quum facta eſſent: contigit interea, ut non ſolum Caeſar tardum Legati ſui aduentum excuſaret ****: ſed etiam Granuellanus ipſe litteris ad Ordines Imperii datis ***** indicauit, ſe nullo modo defuturum eſſe, quin ſua maturet negotia iterque feſtinet, interim tamen petere ac rogare, ut, ſi celeritate itinerum et animi cogitatione non ad iuſtum aduenturus eſſet diem, ſuam praeſentiam laeta ſpe et fiducia propediem exſpectent.

Confeſſionis pie ſincereque conferatur; ea igitur de cauſſa mittere uirum illum fide, probitate ac prudentia induſtriaque et religionis pacisque ſtudio celebrem, qui natas in Germania religionis controuerſias et diſſenſiones bene feliciterque componat. De ſtudio pacis, quod Granuellanus oſtendit, conf. Sleidanus L. XII pag. 352. Add. Seckendorfius in Commentario de Lutheraniſmo l. c. pag. 257, qui ita ſcripſit: Granuellanus *pro ea, qua apud Caeſarem pollebat, gratia - - mirusque ſimulandi ac diſſimulandi artifex non ſolum Legatos Proteſtantium comiter tractauerat magnumque ſtudium pacis et procurandae reformationis oſtenderat - - -* Add. eiusdem Seckendorfii Comment. l. c. pag. 262 Addit. I

* conf. litterae ab Electore Saxonico et Haſſiae Landgrauio Norimbergam cum exemplari litterarum a Caeſare de colloquio Wormatienſi ſcriptarum miſſae et reſponſio Senatus Norimbergenſis

** Senator erat Norimbergenſis, qui ex plurimis grauiſſimisque rerum eccleſiaſticarum et politicarum negotiis iam tum famam conſecutus fuit ingentem, ut ex praefatione conſtat.

*** in mandatis dedit Senatus Norimbergenſis, ut Eraſmus Ebnerus *cum aliis Ordinibus de iſto colloquio bene diligenterque conferat omnique ſtudio actum illum promouere contendat*, item, *ſi Pontificii Legati adeſſe non deſiſtant, in proteſtatione acquieſcat, ne totum opus ruat, ſed Legatus ille Caeſareus ex iſta diſputatione religionis controuerſae ſtatum penitius inſpicere ac diiudicare poſſit:* theologi uero *ad Eraſmi Ebneri placita ſe componant, modeſte agant in colloquio, uerbum diuinum propugnent, homines non carpant ſed in doctrina ſubſiſtant, ut tanto felicius res ſuccedat modeſtiaeque laus obtineatur.*

**** conf. in appendice ſub nota D litterae Caeſaris auguſtiſſimi ad Ordines imperii Wormatiam conuocatos Bruxella die 12 menſis Octobris datae, ubi ſcribit Caeſar, *Legatum ſuum multis rerum negotiis oppreſſum impediri, quo minus die ſtato uenire poſſit:* inde autem *ſe uelle* pergit, *ut, ne fruſtraneis impenſis iacturaque temporis grauentur Ordines conuocati, citra omnem moram colloquii primordia capeſſant.*

***** conf. in appendice ſub nota E litterae a Granuellano d. 2 Nou. ad Ordines imperii ſcriptae: ubi dolet *concurſum occupationum, qui maturum ipſius aduentum impediat*, cupitque igitur, *ſe excuſatum haberi,* ſimulque promittit, *ſe, quantum poterit, celerrime aduolaturum.* Cauſſam uero cur *moram traxerit Granuellanus*, eam fuiſſe litterae Ebnerianae teſtantur, *ut Moguntinus Archiepiſcopus perduceretur huic colloquio ſua intereſſe praeſentia et cum Caeſareo Legato in Pontificis Romani uicem praeſidere.* Interea quum Granuellanus die 13 Octobris ab Imperatore Bruxellis

§. 6

Ne igitur tempus frustra terant Protestantium Ordines: die IV Nouembris conuenerunt in diuersorio Consiliorum ac Legatorum Saxonicorum ibidemque sua praelegerunt mandata, quae in unum fere omnia et singula directa fuerunt, ut Augustanam nempe Confessionem eiusdemque Apologiam uindicarent et assererent. Deinde etiam collatis inter se consiliis e re fore putarunt *, si theologi quoque suas in priuatis colloquiis rationes computarent in unumque consentirent. **

§. 7

Die V Nouembris coiuerunt iterum Protestantium Ordines *** decreueruntque, ut ex Legatorum et Consiliariorum numero Selectus fieret, per quem summa rerum necessariarum cura geratur et administretur. Sic autem placuit, ut tres ex Principum Legatis Ciuitatumque Deputatis totidem atque ita sex eligerentur nominatimque ex Saxonicis Electoralibus Hassiacisque DOCTOR FRANCISCVS BVRCKARDVS Cancellarius Saxonicus, ex HENRICI Ducis Saxonici Legatis DOCTOR ANDREAS CAMICIANVS, ex Wirtenbergicis DOCTOR PHILIPPVS LANNG, ex ciuitatibus Argentoratensi, Augustana et Norimbergensi IACOBVS STVRMIVS ****, DOCTOR CONRADVS HEEL et ERASMVS EBNERVS.

§. 8

Eiusdem diei horis pomeridianis et antemeridianis sequentis diei conuenit Delectus ille Protestantium Ordinum interque alia, quae ad deliberandum proposita fuerunt, de formula quadam *Protestationis* contra Pontificis Romani praesidium consultauit. Vnde Philippo Melanchthoni demandatum fuit, ut formulam Protestationis conciperet et exararet. Sed quum hoc scribendi genus nimium uideretur acerbum, diffusum et extensum; placuit in summam contrahere et mitigare. Commissum est etiam Cancellario Saxonico, ut formaret Protestationis exemplar; quod, quum

his discessisset; ex mandato Caesareo, ut eaedem testantur litterae, Vesuntium, unde genus duxit, abiit, ut cum Heluet. : res commissas ageret. Quo factum est, ut multis ibidem distentus occupationibus ad diem st. um adesse non posset scriptisque litteris ad Moguntinum reliquosque Principes colloquio designatos Ioannem a Nauia Praepositum Meruillanum praemitteret, qui moram excuset ipsisque desiderium leniat. Conf. Sleidanus L. XIII pag. 371. Add. Seckendorfius l. c. p. 295, qui uirum illum magnum laudum Granuellanarum praeconem uocauit.

* Legati quidem Wirtenbergenses eam rem non necessariam sine ullis adductis rationibus existimarunt. Illi etiam Legati cum Henrici Saxonici Ducis Legatis mandata habebant de bonis ecclesiasticis, quae uero in aliud tempus et in aliam occasionem differebantur.

** Collationes a Theologis Protestantium priuatim institutas de articulis fidei Euangelicae ex ordine descripsit Frechtius Theologus Vlmensis, qui Colloquio Wormatiensi praesens intererat, in Diario suo MSC, quod ex bibliotheca Vffenbachiana comparauit sibi Vir multum reuerendus Schelhornius. Conf. in Append. sub not. Iii

*** de conuentibus Protestantium nomulla scripsit Phil. Melanchth. in Epist. LXIII ad Vit. Theodoricum sub nota F

**** conf. in appendice sub nota Fff; ubi ex manuscripto leges contentionem illam, quam habebat Iacobus Sturmius cum Eccio, qui quidem omni modo allaborauit, ut Iacobum Sturmium ad suas traheret partes. Sed frustra: quum mascule se Iacobus Sturmius opponeret ueritatisque euangelicae puritatem defenderet. Praeterea notandum est, Conradum Heelium in isto colloquio priuato dixisse, esse totam rerum Protestantium disceptationem logomachiam; cui quidem Eccius assensum praebuit, sed Sturmius fortiter negauit.

quum die XI Nouembris coram delectu Protestantium Ordinum praelegeretur *, mitius leniusque habebatur. **

§. 9

Die XX Nouembris Consiliarii et Legati praesidentes *** in diuersorium Legatorum Saxonicorum edixerunt, ut octaua hora Protestantium Ordines in curia apparerent. Vnde etiam factum est, ut omnes ex utraque parte uiri politici et ecclesiastici conuenirent ****. Ingressi Pontificii sinistrum occupabant latus, dextrum autem Protestantes; supremum denique locum tenebant Praesidentes, quorum ex Moguntinis IOANNES AB ERNPERG, Decanus cathedralis ecclesiae Moguntinae, ex Palatinatu LVDOVICVS A FLECKENSTEIN, ex Argentorato COMES AB EISENBERG, ex Bauaricis SEVBELSDORFER fuit. *****

§. 10

Facto igitur consessu Doctor Moguntinus IACOBVS REVTERVS post allegatas instituti colloquii rationes indicauit, Electores Principesque ad intercessionem euocatos animo iam fuisse parato ad praesidendum huic colloquio, sed propter caussas sonticas facere id non potuisse; se igitur Legatos et Consiliarios omnem adhibituros esse operam dilgentiamque, ut felici res ista gaudeat successu. Posthaec litterae ****** producebantur et praelegebantur, quarum una ab ipso Caesare et altera a Granuellano ad excusandum aduentus tarditatem ac moram scriptae et missae fuerunt. *******

* conf. in appendice sub nota A *Copia Protestationis*, qualis in colloquio tradi debebat Latino sermone conscripta. Putauit quidem Erasmus Ebnerus, fieri debere ad conciliandos aduersariorum animos, ut nonnulla porro uerba, quae adhuc dura uidebantur, in mitiora transmutentur: sed ex firmo Saxonicorum animo formula ista, qualis est, immutata mansit; quum suam instructionem praetendissent. Haec autem Saxonicorum Legatorum instructio multam, ut Seckendorfius scribit l. c. constantiam et pietatem spirat: ubi iubentur sese opponere dominatui Pontificio, etiamsi alii ex Euangelicis remittere aliquid in hoc articulo uellent; si separatio inde sequatur, Deo id commendandum esse dicitur etc.

** quinam huc usque status fuerit in conuentu Wormatiensi, Philippus Melanchthon describit in Epistola ad Ioach. Camerarium data. Conf. in append. not G Epist. I

*** Priuatis in colloquiis Legati Pontificis non obscure prodiderunt, *se uelle*, si praesidere ipsis in colloquio isto liceret, *eo rem dirigere, ut nemo, qui contra Lutheranos scripsisset aut odio adhuc flagraret, ad tractatum admitteretur*; quid? quod, si modo Pontificem habere uellent Protestantes caput in politia ecclesiastica, licet non uicarium Christi, *uelle tamen Pontificem in caeteris fere omnibus dispensare.* Vt alia sesamo et papauere mellitisque globulis conspersa uerba taceamus, quae tamen non ex animo profluxisse uidebantur

**** quinam et quot fuerint ex utraque parte uiri politici et ecclesiastici, uidere licet ex appendice sub nota H et Ddd n. 3. Conf. Liber de Colloquio Wormatiensi 1541 Moguntiae excusus

***** Spalatini Annales Reformationis a Cypriano Lipsiae editi scribunt Fridericum a Fleckenstein, Equitem et Comitem Ioannem ab Eisenberg et Seudoldsdorferum Praepositum Monachiensem. Addunt etiam D. Conradum Braun, Doctorem Iacobum Reuter, Bernhardum et Petrum Harrach Secretarios Palatinos. Conf. etiam in Append. sub not. Ddd n. 3. De quibus, si uis, leges pauca quaedam in Epist. LI Ph. Melanch. ad D Hieron. Baumgartnerum sub nota I.

****** conf. in appendice sub nota D et E: quas supra iam §. 5 allegauimus

******* Notandum est in hoc primo consessu Legatos Brandenburgicos Electorales a latere Pontificiorum separatos stetisse huiusque rei caussam, quod nimirum ex aliqua suspicione non admissi fuissent ad priuata Pontificiorum consilia et colloquia, Praesidentibus indicasse. Sed factum est inde ex Praesidentium intercessione, ut in stationem Pontificiorum Brandenburgici reciperentur. De illo dissidio, quod Pontificiis cum Palatinis, Brandenburgicis et Iuliacensibus intercessit inprimis-

§. 11

Hinc uero quum Pontificii per Suffraganeum Moguntinum Praesidibus gratias dixissent simulque declarassent, se in colloquio instituto amice humaniterque acturos esse; horis etiam pomeridianis Cancellarius Saxonicus idem fecit Protestantium nomine promisitque, omnia se collaturos esse, quae ad publicam tranquillitatem pertinere uidebuntur, saluo tamen Recessu Francofurtensi saluisque conditionibus, quae in conuentu Haganoico exceptae iam fuerunt. *

§. 12

Porro etiam Cancellarius Saxonicus Protestantium nomine indicauit, se non habere, cur non admitterent Regiae Maiestatis Legatos **, simulque sibi formam colloquii habendi expetiit annexitque etiam protestationem *** illam factam esse iussu et mandato Electoris sui tandemque addidit, se rogare omnes, ut caeteri Ordines imperii ad audiendum hoc colloquium admitterentur. ****

§. 13

Huic autem Protestantium dicto respondens Praesidentium nomine Cancellarius Moguntinus enunciauit, summa se cum animi uoluptate largam utriusque partis audiuisse promissionem exspectatumque sibi euentum polliceri; adiecitque etiam, se de caeteris postulatis responsa daturos esse. Sed haec dum fiunt: propius propiusque ad urbem Wormatiam accessit Granuellanus, donec tandem hora quarta uespertina XXII Nouembris urbem ipsam ingrederetur. *****

§. 14

Sequenti die Legatum et Oratorem diu iam expectatum non Pontificii tantum sed Protestantes etiam debito iustoque modo exceperunt et salutarunt, missis ad eum Cancellario Electoris Saxonici, Cancellario Principis Hassiaci, Legato Henrici Saxoniae Dvcis, Legato Georgii Marggravii Brandenbvrgensis, Iacobo Stvrmio Civitatis Argentinae et Norimbergensis Reipvblicae Depvtato Erasmo Ebnero. Qui quum ad Legatum admissi fuissent caeterorumque nomine Cancellarius

primisque Iuliacensibus et Brandenburgicis, qui articulos fidei et praecipue articulum iustificationis non multum ab Augustana Confessione discrepantes attulerunt, plura consignauit ex relatione manuscripta Seckendorfius l. c. pag. 295. et Phil. Melanchth. in Epist. ad Luth. et Camerarium script. G et K

* Licet in conuentu Haganoico talis appareret status, ut facile colligi posset, nihil ad sanandam religionis et ecclesiae corruptae tabem sperandum esse: tamen Protestantes non recusarunt ad colloquium uenire, ut diuini Numinis honorem et Christianismi utilitatem promouere possent. Conf. Epist. LXII Phil. Melanchth. ad Vitum Theodoricum sub nota F

** Sed tamen sui Electoris nomine protestatus est de Regis electione: cui quidem respondit nomine Praesidentium Cancellarius Moguntinus, Regis electionem suo stare pretio; quia talis electio facta esset ex ordine

*** Caeteri quidem Ordines Protestantium optarunt sane, ut nulla huius protestationis mentio facta esset.

**** Notandum est, neque in consessu primo Legatum apparuisse Pontificis neque ipsius ullam iniectam fuisse mentionem.

***** cum quadraginta equis mulisque duodecim. Spalatini Annales Reformationis a Cypriano editi sic referunt pag. 446: uenit ante horam tertiam; cui Consiliarii et Legati quatuor Praesidentium Principum non obuiam miserunt, sed aliqui tantum Principes propter Regiam Maiestatem Ferdinandum et Pontificis Legatum. Vnde etiam a Protestantibus Statibus omittebatur. Habuit secum uiros circiter sexaginta cum comitatu et impedimentis mulisque tredecim. Ingressus est palatium ad Curiam, ubi anno uigesimo primo Elector Moguntinus commorabatur

rius Saxonicus Latinis uerbis suam cultus et obseruantiae rationem amoremque pacis testaretur *; ipsis Orator humanissime liberalissimeque respondit ac fidem suam industriamque et operam sanctissime promisit. **

§. 15

Ab hoc autem tempore usque ad diem XXV Nouembris nihil publice gestum est, nisi quod Legatus forsan Caesareus cum reliquis Praesidentibus Legatis priuatim egerit deliberaueritque. Hoc uero die, quum dictus Orator hora VIII matutina singulos ex utraque parte colloquio destinatos in Curiam uocari iussisset, medius in sella parata consedit ipse et utrinque Principum Legati steterunt caeterique huc pertinentes uiri et alii, quotquot capere locus potuit, cingebant coronam.***

§. 16

Facto igitur silentio Caesareus Orator Praesidentibus Consiliariis omnibusque ex utraque parte Legatis Caesareae Maiestatis salutem impertiuit illincque uero litteras systaticas, quas *credentiales* uocant ****, aliasque etiam litteras, in quibus mandata Caesaris continebantur *****, ab Imperatore Latine scriptas exhibuit easque publice Legato Moguntino, Doctori IACOBO REVTERO, legendas tradidit.

§. 17

Inde autem Legatus Caesareus longam grauemque Latinis uerbis habebat orationem: in qua se ad animos praesentium molliendos pacandosque tam procliuem, feruidum et concitatum ostendit, ut uix lacrumis abstinere posset; quum inter

---

* fatebatur imprimis omnium nomine, *se in mandatis potissimum habere, ut, quum Legatus ipse Caesareus de studio pacis, tranquillitatis et concordiae iam dudum eminuerit, in colloquio instanti pie, modeste et pacate omnia ea gerant, quae Christiano nomine digna sint.* De Granuellano pacis studiosissimo conf. Sleidanus Libr. XII pag. 352 et 353 Libr. XIII.

** elegantem habuit orationem, in qua *gratias* primum *egit*, deinde uero *quum publice testatus esset, se non tanto elogiorum cumulo dignum uideri, nullum non promisit studium promouendi ea, quae ad publicam tranquillitatem et concordiam Christianam pertineant:* sed *non opus esse uerbis* perrexit, *ubi testimonia rerum adfutura sint; sic* enim *in animum induxisse suum, ut nihil agere aut suscipere uelit, quam quae homine Christiano et honesto digna haberi existimarique possint.* Gratiis exinde actis Protestantes discesserunt. Conf. Spalatini Annales Reformationis pag. 447

*** conf. Annales Spalatini in Reformat. pag. 447: ubi dies XXIV scriptus extat simulque tamen breuiter narrantur ea, quae hic fusius recensentur.

**** conf. in append. sub nota L: ubi Caesar scribit, *se uelle, ut Granuellano Commissario et Oratori suo in his, quae Caesaris nomine dicturus et acturus est, fidem indubitatam praebeant omnes, qui ad Colloquium Wormatiense destinati sint, non secus, ac si Caesarem ipsum coram loquentem audiant.*

***** conf. in append. sub nota C: *ubi praeterea, quae supra iam §. 3 annotaui, prodimus, Granuellanum dici personam illustrem et summe confidentem eique datam et concessam esse amplam facultatem et potestatem, ut Caesaris nomine in tractatu et colloquio Wormatiensi interuenire et una cum Electoribus et absentium oratoribus simul et separatim agere, consultare, tractare et concludere uicesque et auctoritatem Caesaris interponere aliaque omnia facere possint, quae necessaria uideantur.* Add. Seckendorfius l. c. pag. 295, qui post uerba litterarum Imperatoriarum scribit: *haec magnam quidem Caesaris fiduciam, fortassis tamen etiam ministri superbiam indicant omne ius maiestatis in pace et bello in se recipientis infausto, ut apparuit, cum effectu.*

ter alia, quantam laudem ex concordia olim habuisset Germania qualemue nunc in statum deuenerit ex discordia, praesentium animis inculcaret. *

§. 18

Quae quum perorasset Caesareus Legatus paucisque respondisset Legatorum nomine Iacobus Reuterus supra dictus **: factum est, ut postridie huius diei post deliberationem institutam *** ex Pontificiis et Protestantibus deligerentur uiri, qui Caesareo Legato gratias agerent publicas omniumque Ordinum mentem sententiamque et concordiae pacisque studium proponerent et commendarent.

§. 19

Eiusdem diei hora tertia post meridiem conuenerunt absente Legato Caesareo caeteri ex utraque parte Consiliarii ibique Praesidentes ex ore Doctoris Conradi

* conf. in append. sub nota M: *ubi* primum *Orator excusat Caesaris et Regis Ferdinandi absentiam;* deinde *uero sibi non licuisse* pergit *defugere Caesaream auctoritatem, quamuis huic negotio impar uideatur; tum Caesaris studium et amorem erga Germaniam exponit, nihil ardentius optantis, quam ut dissidium inueteratum tollatur; hinc igitur monet hortaturque et obsecrat, ut ad concordiam Ecclesiae instaurandam omnem operam, diligentiam neruosque conferant.* Addat. *Sleidanus L XIII, pag. 371*, qui totam hanc orationem per argumenta singula excerpsit et in summam contraxit. Conf. *Pallauicini uera historia Concilii Tridentini* P. I Libr. IV Cap. XII §. 2 et *Petri Suauis Polani Historia Concilii Tridentini* Libr. I pag. 72 ex edit. in fol.; ubi Pallauicinus notauit Petrum Suauem Polanum *ex eo, quod scripsit, colloquium debere esse futuri concilii praeludium, quum tamen Legatus Pontificius dixerit modo, Carolum V colloquium hoc tanquam praecursorem quendam, deinde Ratisbonensem conuentum instituisse.* Huc pertinet etiam Christophorus Pezelius in Consiliis pag. 409, ubi ex ore dicentis excepta contenta referuntur. *Lege sis in append. notam N.* Add. Seckendorfius in Comment. l. c. pag. 295, qui sic scribit: *laudauit Granuellanus Caesaris optimas intentiones nec sui oblitus est, Germanorum in se praedicans affectum et suam ad illos demerendos promtitudinem, hortatus est omnes, ut Germaniae misereantur etc illacrumari inde nonnihil coepit (sic erudierat oculos)*

** respondit nimirum Legatorum nomine, *se uelle inter se deliberare, quibus uerbis respondeant Oratori Caesareo, eamque se responsionem domum ei delaturos esse.*

*** Post discessum Caesarei Legati conuenerunt utriusque partis Legati, *se uelle communi nomine responsionem deferre ad Legatum Caesareum*, eumque in finem delegerunt *Moguntinum Suffraganeum, Coloniensem Doctorem Ioannem Gropperum, Doctorem Apelium Bauarum* et *Conradum Herzbachium Iuliacensem* ex parte Pontificia et ex parte Protestantium *Cancellarium Saxonicum, Cancellarium Hassiacum, Doctorem Philippum Langium Wirtenbergensem* et *Erasmum Ebnerum Norimbergensem*, qui hoc responsi ferrent, *se intellexisse ex oratione Legati Caesarei paternum erga Germaniam Imperatoris animum et ipsius Legati uoluntatem promtam et facilem eaque de caussa gratias agere summas et pias inuicemque promittere tantam fidem et industriam in componendo Ecclesiae dissidio, quanta uix sperari possit, ac tandem rogare, ut Caesaris nomine Legatus ad finem optatum perducere colloquium uelit.* Conf. in append. sub nota O. Huic autem orationi respondit dicens, *se laetari de consensu Ordinum conuocatorum suo et Caesaris nomine* rursusque hortatus est, ut coniunctis uiribus ipsam rem aggrediantur. Conf. Seckendorfius l. c. pag. 295. Aliam responsionem nomine Protestantium Oratori factam allegat Pezelius in Consiliis Ph. Melanchthonis pag. 413. Conf. in append. sub nota P

radi Braunii * formam Germanice proposuerunt, secundum quam Colloquium dirigi haberique debeat **. Inde uero quum secessissent Protestantes ad deliberandum, facto uirorum delectu, consignarunt unoque animi consensu confirmarunt et ad Praesidentes Consiliarios detulerunt responsionem, in qua potissimum rogarunt, ut et alii Principum Legati ac Deputati tanquam auditores ad colloquium admittantur et ad Augustanam Confessionem disceptatio instituatur.

§. 20

Ex isto autem uigesimo octauo Nouembris usque ad secundum Decembris nihil actum est publice cum Protestantium Legatis. Conuenerunt quidem, quantum constat, continuis diebus inter se Consiliarii Praesidentes: sed tamen nulla in re consentire poterant ipsorumque animi mirum in modum exacerbabantur. ***

§. 21

Die II Decembris ad horas pomeridianas indictus est conuentus in curiam: ubi, quum ex utraque parte Consiliarii Legatique cum Theologis in distinctis separatisque conclauibus uersarentur, solos ad se Protestantes uocarunt Consiliarii Praesidentes iisdemque in articulos nuper exhibitos per Doctorem Conradum Braunium responderunt, *sibi placere*, ut nulli amplius quam designati Principum Legati et Oratores ad colloquium ullo modo admittantur et ex ipsis his iam designatis secundum

* de Conrado Bruno Euangelicis summe infenso et inuiso conf. Seckendorfius l. c. pag. 172 et 296 Forsan etiam de hoc loquitur Philippus Melanchthon in Epist. II sub nota G

** forma, quam Praesidentes decreuerunt, his articulis constat: *ut nomina uirorum ad colloquium destinatorum indicentur et in Moguntinum tabularium deferantur 2) ut in ordine et numero personarum colloquio destinatarum ex Recessu Hagenouiensi modus teneatur 3) ut ex numero personarum et suffragiorum modus ponatur sermonibus et calculus ducatur, non uero ut ex istis suffragiis iusto plus ad ipsam rem concludatur 4) ut Regiae Maiestatis Consiliarii ad Caesareos Legatos accedant unamque personam sistant 5) ut ex utraque parte Notarii quatuor admittantur et ex iure iurando praestito nihil quidquam extradant ulli, qui non destinatus est ad colloquium 6) ut etiam nihil rerum actarum usque ad relationem Caesari factam publicetur 7) ut denique Protestantes articulos, quos tueri uelint, scriptos exhibeant cum modestia et pietate.* Conf. in appendice sub nota Q. *Addat, Sleidanus pag. 372. His uero articulis respondentes Protestantium Consiliarii rogarunt maxime, ut et alii Principum Legati tanquam auditores admittantur, ut suffragia colligantur fideliterque consignentur, ut praeter Notarios Substitutis etiam adesse liceat, ut denique ad Augustanam Confessionem sermones libere et Christiane instituantur.* Conf. in appendice *sub nota R.* Huc pertinent designationes suffragatorum *sub nota S et W* itemque personarum in Colloquio praesentium *sub nota T.* Add. Spalatini Annales pag. 449 et seqq.

*** conf. Sleidanus l. c. pag. 373: qui scribit, *de forma colloquii, iuris iurandi formula, de numero collocutorum et suffragiorum modo prolixam fuisse inter eos altercationem; quum enim Pontificii animaduerterent, Palatini et Brandeburgensis Electoris atque etiam Ducis Cliuensis Consiliarios in Protestantium partes inclinare, ueritos*, dicit, *ne suffragiis uincerentur, consulto diem ex die ducere, donec aliud a Caesare nunciaretur.* Ex Erasmi EBNERI relatione scripta discimus, *Palatinum Aulae Ministrum Ludouicum a Fleckenstein ex impatientia animi in haec uerba erupisse:* nescio quis me malus genius turbis immiscuerit clericorum. Idem narrat, *magnum inter Pontificios concursum fieri, sed adhuc consiliorum arcana nesciri.* Quantum ego, *pergit EBNERVS noster*, ex omni rerum occasione suspicari possum, de felici euentu praesentis colloquii dubito; sed haec tempus docebit.

Receſſum Hagenouienſem non ultra undecim ordines recipiantur, ut ex utraque parte omnia bene legitimeque proponantur accurateque deſcribantur, *monere etiam*, ne quid rerum geſtarum ante factam Caeſari relationem promulgetur, *uelle inſuper*, ut adhuc plura Confeſſionis et Apologiae Auguſtanae exemplaria tradantur *; id quod tamen Receſſui Auguſtano et Conuentui Norimbergenſi non officiat, *rogare denique*, ut omnia pacate chriſtianeque agantur.

§. 22

Facta autem Proteſtantes inter ſe collocutione per Cancellarium Saxonicum Praeſidentibus Conſiliariis ſuam mentem declararunt: *primum rogare* dicentes, ut caeteri etiam non deſignati admittantur **, *deinde*, ut ipſis formula iuris iurandi a Notariis Subſtitutisque praeſtandi exhibeatur, *tum uero polliceri*, ſe in caeteris articulis promtiſſimos paratiſſimosque fore et ad promouendam colloquii rationem omnia collaturos eſſe, *tandem etiam rogare*, ut ſublatis ubique moris ad ipſum colloquium uia ſternatur et praeparetur.

§. 23

Iam uero quum de articulis controuerſis multa utrinque contentio fuiſſet certisque in rebus perſeueraſſent Conſiliarii Praeſidentes; coactos ſe uiderunt Proteſtantes, ut mentem ſuam ſcripto explicarent; in quo primum teſtati ſunt, *ſe non in culpa futuros eſſe, cur differatur colloquium, atque ideo patienter laturos, ſi de ſententia aliorum non admittendorum cedere nollent Praeſidentes*, deinde uero rogarunt maxime, *ut ſecundum materiam Auguſtanae Confeſſionis et Apologiae ſubſtratam ex auctoritate Caeſarearum litterarum colloquium inſtituatur*, in caeteris denique rebus aequiſſimos ſe et lubentiſſimos obtulerunt. ***

§. 24

Poſthaec quum Praeſidentes Conſiliarii cum Pontificiis de forma colloquii habendi deliberarent; multas inter ſe habebant concurſationes ac diſputationes **** ingentem-

* *duo* nimirum deferantur in tabularium Moguntinum, *unum* Caeſareo Legato, Praeſidentibus *duo* et *duo* tandem caeteris Pontificiis.

** cauſſam huius petiti allegant: *quod iſta res non contraria eſſet Receſſui Hagenouienſi*; quod etiam, *ſi fieret, ut delegatorum aliquis aut aegrotaret aut reuocaretur, non aliter contingere poſſet, quam ut ex defectu eorum, qui colloquio non interfuerunt, tota res impediretur.*

*** conf. in appendice ſub nota V. Caeterum notamus, *hac reſponſione contentos fuiſſe Conſiliarios Praeſidentes ſimulque omnem operam et curam animi promiſiſſe, quid? quod hortatos fuiſſe, ut Proteſtantes ex ſua etiam parte diuinum auxilium efflagitarent.* Reſponderunt his Proteſtantes, *factum iam eſſe, ut in omnibus ubique terrarum locis diuinum a ſuis Numen de felici rerum in colloquio gerendarum euentu imploretur quotidie.* Ex eo tempore fama fuit, *Miſſam ad diem dominicalem in eccleſia cathedrali celebrandam decreuiſſe Pontificios:* ubi etiam conuentum eſt ex parte Proteſtantium, ut *praeco huius loci euangelicus de colloquii negotio rite tractando concionem ſacram haberet.* Seckendorfius l. c. pag. 295 ſcribit: *initium conuentus factum eſt d. VI Decembr. a ſacris; Catholici Miſſae in eccleſia cathedrali et inſtitutae proceſſioni, Proteſtantes concioni in alio templo interfuerunt.* Conf. Spalatini Annales Reformat p. 454. Neque uero ſilentio praeterire licet, die II Decembris Granuellanum ad Electorem Palatinum in arce noua non longe diſtanti uerſatum equo ueniſſe ſed eodem die reuertiſſe: quod ſane multis mirum uidebatur.

**** dici uix poteſt, quanto concurſu Pontificii res agerent ſuas, quae conſilia uoluerent ac reuoluerent quibusque clandeſtinis machinationibus uterentur. Fatigarunt ſane conatuum importunitate ſuo-

rum

ingentemque sua maxime discordia et contentione operam et laborem Caesareo Legato facessebant.

§. 25

Octauo Decembris die omnes ex utraque parte conuocabantur in curiam; ubi, quum Caesareus Orator Electorumque Consiliarii Legatique conuenissent, post longam expectationem Pontificius Legatus * etiam apparuit et in sede quadam destinata locum occupauit sermonemque habuit Latinum, in quo multa de Christiano amore, de seruanda concordia dixit largamque summi Pontificis operam in hoc negotio promisit. **

§. 26

Facta hinc inter Consiliarios Legatosque Pontificios et Protestantes consultatione *** respondebat omnium nomine Doctor Moguntinus Iacobus Reuterus ita, ut

B 2

rum aures et animum Legati Caesarei. Iam etiam sese huic praesentis colloquii negotio immiscent Legati Pontificis. Ipsi adhaec Pontificii conqueruntur de licentia et ferocitate Doctoris Eccii, qui pro more suo effraenate se gessit nihilque consilii admisit, semper iactans, *neminem harum rerum conscium esse, se iam inter sacrum et saxum haesisse, non decere muliebriter angi.* Caeteri quidem Pontificiorum Consiliarii et Theologi modeste agere cupiebant uehementerque displicebat Oratori Caesareo talis Pontificiorum discordia: sed nihil horum ad sanam mentem reducere potuit furentis Eccii audaciam et proteruitatem. Tandem inter eos facta est designatio uirorum, qui colloquio interesse debeant. Conf. in appendice sub nota W

* Fuit is Thomas Campegius Laurentii Campegii frater Archiepiscopus Veltrensis. Add. Pallauicini historia Concilii P. I L. IV cap. XI §. 9. Seckendorfius scribit l. c. pag. 296: *sella ei posita est (quanquam supra Granuellanum illam collocari desiderasse fertur) e regione Legatorum Electoralium sed spatio satis inferiori; locutus est demisse et modeste, ut referunt Legati Saxonici.*

** conf. in appendice sub nota X: ubi primum *ex mandato Christi et Apostoli Paulli uerbo* docuit, *caritatem omnibus Christianis dignam esse*, illincque ostendit, *ex neglecta caritate tot in Germania turbas euenisse*; tum uero probauit, *Romanos Pontifices omni studio quaesiuisse huic malo remedium, sed nihil potuisse efficere; hinc etiam factum esse*, pergit, *ut Caesar colloquium Wormatiense institueret et ex illius uoluntate iussuque Pontificis ipse Legati nomine mitteretur*; tandem hortatur omnes, *ut coniunctis uiribus de resarcienda concordia meditentur.* Add. Sleidanus l. c. pag. 372. Conf. Pallauicini uera historia Concilii Tridentini P. I L. IV. cap. XII §. 4, ubi orationem Pontificii Legati summatim recenset et §. 5 Petri Suauis Polani narrationem confutat. Instructionem, quam accepit a Pontifice Paulo III Thomas Campegius, leges in appendice sub nota E e. Conf. §. 72.

*** diu inter se disceptarunt utriusque partis Legati, non secreto quidem sed in praesentia Legati Apostolici. Placuit Oratori Caesareo, ut *cum mentione summi Pontificis sanctissimique Patris plenoque titulo* responderetur: cui tamen consilio restiterunt Protestantes, qui *Sanctitatis nomen et auctoritatem Apostolicae Sedis* recusarunt. Decies igitur et amplius concurrebatur in praesentia Legati Pontificii, qui haec omnia ex sede sua prospiciebat, donec tandem *renitente saepius ac contendente Legato Caesareo* terminis generalibus responsio conciperetur: in qua dictus iam Reuterus citra ullam Pontificis mentionem Legatum Apostolicum *Reuerendissimi nomine* compellauit indicauitque, *Caesareum Oratorem Legatosque caeteros libenter audiuisse orationem Apostolici Legati grauem et Christianam illincque monitos, ut ne desint officio suo, uicissim polliceri tantum studium, quantum ad pacem et concordiam instaurandam requiratur.* Conf. in appendice sub nota Y. Caeterum obseruari meretur, *hanc responsionem Latine factam ita de simplici et plano*

ut primum nullam faceret Pontificis mentionem, deinde uero commune omnium studium polliceretur. *

§. 27

Sequenti die congregati sunt Protestantium Legati, ut deliberarent **, quid in negotio colloquii promouendo agi debeat ac possit. Decretum est autem, ut quinque delecti Legati *** Caesareum Oratorem adirent ex eoque de colloquii ratione promouenda quaererent. Verum enim uero nihil aliud respondebat, quam in se nullam moram esse; sperare etiam, fore, ut semotis tandem ex utraque parte impedimentis totum negotium feliciter auspicateque succedat. ****

§. 28

no fuisse, ut facile inde intelligere posset Legatus Pontificius, quanti hic ualeret Apostolicae sedis auctoritas. Seckendorfius scribit l. c. pag. 296 *responsum ei fuisse sicce atque aride* nulla cum Pontificis mentione. Addit, *Protestantes paratam habuisse responsionem separatam, quam Melanchthon composuit et Pezelius retulit in collect. Consiliis Melanchth. pag. 423 sed recitatam non fuisse.* Porro, quum abiret Legatus Pontificius: Granuellanus, *scribente Seckendorfio l. c.* scenae seruiens modicam illi reuerentiam, quam uocant, gestu exhibuit. Conf. in appendice sub nota Z. Add. Ioachimus Camerarius in uita Philippi Melanchthonis Lipsiae edita pag. 187; qui scribit, *Philippum Legato Pontificio respondere cupientem a Granuellano, qui Imperatoris Caroli loco praesidebat, prohibitum fuisse hoc facere, metuente, ne uehementius aliquid initio ille diceret, quod impedimento esset progressionibus, de quibus bona spes adhuc erat: quumque Philippus hoc animaduerso se moderate responsurum esse dixisset, postulasse Granuelanum ab eo perquam benigne, ut eo tum labore supersederet.* Et scio, *inquit*, te posse tibi moderari, quando uis. Ita breue et minus elaboratum ab altero quodam responsum datum in eruditorum quorundam dicta incurrit.

* conf. Pallauicini uera historia Concilii Tridentini P. I L. IV cap. XII §. 6; ubi uerba sic se habent: *impetratum quoque fuit, ut, dum ea oratio haberetur, Lutherani abstinerent a consuetis contestationibus atque ita communi nomine actae gratiae Campegio eiusque dicta collaudata nulla facta mentione Pontificis.*

** audiuerunt enim Protestantes in secreto, *factum esse a Pontificiis delectum, qui ex sua parte summam colloquii perpenderent rationibusque subductis computarent*, constare autem *delectum hunc ex monachis sedisque Pontificiae sectatoribus, qui ex Augustana iam Confessione extraxisse articulos quosdam, de quibus per scripta contenderent, quia timerent, ne, si ad colloquium perueniretur, suspecti iam Legati in ferendis sententiis ad alteram partem desciscerent.* Hinc factum est, ut Protestantes conuenirent de adeundo Oratore Caesareo, ex quo forsan caussam huius rei pleniorem xpiscari possent. Praetexentes igitur colloquii procrastinationem rogarunt, ut *colloquium promoueret Orator Caesareus*; hunc enim in finem se uenisse. Simul etiam Legati Principum (quibus uero hac in re assentiri noluerunt Ciuitatum Deputati) petierunt, ut *processus Camerae iudicialis abrogarentur* aut *per colloquii tempus suspenderentur.*

*** delecti erant Cancellarii Saxonicus et Hassiacus, Wurtembergensis, Argentoratensis et Norimbergensis Deputati

**** Exspectabant quidem Protestantium delecti, fore, ut *de Pontificiorum consilio mentionem faceret Orator Caesareus* sed *totam rem silentio praetermisit*: declarauit tamen, *sibi non gratam esse huius colloquii moram eamque non sua culpa fieri aut factam esse*, sperare interim, *si ex utraque parte remota fuerint impedimenta, de felici rerum successu.* Quod denique ad processus Camerae iudicialis pertinebant, respondit Orator Caesareus, *se iam, quum per Spiram profectus esset, monuisse,*

§. 28

Decimo huius mensis Protestantium Legatis iusiurandum Notariorum et Substitutorum extradebatur: in quo illi sancta religione adstringuntur, *omnem actionem sincere fideliterque describere et consignare, neque ulli, qui non ad colloquium pertineat, rerum actarum copiam facere, commentarios* etiam *diligenter custodire, acta* denique *inter se conferre, ut, si Caesarea Maiestas requirat, proponi queant*; his autem, *ut omnia fideliter exscribant, acta sancte custodiant nec praeter Notarios ulli tradant nec, quae resciuerint, ulli aperiant*, iniungebatur. *

§. 29

Protestantes quidem hac in formula iuris iurandi mutanda quaedam exceperunt **: sed postquam Consiliarii praesidentes cum Legato Caesareo deliberarunt, nihil quidquam in huius obstrictionis formula commutare placuit. ***

§. 30

Tali Consiliariorum Praesidentium decreto coactos se uiderunt Protestantium Legati, ut delectu facto eam rem curatius inquirerent suamque tandem sententiam ita scripto exararent Praesidentibusque communicarent: *se quidem in uerbis faciles esse sed tamen petere, ut uerbis nullus alius tribuatur sensus, quam qui est legitimus, atque adeo secundum uerba, quibus nulli nisi ad colloquium pertinenti rerum actarum copia fiat, omnibus et singulis, qui ad colloquium pertinent, per Notarios liceat referri ac describi, quidquid in hoc negotio tractatum fuerit*; deinde *uelle se, ut Consiliarii Praesidentes recordentur ex conuentu Hagenouiensi, Notarios eum in finem ex utraque parte constitutos esse, ut sint utriusque partis exceptores ac descriptores, se quidem fas et aequum putare, ut de hoc negotio tota res ad Caesarem deferatur, immo uel optare, ut huius actus certior fiat Imperator, sed tamen non uidere, cur omnia actorum exemplaria, nullo ex-*

monuisse, ut iuste honesteque agerentur omnia, neque etiam omissurum esse, quin haec amplius faciat. Tandem his uerbis conclusit, *se erga utramque partem ita esse acturum, ut omnes se Germanum antiquae fidei et integritatis experiantur.*

* conf. in appendice sub nota Aa et Bb: ubi notamus, *expressis uerbis mandatum esse, ne quis Notariorum ulli, qui non ad colloquium pertinebat, ullam colloquii actionem detegeret aut copiam descripti exemplaris faceret* itemque *praescriptum, ut acta inter se conferant alterque alterius actis subscribat, ut cuiusque partis Notarii unum originale alterutri parti reseruent*, tandem uero, *Caesareae Maiestati, si requiret, ceu debent, extradant.* Add. Seckendorfius l. c. pag. 296

** Protestantes tria haec exceperunt: 1) ut horum uerborum loco, *nulli, nisi qui ad hoc colloquium pertineat*, reponantur uerba; *nulli, nisi qui ad hoc colloquium destinatus sit* 2) ut addantur his uerbis; *acta, si Caesarea Maiestas requirat, proponi queant*, sequentia, *sic tamen, ut cuiusque partis Notarii unum originale alterutri parti reseruent* 3) ut etiam his uerbis, *nulli aperire*, adiiciatur, *nisi Superioribus suis.* Conf. in appendice sub nota Q et R: ubi uerba notantur lineola transuersa, quae mutata uel adiecta sunt.

*** Responderunt autem sic Legati Praesidentes: *1) se non uelle, ut plures ordines, quam qui ad colloquium ex utraque parte pertinent, de huius rei negotio certiores fiant, atque adeo non admittere posse uerbum illud, quod sensu gaudeat laxiori 2) non posse Caesari modum praescribere; quum enim is director huius negotii sit, potest etiam iure merito acta huius rei postulare omnia et si forsan horum actorum indigeat una aut altera pars, licet ab Imperatore repetere, qui sane fas et aequum tenere nouit 3) non licere ulli nisi ad colloquium pertinenti copiam fieri rerum actarum atque adeo non licere ad Constantium et Hamburgum perscribi res in colloquio factas per Substitutos, ut ut harum ciuitatum a secretis sint.*

cepto tradantur, quin potius necessarium ducere, ut uel unum exemplar alterutri parti relinquatur, ita enim solenne semper esse et in eo casu, quo nulla secutura est partium consensio, prorsus requiri, ut originalia posteritati reseruentur, quum igitur tantae necessitatis ea res sit, rogare, ut Consiliarii Praesidentes huic sententiae locum dent; tandem *etiam petere, ut, quum ciuitas Constantiensis et Hamburgensis cum pluribus aliis ad partes Protestantium pertineat et in hoc praesenti colloquio res omnium Protestantium agatur, ipsis liceat per secretarios suos, qui substituti ordinati sunt, acta rerum gestarum transcribi, alias se coactos esse, ut in eorum locum alios sufficiant substitutos.* *

§. 31

Quum eodem die Protestantium delecti Consiliarii scriptum Latinum eiusdem materiae ad Granuellanum deferrent: talem ipsis responsionem dedit, ut primum diceret, *non esse, cur partes acta habeant, quum ista collocutio non obligatoria sit quumque etiam timendum uideatur, ne per Protestantes acta edantur et multa scandala sequantur*; inde uero proposuit hoc medium, *ut Protestantium Principes ad Caesareae Maiestatis arbitrium deferrent, utrum communicanda sint acta rerum an non*; porro etiam, *quum Protestantes negarent, sibi non licere concedere id nesciis Principibus, respondit, eos sic in caussa esse, cur actio impediatur, ipsisque adhuc perseuerantibus regessit, non alium hoc in finem facere, quam ut acta publicare possent; rogabat insuper Protestantes, ne intricarent negotium et darent occasionem alteri parti nonnulla etiam petendi, quae essent displicitura; uix enim se* pergebat *obtinuisse, ut remitterent Pontificii, quae petebant, de excludendis iis, qui non fuissent in protestatione tempore comitiorum Augustensium, quum erigeretur postea pax Norimbergensis*, itemque *de bonis ecclesiasticis restituendis quotidie se sollicitari* dicebat; innuebat praeterea, *neminem, qui in colloquio non esset, de eodem esse informandum, a Notariis etiam nihil oportere describi iis, qui in colloquio essent, nisi prius decreto suo et Praesidentium hoc Notariis permitteretur*; tandem, *quum Protestantes obiicerent, ea de caussa, ut haberent autenticum exemplar actorum, petiisse adiunctionem Notariorum a partibus, respondit, non alio fine adiunctos esse Notarios a partibus, quam ut Caesari fideliter de rebus actis referretur.* **

§. 32

Post haec autem, quum Protestantium Legati de medio actorum ad Caesaris arbitrium deferendorum, quod Granuella proposuit, inter se deliberarent: unanimi consensu decreuerunt, tale medium non acceptare ***. Commiserunt inde curam et negotium Saxonico et Hassiaco Cancellario, qui sententiam illam conceptam uerbis exprimerent Legatoque Caesareo scriptam traderent. ****

§. 33

* conf. in appendice sub nota Cc

** conf. in appendice sub nota Dd

*** Ex tali rerum conditione ratiocinatus est Ebnerus noster, *fore, ut colloquium disrumpatur*: quum putaret, *aduersarios iam dudum inhiasse occasioni, qua tota huius colloquii ratio impediatur*; siquidem Pontificii ultra tres hebdomadas quotidie coiuerunt, ut scribit, nec tamen, *in articulo de iustificatione* inter se conuenire potuerunt. Illi ipsi etiam, *ceu ex secreta fide accepit* EBNERVS *noster*, adeo inter se diffidebant, ut *Palatini, Brandenburgenses et Iuliacenses* ex una parte *sententiam suam*, ex altera parte *caeteri octo quodlibetum suum ad Praesidentes delaturi essent*. Inde uero, *quum tale dissidium contingat*, operam omnem daturi sunt Pontificii, *ceu pergit Ebnerus*, ut *colloquium sufflaminetur*, ne ipsorum discordia in publicum emergat.

**** Quantum ex Ebneri nostri relatione scimus, firmo animo statutum habebant Protestantes, *se, si Legatus Caesareus de Granuella perseueraturus esset in consilio actorum nulli parti concedendorum, non amplius interfuturos esse colloquio instituto.* Id quod unice cupiebat Pontifex, fatente Pallauicino

§. 33

Dum haec fiebant : mentem suam *de iustificatione* Doctor Eccius placide modesteque ita scripto declarauit, ut ad Protestantium opinionem accederet nimis * ; sed ex instinctu Granuellani theologi uerba huius scripti mutata et in eorum locum acriora et rigidiora posita sunt. Vnde etiam non semel gloriatus est Doctor Eccius, *se suis partium sectatoribus nimium in hoc articulo defaecatum uideri.* **

§. 34

Die decimo quinto Decembris factum est, ut, priusquam Protestantes libellum *de non acceptando Granuellani consilio* *** tradiderunt, Praesidentes ex interpretatione Doctoris Praunii et Argentoratensis Cancellarii Protestantibus significarent, **** *non posse fieri, ut Caesareae Maiestati modus praescribatur in actis retinendis, interim tamen licere utrique parti Legatorum, ut rerum actarum copias et exemplaria procurent sibi, neque etiam dubium fore, quin se facilem in extradendis rerum actarum originalibus praebeat Imperator.* Vt uero huic tandem rei meta statuatur, Protestantes sequenti Veneris die scriptum Praesidentibus exhibuerunt, in quo aperte declararunt *****, *suorum Principum et Magistratuum multum sane referre, ut actorum autenticorum compotes fiant in praesens concilium, si tamen firma stet sententia Praesidentibus, uelle quidem, ne mora colloquio iniiciatur, decedere de mente sua, sed ea conditione, ut Principibus liceat suis Caesaream adire Maiestatem de actis retinendis ipsisque interea rerum gestarum copiae et exemplaria describenda permittantur.* Huic autem libello quum statim per Cancellarium Palatinum et Doctorem Reuterum in praesentia Consiliariorum Saxonicorum respondissent, his uerbis usi fuerunt; *se nihil in actis extradendis Caesareae Maiestati detrahere posse, non uero animum habuisse acta Protestantibus autentica eripiendi, hinc igitur curare se, ut in manibus Notariorum relinquantur usque ad mandatum Caesareae Maiestatis, interim permittere, ut singulorum actorum memoriam describant sibi Protestantes, Notariis etiam eum in sensum iurandum esse, ut praeter destinatos huic colloquio Legatos nulli alii copias et exemplaria communicent, Protestanti-*

Pallauicino *in uera historia Concilii Tridentini* P. II. L. IV cap. XI, §. 13. Add. Spalatini Annales Reformat. pag. 454 et pag. 456

* Ex secreta communicatione legit Ebnerus noster *ea, quae in articulo iustificationis concepit Doctor Eccius.* Tradit etiam modo dictus Auctor, *si eam Pontificii sententiam confirmassent, nunquam recessisse a partibus eorum Palatinos, Brandenburgenses et Iuliacenses :* dum *adeo placide leniterque expressisset mentem suam Doctor Eccius, ut opinioni nostrae non aduersaretur. Vsus* quidem *est uerbis sophisticis et alio dicendi modo, quam qui nostris Theologis usitatus est :* sed tamen *huic uerborum generi facile remedium afferri potuisset.* Vide, quid de hac re sentiat Philipp. Melanchthon, in Epist. LXIIII ad Vitum Theodoricum sub nota F

** ex isto Granuellani Legati Caesarei mandato colligebant Protestantes, *non multum interesse Granuellani concordiam Protestantium,* suspicabanturque tunc temporis, *fore, ut colloquium disrumpatur, si Palatinus, Brandenburgensis et Iuliacensis Legati ab ista Pontificiorum parte defecerint.* Addat. Sleidanus l. c. pag. 373. Add. Seckendorfius l. c. pag. 257 et Spalatini Annales Reformat. pag. 456.

*** conferatur §. 32. Add. Seckendorfius l. c. pag. 295 n. 10

**** conf. in appendice sub nota Ee: ubi fusius de hac re agitur. Notandum est hic, *petiisse Protestantes, ut ipsis in forma exhibeatur responsio Praesidentium de actis et iure iurando Notariorum.*

***** conf. in appendice sub nota Ff: ubi Protestantes collectis ubique rationibus suam *de actis retinendis describendisque exemplaribus* luculenter sincereque sententiam exposuerunt simulque in locum priorum substitutorum, qui a secretis erant Hamburgensium et Constantiensium alios duos, ut omnis controuersia remoueatur, substituerunt.

§. 37

Vt enim tales Pontificiorum conatus impediantur discedentiumque animi confirmentur ipsique denique Praesidentes sciant, nunquam Protestantibus animum esse a Recessu Haganoico abstinendi, scriptum composuerunt duplex * Protestantes, quorum unum Theologorum **, alterum Legatorum *** nomine Praesidentibus exhibebatur, in eoque declararunt, *hunc in finem colloquium esse constitutum, ut omnia secundum decretum Hagenouiense et Caesareae Maiestatis litteras publicas agantur, fas igitur et aequum uideri, ut ex ista norma colloquium dirigatur*, tandem uero rogarunt, *ut iustis precibus monitisque locus relinquatur potissimumque interponant auctoritatem Praesidentes, ne suffragia callide iniusteque praeripiantur, ut etiam controuersiae istae non pro uerborum rixis et logomachiis habeantur.* ****

C §. 38

latinus in Annalibus Reformationis pag. 461 et Ioach. Camerarius in Vita Melanchth. pag. 188 et in appendice sub nota G Epistola III Philippi Melanchthonis ad Ioachimum Camerarium et Epist. LXIV Ph. Melanchth. ad Vit. Theodoricum: ubi fusius exponit totum Pontificiorum certamen cum tribus illis legatis. Quem uero per L. Gellium intelligat Melanchthon, facile suspicari licet; patet enim fuisse Granuellanum. *Conf. Epist. Ph. Melanchth. ad Iust. Ionam in append. sub nota K.* Add. Ep. IV ad Camerarium sub nota G et Epistola LI ad Vitum Theodoricum sub nota F. Idem certamen Pontificiorum cum legatis iam dictis exponitur in *Epistola II ad Lutherum data. Conf. in append. sub nota K.* Vt uero ad L. Gellium reuertamur, putat quidem Iacobus Thomasius in Historia Sapientiae et Stultitiae a Christiano Thomasio collecta T. I pag. 12 Lucii Gellii nomine significari Praesidem aliquem in Colloquio Wormatiensi uel Ratisbonnensi, forsan Iulium Pflugium uel Thomam Campegium uel Petrum Vergerium. Non iniucundum fore Lectoribus credo: si totam clauem, quam D. D. Zeltnerus ex Iacobo Thomasio desumsit Epistolisque Philippi Melanchthonis manu sua praefixit passimque auxit et ego ex Bibliotheca Raideliana describendam accepi. Conf. in append. sub nota Hh. Add. Seckendorfius l. c. pag. 297, n. 14: qui ex litteris Legatorum Saxonicorum et Principis responsis refert, *fuisse ex Catholicis, quum tres illi, Palatinus nempe et Brandenburgensis et Iuliacensis, a caeteris dissentirent, qui dicerent, rixam saltim esse de uerbis. Laborasse itaque, ut dissentientes illos placarent, et a Palatino Electore petiisse, ut alios mitteret Legatos.* Is autem, qui controuersias Protestantium logomachias dixit, fuit Gropperus Coloniensis, *conf. Phil. Melanchth. Epist. I ad Lutherum in appendice sub nota K,* et Eccius, *conf. Phil. Melanchth. Epist. ad Iustum Ionam scripta in append. sub nota K, et Epist. LXIII Ph. Mel. ad Vit. Theodoricum sub nota F,* et Conradus Heel Argentoratensis, *conf. in append. sub nota Fff.*

* duplex illud scriptum Germanice et Latine fuit exaratum.

** scriptum, quod theologorum nomine exhibebatur, compositum erat a Doctore Philippo Melanchthone. Conf. Ep. LXIV Ph. Mel. ad Vitum Theodoricum sub nota F

*** scriptum a Legatis exhibitum includebat libellum theologorum simulque idem Praesidentibus commendabat Legatorum et Theologorum desideria et preces, quibus successum colloquii ex decreto Hagenouiensi expetebant. Conf. in appendice sub not. Ii et Kk. Scripti huius aliam uersionem Germanicam exhibet Spalatinus in Annal. Reform. p. 478

**** primum theologi Protestantium monebant, ne suffragia praeripiantur; quod iniquum esset non audita utraque parte in suffragia ire. Deinde monstrant, controuersias Protestantium non esse logomachias: quia propter eas tantum Pontificiorum odium incurrerint. Caeterum, quod notandum est, scriptum illud theologorum, quod ex *Ph. Melanchthonis Consiliis a Pezelio collectis pag. 416* excerpsit Seckendorfius, uocat idem satis memorabile et serium additque, *Philippum Melanchthonem priuatim ad Granuellanum scripsisse ita, ut diceret, se non desperare de concordia plurimorum articulorum* etc. Conf. Seckendorfius l. c. pag. 297 n. 13. Forsan hoc Granuellano ansam dedit ad colloquii inter duos habendi consilium. Ipsam Melanchthonis epistolam ad Granuellanum excerpsi ex Pezelio sub signo LI in appendice.

§. 38

Neque hic silentio praetermittendum est, Granuellanum Caesareum Legatum forsan ex instinctu Pontificiorum Clericorum in animo habuisse mandatum, ut omnes in urbe Wormatiensi conciones ex utraque parte cessent. Sed quum Protestantes eam rem cognouissent: apud Senatum huius loci grauiter conquesti sunt, hoc fieri in suorum Principum suaeque religionis ignominiam, simulque declararunt, se ex suis constituturos esse, qui uerba publice facerent *. Quae dum a Senatu ad Granuellanum delata sunt: ipse rem in medio reliquit quidem, sed eam tamen praescripsit legem, ut omni uerborum maledicorum conuiciorumque genere abstineatur.

§. 39

Ab eo autem tempore usque ad XXVI Decembris diem nihil inter Protestantes Pontificiosque actum est publice: sed tamen Protestantium theologi saepius inter se conuenerunt **. Tandem die dicto Praesidentes Consiliarii Protestantibus, qui nuper scripto petierunt, ut colloquium promoueatur, coram responderunt, fore, ut in colloquio secundum Recessum Haganoicum cum duobus et uiginti suffragiis res agatur.

§. 40

Quum uero Protestantes expeterent sibi, ut summam huius sententiae scriptam exhiberent Praesidentes Consiliarii; fecerunt quidem Consiliarii praesidentes; sed ea responsione contenti esse non poterant Protestantes. Illi enim sic interpretati sunt Recessum Haganoicum, ut dicerenr, *eam esse mentem Caesareae Maiestatis de suffragiis*

* haec in eum finem Protestantes adiecerunt uerba, ut haberet Senatus Wormatiensis, cur excusaret Granuellano parendi difficultatem. Seckendorfius ita scribit l. c. pag. 295: *Granuellanus quidem postea uariis praetextibus conciones Euangelicorum in templo Dominicano impedire conatus est, sed obnitentibus Legatis et ad hos respiciente Senatu continuatae sunt.*

** conuenerunt quidem theologi nostri, ut de confessionis articulis conferrent. An uero sigillatim *de potestate ecclesiastica* tractauerint inter se, certo explorare non potuit Ebnerus noster: sed tamen ex quorundam sermonibus collegit, factum esse, ut cum aliis theologis de ista re priuatim agerent; siquidem procliues fuerunt ad talem disputationem, praesertim ubi cum peregrinis hominibus conuersati sunt. Verum enim uero quia nouerant, Ebnerum nostrum non eorum fauere sententiae: noluit etiam mentem ipsorum expiscari. Hoc quidem constat, eum in finem Haganoae conuenisse theologos, ut singuli sigillatim indicarent, quonam potissimum modo potestas ecclesiastica restituatur; ceu plurimi multum de hac re iactarunt ac praedicarunt. Quam primum uero fama eiusmodi sermonum ad Consiliarios Wirtembergenses peruenit: suos reuocarunt theologos eoque ipso prohibuerunt, quo minus caeteri conuenire possent. Quid? iam hoc ipso tempore mandatum est theologis Wirtenbergensibus, ne quis de potestate ecclesiastica aut alia re citra consensum Consiliariorum agat. Quod ad ciuitatem Argentoratensem praecipue attinet, res ardua credebatur ac difficilis: quum Bucerus non cessaturus uideretur occasioni datae inseruire. Tantum scimus ex relatione Erasmi Ebneri ad Senatum Norimbergensem facta. Quod ad priuatos theologorum Protestantium conuentus pertinet, eum uel sigillatim conuenerunt in finem, ut, quae forsan Patrum Ecclesiasticorum pensa confecerunt, inter se conferrent, si quidem inter se Patrum Ecclesiasticorum libros diuiserunt partitisque uicibus perlegerunt, ut ex omni parte Pontificiis respondere possent. Conf. Lutheri Scriptorum Tom VII Altenburg. p. 428. Add. in appendice sub nota Ggg. Quae uero Protestantium Theologi de articulis fidei Euangelicae priuatim inter se tractauerint, fusius descripsit Frechtius theologus Vlmensis, qui Colloquio Wormatiensi intererat, in Diario suo MSC, quod ex Bibliotheca Vffenbachiana comparauit sibi Vir multum reuerendus Schelhornius. Conf. in Append. Iii

suffragiis duobus et uiginti , ut ex singulis partibus undecim essent suffragia , quae tamen coniunctim sumta pro uno suffragio ex alterutra parte ualeant *. Hi autem grauiter sincereque responderunt, *colloquium institutum mutuam esse debere ac liberam collationem, ita, ut nemo hinc excludatur, requiri igitur, ut omnium sententiae audiantur, iam uero, si ex pluralitate uotorum caeteri non audiantur, forsan ex utraque parte moderatiores excludi posse, forsan meliorem sententiam non audiri, sequi ergo, ut omnes sententiae proponi debeant, ex quibus demum ueritas elucere possit.* Quumque praeterea Consiliarii praesidentes in scripto suo indicassent, *composuisse iam Pontificios libellum contra Protestantium confessionem.* : respondent Protestantes , *non sibi rem esse cum libellis et scriptionibus fucosis* **, *se nihil magis desiderare quam colloquium liberum et Christianum, in quo de rebus grauissimis agere possint.* Adiungunt denique , quum Praesidentes consiliarii Pontificios in scripto illo dicto Catholicos uocassent, *se non posse dissimulare, ex praeiudicio sibi nomen catholicorum detrahi ; quum tamen genus doctrinae profiteantur catholicae Ecclesiae Christi consentaneum.* ***

§. 41

Quod scriptum quum Praesidentibus traderetur : Legati Colonienses et Palatini, Comes nimirum Dietericus de Manderscheid **** itemque Fleckensteinius ***** Palatinus aulae Magister cum Palatino Cancellario Protestantibus significarunt, *ab eo tempore, quo scriptum ultimum exhibuissent Protestantes, non aliter uideri quam si longa rerum confusio eueniat*, iam uero, *quum Praesidentes consiliarii hoc unice uelint, ut in statum meliorem res ferantur, ita conuenisse, ut putent, satis esse superque, ex singulis partibus tres eligere uiros, qui praesente Caesareo Oratore sermones caedant et pro necessitate rei colloquium instituant, eamque* hinc *induxisse mentem, ut credant, melius esse, si colloquii suffragia in pauciorem numerum colligantur, ut confusio et perturbatio euitetur*, praesertim etiam, *quod utrinque theologi uel plurimum sint ingenii peruicacis, qui nulli cedant, quodque* praeterea *res ista, quae a tribus confici non possit, multo minus a pluribus effici ualeat.* Ita Protestantibus significarunt Praesidentes et orarunt simul, ut ne huic consilio dato resistant, certa spe freti, fore, ut tota res inde ad optatum finem perducatur.

§. 42

Postquam etiam Cancellarius Saxonicus et Hassiacus apud Oratorem Caesareum pro Goslariensibus intercesserunt, ut in Camerali Iudicio proscriptionis poena mitigaretur ****** ; Orator quidem Caesareus facilem se praebebat, sed tamen adiungebat,

* conf. in appendice sub nota Mm et Epist. II Phil. Mel. ad Luth. sub nota K

** conf. in appendice sub nota K Epist. II Phil. Melanchth. ad Luth. data.

*** conf. in appendice sub nota Nn et Oo : ubi Germanicum et Latinum inuenies scriptum. Add. Sleidanus l. c. pag. 373 : qui inter alia scripsit, *Protestantes petiisse, ut, quum utrinque sint ad colloquium designati XXII, singulis pronunciare liceat ; iniquum esse demonstrantes, in hac omnium sanctissima caussa partis ullius opinionem et non potius uerbi diuini praescriptum sequi aut quemquam, ut contra sentiat et profiteatur, uelle cogere.* Scriptum hoc Germanicum sub nota Nn mutatis uerbis deprehendes in Spalatini Annalibus Reformat. pag. 464 , quod transcribere superuacuum duxi.

**** de Theodorico Manderscheidio illustri uiro et Protestantibus grato conf. Seckendorfius l. c. pag. 257, n. 4

***** Senem de Fleckenstein , uirum grauem et antiquae uirtutis uocat Philipp. Melanchthon in Epistola II ad Lutherum. Conf. append. sub nota K

****** conf. Seckendorfius l. c. pag. 296 n. 12, qui tradit : *quum in negotio nihil procederet et tempus*

iungebat, *facturum esse ex ipsorum uoto, si uideret, ipsos etiam in praesenti actione futuros esse placidos et aequos.* Rogabat ergo statim Cancellarios iam ante dictos, suam intendant operam, ne Protestantes in suffragiorum sigillatim ferendorum modo perseuerent sed in trium uirorum disputatione acquiescant. Tunc autem *se ipsum omnia* pollicebatur *acturum esse, quae ad pacem publicam, ad Christianam tranquillitatem et concordiam pertinere uideantur.* Se id uelle dixit his de caussis, ut *aliquam saltim relationem Caesareae Maiestati exhibere,* item etiam *Legato* Pontificio, *si huic colloquio interesse uelit, excusationem praetendere atque adeo totam rerum conditionem optime dirigere queat.* Alias autem *nunquam fieri posse* affirmauit, ut *in Protestantium sententiam de suffragiis ferendis ingredi ualeat aut cupiat.*

§. 43

Vt igitur scirent Protestantes, quid in hac re faciendum aut omittendum sit, die uigesimo octauo Decembris inter se conuenerunt Legati Protestantium et, quanquam nonnulli eorum procliues essent ac promti ad satisfaciendum Praesidentium consilio, tamen plurimae ipsorum parti non placuit a norma Recessus Haganoici discedere. Facta igitur summa consiliorum decreuerunt Protestantes, Oratori Caesareo et Praesidentibus consiliariis petitum ac postulatum supra dictum modeste leniterque denegare. Ita uero libellus Latine scriptus Oratori Caesareo traditus est, in quo Protestantes indicarunt, *se a suis Principibus mandatum accepisse, ne discedant a forma Hagenouiensi et Caesareae Maiestatis rescripto; quumque interea Dominorum suorum responsa expectent,* orarunt, *ut aequi bonique consulatur, quod in re tanta discedere a mandatis Principum nolint.* *

§. 44

Tali autem responsione commotus adeo et exacerbatus fuit Orator Caesareus, ut diceret inter gemitus et lacrumas, *se non magis ex iactura sexcentorum florenorum dolere posse quam ex huius negotii molestia et difficultate.* Addidit etiam, *fieri nunquam debere ac ualere, ut secundum mentem Protestantium suffragia ferantur:* quum ex parte Protestantium *multi essent contentiosi* et ex parte Pontificiorum *mere diabolici* (his autem uerbis ipsissimis usus est). Quando igitur non aliter fieri possit: fiat, licebit, *inquit*; sed tamen simul testatus est, *multos inueniri, qui huius colloquii progressum non optent* **, *se quidem nihil magis in uoto habere, quam ut ad concordiam sternatur uia, sed alio modo facere non posse rem institutam.* Inde uero, quum Protestantes Oratori Caesareo nullam non modestiae obseruantiaeque rationem de se obtulissent: non quidem iis multam imputari posse respondit immodestiam et peruicaciam; sed tamen optare se declarauit, ut ex utraque parte omnia rite legitimeque constituantur.

§. 45

pus rixis inutilibus extraheretur, Camerae uero iudices processus suos, hoc ipso conuentu durante, continuarent etiam aduersus Electorem Saxoniae in caussa Burggrauiatus Magdeburgici, et sententiam proscriptionis contra Goslarienses in contumeliam Euangelicorum Wormatiae affigi curassent; plus una uice Granuellanum conuenerunt Euangelici nempe d. 13, 22, 28, 30 Decembris, parum tamen solatii ab illo reportarunt.

* conf. in appendice sub nota Pp: ubi praeter ea, quae citauimus, leges, *gratias egisse primum Oratori Caesareo Protestantes, quod cupiisset tranquillitati publicae consulere, deinde commendasse ei publicam pacis Germanicae curam, in fine autem rogasse, ut consilia et auctoritatem suam ad Germaniae pacem retinendam conferat.*

** conf. Seckendorfius l. c. pag. 296, n. 10: qui ex Pallauicini Historia iam citata L. IV Cap. XI, §. 13 refert, *Pontificem unice cupiuisse, ut colloquium in nemos et fumum abiret.*

§. 45

Postero die, quum Protestantium Legati conuenissent, eam in mentem deuenerunt, an non fieri posset, ut Oratori Caesareo, si quidem Maiestati Imperatoriae relationem exhibendi caussa uellet, duo aut tres ex nostra parte uiri permittantur, ut ex eorum cum alterius parte factis disputationibus relationem excerpere et haurire posset *. Sed tamen, quum uidissent, rem in uarias diffundi posse ambages: ab isto consilio abstinuerunt.

§. 46

Idem etiam responsi, quod Oratori Caesareò dederunt Protestantes, impertiuerunt Coloniensibus et Palatinis Consiliariis: quum scripto Germanico ** significassent, *se nihil ardentius optare, quam ut secundum Recessum Haganoicum suffragia instituantur, idem etiam in mandatis accepisse, petere igitur, ut excusentur, si contra uoluntatem et mandatum Dominorum suorum neque quidquam agere uelint nec possint.* Quum porro etiam praesentes indicassent Protestantes, *se in ea re, qua timebant Praesidentes consiliarii, ne in pluralitate suffragantium hominum confusio perturbatioque nascatur, omnem adhibituros esse operam, ut sui omnino theologi modeste pacateque in omni colloquio se gerant neque ullam criminandi occasionem praebeant aduersariis:* responderunt iis Colonienses et Palatini Legati, *se quidem facile persuaderi, fore, ut ex parte Protestantium theologi sese moderate benigneque gerant, sed ex sua parte se nosse homines, qui mane quidem sicci suo rationis usu defungantur at post prandium bene poti uuidique ad negotia desiliant tumultuaria magis quam pensitata.*

§. 47

Quae quum Colonienses Palatinique Legati pronunciassent suasque repetiissent preces, ut, si per mandata Principum liceret, descenderent in uoluntatem Consiliariorum; Protestantes autem priori responsione perseuerantes indicassent, se non ita pertinaces fore, nisi mandatum haberent praescriptum: promiserunt Legati iam ante dicti, se omnia delaturos esse ad Caesareum Oratorem eoque allaboraturos, ut res colloquii ad formam Recessus Haganoici constituatur, aut, si hoc fieri non posset, saltim declaraturos, in quonam cardo rei uersetur.

§. 48

Tali statu pendebat colloquii ratio: quum Legatus Hassiacus litteras a Principe suo et mandatum accepisset, ut in Oratoris Caesarei uoluntatem descenderet; Qui quum ab initio rem Hagenouiensem acerrime defendisset ac propugnasset; deinde uero cum Argentoratensibus et ex parte Augustanis in Consiliariorum praesidentium sententiam inclinasset eandemque aliis persuadere conaretur; tandem

 etiam

* Legatus Caesareus iam ante declarauit, *se uelle etiam hac de caussa disputationem duorum aut trium utrinque theologorum, ut de rebus inter Pontificios et Protestantes controuersis aut iam compositis aut facile componendis relationem rationemque Caesari reddere possit.* Huic igitur desiderio ut aliquantum satisfacerent Protestantes, deliberarunt inter se, *an non consultum sit, Oratori permittere duos aut tres Protestantium theologos, ex quorum disputatione priuatim cum Pontificiis facta Legatus intelligere possit Caesareus, quaenam utriusque partis differentia sit quaeque ipse rerum controuersarum momenta ad Caesarem transscribi debeant.* Placuit quidem consilium hoc antemeridiano tempore sed post meridiem sententiam mutarunt et re diligentius pensitata timuerunt, ne, una exceptione concessa, in maiores incidant et trahantur ambages et difficultates. Atque adeo totam consilii rationem praetermiserunt.

** conf. in appendice sub nota Qq

etiam ex mandato Principis in aperto mentem istam profiteretur; magnam in animis Protestantium admirationem et in Legatorum Saxonicorum animis ingentem suspicionem excitauit; quippe qui nulla assequi coniectura poterant, unde isti ex tanto animi feruore et uigore in nimiam hanc meticulositatem et imbecillitatem animi deuenissent. *

§. 49

Porro etiam ex parte Pontificiorum notandum est, *Legatos Moguntinos* et *Bauaricos* **, quantum ex fama constat, *non benigne ferre*, quod *Recessus Haganoicus contra liquidum uerborum sensum in aliam mentem trahatur ac rapiatur*, inde uero *ab isto rescripto discedere nolle praeter singulare Principum suorum mandatum, quod tum litteris publice scriptis expetebant et expectabant.* Significarunt praeterea communi sermone, *se prius, quam permiserint Brandenburgicos in colloquio suffragari, omnes ad unum discessuros fore.* Neque minus Bauarici Monachum illum discalceatum, quem huc miserant, illinc reuocarunt: *quod ex parte sua ipsis mouebat suspicionem et aduersariis exprobrabat opinionem quasi parum firmam et constantem.* Adhaec Georgii Marggrafii Legatus, *quantum rumor ferebat*, domum uocatus est ob quasdam rerum Silesiacarum caussas, ita, ut *nemo nisi eiusdem Principis theologi et scriba remanerent.*

§. 50

Die trigesimo Decembris factum est, ut Colonienses Palatinique Consiliarii delectos Protestantium Legatos ad se uocarent ipsisque declararent, *se ex promisso nuper facto cum Oratore Caesareo diligenter fideliterque egisse sed eum adeo constantem in sententia lata inuenisse, ut diceret, se nullo modo in mentem Protestantium de suffragiis sigillatim colligendis induci posse ac uelle.* Rogarunt inde Consiliarii iam dicti Protestantes, ut, *quum ipsi rerum et colloquii successum optent nihilque magis quam pacem, concordiam et tranquillitatem cupiant aegerrimeque doleant futuram rerum infectarum discessionem*, propositam conciliationis uiam bene industrieque pensitent neque adeo pertinaciter reiiciant sed potius salua recessuum et rescriptorum Caesareorum fide ac religione permittant disputationem inter duos tresue aut quatuor ex utraque parte uiros coram Oratore Caesareo habendam, *ut eluceat, an in quibusdam articulis fidei controuersae concordia speranda sit et de caeteris conciliandis pro tempore et occasione medium inueniri possit*, atque adeo *futurorum Comitiorum felicissimum hic auspicium capiatur illincque etiam a Caesareo Legato Maiestati Imperatoriae nonnulla relatio fiat.*

§. 51

* Seckendorfius l. c. pag. 297 n. 14 haec refert: *Elector Saxonicus d. 30 Decembris aliisque diebus Legatis suis rescripsit, se singularem Dei prouidentiam agnoscere, quod tres illi (Palatinus, Brandenburgensis et Iuliacensis) a caeteris dissensissent et hi lucem fugerent et obliquas uias quaererent, quas cauere Legatos iubebat neque solum, si res ad disceptationem ueniret, sententiae Augustanae Confessionis sed et uerbis et formulis inhaerere, licet Landgrauio ex Buceri consiliis aliud placeret, periculum enim esse, si uerba mutarentur, ut postea etiam a sensu recederetur; id quod iam antea d. 21 Nouembr. prolixis litteris Landgrauio repraesentauerat.*

** Conf. Seckendorfius l. c. pag. 297 n. 14, qui scribit aliter et quidem sic: *Granuellanus permotus est, ut arctius colloquium ad euitanda suffragia, de quibus huc usque disputatum erat, institueretur, in quo unus saltim ex una parte uerba faceret, ita tamen, ut reliquis liceret aliquid monere et addere; res itaque ad Eccium et Melanchthonem redibat. Ista dolose agi facile perspiciebant Protestantes culpamque ante alios Moguntino et Bauaris imputabant, qui nihil agerent nisi ex suggestione Nuncii Pontificii.*

§. 51

His igitur propositis conuenerunt omnes Protestantium Legati ac de praesenti rerum occurrentium statu in commune deliberarunt. Computatis autem et subductis rationibus decreuerunt, fieri non posse, ut a Recessu Haganoico ne transuersum quidem unguem discedant. Hanc igitur mentem sibi statutam et confirmatam summa cum modestia obseruantiaque Consiliariis Electoralibus aperuerunt caussasque simul indicarunt, *cur sine mandato Principum suorum singulari expressam Recessus Haganoici normam transilire nouamque colloquii instituendi rationem inire non possent.* Rogarunt insuper Consiliarios modo dictos, ut *ipsis scriptam Praesidentium Consiliariorum sententiam de suffragiis ferendis* procurarent. Simul etiam conuenerunt Protestantes, *se uelle, si a Praesidentibus responsionem accepissent negatiuam, ex superfluo quasi sic suam operam Caesareo Oratori deferre, ut ex parte sua, quando ipsi placeat, largior sufficientiorque in articulis Confessionis Augustanae controuersis explicatio priuatim et libere instituatur, eum quidem in finem, ut habeat, quod exploratum ad Caesaream Maiestatem referre possit.*

§. 52

Postquam uero Protestantium firmam sententiam ex ore acceperunt Consiliarii Palatini et Coloniensis: petierunt, ut mentem suam Latinis uerbis exprimerent Protestantes; ita enim posse dixerunt scriptum offerre Caesareo Oratori et ab eodem responsionem expectare. Quod igitur quum annuissent Protestantes: scriptum exararunt Latinum, in quo publice confidenterque profitebantur, *se suosque Principes quouis modo ac tempore studium pacis et concordiae publicae declarasse, hinc etiam praeter alia pacificorum animorum indicia secundum Recessum Hagenouiensem ad colloquium instituendum uenisse, cupere non minus in praesenti Caesareo Oratori Praesidentibusque consiliariis morem gerere, nisi metuant, ne, quando discesserint a praescripta Recessus Haganoici forma, religionem suam suamque famam in maximum discrimen inducant, quum talis mutatio non sine praeiudicio superiorum recessuum fiat, uix etiam duo aut tres uiri totum onus rerum communium agendarum exclusis caeteris in se deriuare uelint, praesertim si non omnia dicta perscribantur et ponderentur aut si ex parte Pontificiorum exclusis moderatioribus iniquiores adhibeantur, rogare igitur, ut boni consulatur, quod in tanta caussa tanto cum periculo sine Principum mandatis aliam colloquii formam praeter Haganoensem amplecti non possint, si tamen uelit Caesareus Orator Maiestati suae clare et perspicue controuersias exponere, non aliam uiam commodiorem esse quam Haganoicam, ubi ex placida collatione et examinatione argumenta et sententiae diligenter perscribi ualeant.* *

§. 53

Calendis Ianuariis anni cIↃIↃXLI Protestantium Legatorum delecti a Praesidentibus consiliariis petierunt, *ut ipsis tandem de inita suffragiorum ferendorum ratione ac sententia responderetur*, simulque uero indicarunt, *tantam colloquii moram Protestantibus Principibus molestiorem subinde fieri, quod Consiliariorum et Legatorum suorum opera domi et in futuris Comitiis uti necesse habeant, inde etiam factum esse, ut nonnulli iam domum reuocarentur et adhuc alii reuocentur*; flagitarunt igitur, ut *ipsis publico scripto declaretur, quid sperandum aut expectandum sit.* Ad haec uero Protestantium uerba quum ex ore responsionem dedissent Consiliarii praesidentes: eis promiserunt, *fore, ut propediem respondeant, si modo ex Bauarici Legati reditu plenus iterum consessus fieri et haberi possit.*

§. 54

* conf. in appendice sub nota Rr. Add. Sleidanus l. c. pag. 373.

§. 54

Postridie Calendas Ianuarias Consiliarii Praesidentes accerserunt Protestantium Legatos iisque scriptum Germanicum responsionis loco exhibuerunt in eoque ad instituendi colloquii rationem sequentes conditiones proposuerunt, ut primum *ex utraque parte duo eligantur collocutores, qui de controuersis articulis amice modesteque disputent caeterisque etiam post finitam collocutorum disputationem, si quid monere uelint, monere non aliter quam ex permissione Caesarei Oratoris et Praesidentium Consiliariorum liceat*, porro *minoris partis sententia deferatur ad Caesareum Oratorem et Praesidentes, quae uel Caesareae Maiestati reseruetur uel alteri parti exhibeatur, sed tamen ne minor pars maioris partis opinionem sequi teneatur, nisi faciundum Caesar et Ordines imperii decreuerint*, adhaec *ne collocutorum omnes sermones sed finales tandem conclusiones et sententiae siue conciliatae siue controuersae a Notariis describantur*, tandem *ut haec omnia fiant saluis Augustani Haganoicique et aliorum Recessuum iuribus, salua etiam Caesarei Legati auctoritate, qua suae Maiestatis animum et uoluntatem pro rerum actarum conditione et modo declarare possit*, *

§. 55

Quo facto Protestantium Legati ac Consiliarii cum Theologis praesentibus ad unum omnes die tertio quartoque intra horas matutinas et pomeridianas conuenerunt multumque inter se consiliis rationibusque coniunctis deliberarunt pensitatisque rerum omnium circumstantiis et ambagibus unanimem sententiam decreuerunt eamque Praesidentibus consiliariis Latine et Germanice scriptam die quinto eiusdem mensis exhibuerunt; ubi primum declararunt, *se nihil unquam optasse magis quam ut concordia ueris modis restituatur Deique gloria illustretur et Germania tranquilla fiat*, deinde uero, quod ad nouam huius colloquii formam pertineat, responderunt, *eam semper fuisse colloquii pii et liberi naturam indolemque, ut publice confidenterque liceat sententiam dicere, illucque etiam contendisse Recessum Haganoicum, non ut ex pluralitate suffragiorum sed ex grauitate sententiarum libere prolatarum ueritas colligatur*, petierunt itaque, *ut, quum ex multorum collatis iudiciis praesertim talium, qui cum timore Dei sententias moderatiores dicerent, maior utilitas speranda sit, Consiliarii praesidentes tale colloquium omni modo promoueant*, sin minus, ingenue professi sunt, *se protestari et omnem rem Principibus suis ad Comitia reseruare*, ne tamen non adpareat, *se paratos esse ad reddendam fidei rationem*, obtulerunt *suos theologos cum hac protestatione iam ante facta ad Christianam et piam collocutionem et informationem doctrinae suae et religionis, quum nullas, ceu lucifugae, quaerant latebras*, ita quidem, ut *liberum sit utrique parti publico in consessu dicere sententias neu id denegetur iis, qui se audiri cupiunt*, ut etiam *ueritas ex uerbo diuino stabiliatur neu minori parti contra conscientiam recte institutam opinio imponatur*, ut porro *utriusque partis non conclusiones tantum sed declarationes quoque et argumenta atque ita totius tractatus acta diligenter perscribantur a Notariis, quum id sane ad informandum Caesarem Principesque necessarium esse uideatur quumque nudae sententiae propter obscuritatem magis animos ignarorum exacerbare quam placare possint quumque hoc uel ipsum, ceu ex iure iurando Notariorum patet, iam permissum fuerit.* **

§ 56

* conf. in appendice sub nota Ss et Spalatinus in Annal. Reform. p. 458. Add. Sleidanus l. c. pag. 373. Conf. etiam *Petri Suauis Polani Historia Concilii Tridentini* L. 1 pag. 72 ex editione Augustae Trinobantum 1620 fol.

** conf. in appendice sub nota Tt. Aliam uersionem Germanicam leges in Spalatini Annalibus Reformat. pag. 511. Add. Sleidanus l. c. pag. 373. Add. Seckendorfius l. c. pag. 297 n. 14: qui scribit

§. 56

Vt uero penitius intimiusque in hanc Proteſtantium mentem ſententiamque inquiramus, notandum eſt, *Proteſtantes non id ſibi moleſtum et incommodum putaſſe, ſi deſcenderint in collocutionem duorum theologorum, quum alias etiam colloquium plurima ex parte inter duos uitandae confuſionis ergo haberi debuiſſet.* In primo quidem articulo conditionem eam adiiciendam optarunt, *ut, ſi iam a duobus colloquentibus de quodam Confeſſionis Auguſtanae momento ſatis ſuperque diſputatum eſſet, omnium, quotquot adſunt, ſententiae rogarentur.* Sed, *quum ex uaria relationum fide cognouerint, id nullo modo impetrari; huius* uero *articuli appendix concedat, ut caeteris etiam liceat ſuas dicere ſententias: non amplius refragati ſunt.* Verum enim uero *de ſuffragiis ferendis quum timuiſſent, ne Palatini, Brandenburgenſis et Iuliacenſis Legatorum ſuffragia opprimerentur: alii quidem Proteſtantium conſuluerunt, ut in Receſſu Haganoico firmus animus ſtet totumque Praeſidentibus negotium cum proteſtatione denegetur; alii autem non id commodum et conueniens habuerunt, ne uideantur lucem et apricum fugiſſe aut colloquio minus optate ſuccedenti occaſionem praebuiſſe, praeſertim, quum iam ante Caeſareus Orator aperte pronunciaſſet, ſe, ſi colloquium hac in re dirimatur, nihil aliud Maieſtati Imperatoriae deferre poſſe, quam quod ex induſtria Proteſtantes colloquium recuſaſſent, quum et ipſe addidiſſet, nunquam Caeſarem in Proteſtantium deſideria de Receſſu Haganoico conniuere poſſe.* Quae quum ita ſe habuerint et Proteſtantes praeterea bene norint, *quaenam fuerit ſuffragiorum ratio ex aduerſariorum parte cum Palatino, Brandenburgenſi et Iuliacenſi Legato et quam late etiam ſeſe huius rei fama inter Germanos extenderit;* porro *quum Receſſus Haganoici uerba in conſtitutione ſuffragiorum quodam modo ancipitia et ambigua uideantur atque in utramque partem diſtrahi queant:* *decreuerunt* tandem *Proteſtantes ex ſupputatis conſiliis inire potius colloquium et diſputationem quam recuſare, ſed tamen ita, ut cum proteſtatione et reſeruatione fiat.* *

§. 57

Huic decreto aſſentiebantur omnes Proteſtantium Legati ac Deputati: quanquam Wirtenbergenſis Legatus pro ſe quidem ad eandem ſententiam accedebat, ſed tamen Principis ſui uoluntatem expectabat non omnino, ut uidebatur, contrariam. Placuit etiam omnibus Proteſtantium theologis praeter quam Norimbergenſibus duobus et ex parte Hallenſi, qui pro ſingulari, quam fouebant, opinione contenderunt, *omnia et ſingula recuſanda omnino et reiicienda eſſe* **. Sed tamen non obſtante horum diſſenſione Praeſidentibus conſiliariis reſponſio iam ante citata offerebatur et tradebatur.

 §. 58

ſcribit his uerbis; *addiderant Catholici, ſe non recedere a Receſſu Auguſtano neque obligari uelle ex hoc etiam colloquio, niſi quatenus Caeſari et maiori parti Ordinum in Comitiis probaretur. Sed neque hoc admittebant Euangelici, Receſſui uero Auguſtano ueteres proteſtationes et appellationes opponebant.*

* conf. Epiſt. LI et LII Ph. Mel. ad Vitum Theodoricum ſub nota F et Epiſt. IV Philippi Melanchthonis ad Ioachimum Camerarium in append. ſub nota G: ubi Melanchthon fuſius exponit, quid in hac cauſſa deliberatum ſit, ſimulque etiam uarias rerum ſingularium circumſtantias detegit, quae legi et conferri omnino merentur. Add. Ioachimus Camerarius in Vita Melanchth. pag. 193 et 194. Praeterea notandum eſt, Fraſmum Ebnerum, ceu Phil. Melanchthon ſcripſit, honeſtas dixiſſe ſententias et erudite iudicaſſe de ipſa religionis controuerſia, de qua diſputatum fuit. Conf. Epiſt. LII Ph. Melanchth. ad Vitum Theodoricum ſub nota F

** quantum ex relatione Ebneri noſtri conſtat, Oſiander et Wenzelius properanter nimis et uehementer altercati ſunt de non admittenda hac colloquii forma tanquam omnium periculoſiſſima. Quid?

§. 58

Quum uero Praesidentes consiliarii in responsione ad Protestantium libellos danda tardi nimium fuissent morasque longas ex moris traxissent: saepius quidem saepiusque deliberarunt Protestantes, an a Praesidentibus responsio expetenda esset; sed tamen de die in diem protrahebant consilii huius executionem. *

§. 59

Tandem quum ad undecimum Ianuarii diem nulla ex parte Praesidentium consiliariorum responsio secuta esset: necessarium ducebant Protestantes scripto petere, ut ne longius instituendi colloquii rationes tardarentur et impedirentur. Quo factum est, ut sequenti die Praesidentes indicarent Protestantibus, *decretum esse*, ut *cuique liceat, si quid ad partium suarum commoda proferre cupiat, in medium producere*, ut etiam *non tantum conclusiones sed et argumenta et rationes a Notariis perscribantur*, ut denique *ea, quae de protestatione et reseruatione, de conscientiae libertate dicta sunt, ad Comitia delegentur neu ulla colloquio et disputationi mora iniiciatur.* **

§. 60

Huic autem scripto, partim ut sibi praecaueant, partim ut obscuriora aliqua illustrent, responderunt Protestantes et indicarunt, placere sibi, *quod liceat adiicere, si quis in disputatione aliquid monendum et addendum putet*, placere etiam, *quod non tantum nudas conclusiones uerum argumenta quoque et declarationes perscribantur*, hinc autem *actorum omnium exempla et copias, ceu promissum est*, expetierunt et tandem rogarunt, *ut ne colloquium longius diutiusque proferatur, quod satis iam superque dilatum fuisset.* ***

§. 61

Quid? quod in ipso animi feruore aliorum sermones intempestiue et immodeste interruperunt. Cum primis uero, ubi ex ordine sententiam dicere iubebatur Osiander, ultra horam grauiter importuneque inuectus est in omnes eos, qui ad colloquii nouam formam inclinabant. Tali morum et uerborum acerbitate commoti Saxonici et Hassiaci Consiliarii animo statuerunt suo, non amplius in consilium admittere theologos. Ipse Osiander, quantum scribit Ebnerus noster, multum detraxit famae suae: dum plurimi, qui eius nomen et uitam admirabantur, tali facto offensi eum colere et suspicere desierunt. Grauiter etiam molesteque tulit Osiandri et Wenzelii pertinaciam et insolentiam Senatus Norimbergensis mandauitque Ebnero nostro, ut talem licentiam inhiberet. Verum enim uero Ebnerus noster bene sciens, hominum animos in uetitum niti, prudenter cauteque in hoc negotio processit. Conf. Ep. LII Phil. Melanchth. ad Vitum Theodoricum sub nota F et Epist. LII sub nota I. Caeterum de Osiandro conferri potest C. S. Liebe in den Lebens-Beschreibungen der vornehmsten Theologorum *etc* 1730 Gotha. Freheri Theatrum clar. Vir. item Zeltnerus in uita Culmanni pag. 3 et in dissert. de eloquentia haeresium obstetrice pag. 37. G. Wernsdorfii Diss. de Osiandrismo in pietismo renato. Add. V. C. Schuuarzii Programma XIII p. 3 et Adamus in Vitis Theologorum p. 226. Weismannus in Introductione in Historiam Sacram P. II § 46 p. 179. Huc referri possunt M. Lilienthalii Acta Borussica, Unschuldige Nachrichten A. 1731 pag. 170 *etc* Moerlini, Schlusseburgii, Funccii Historia Osiandrismi, Hartknochii Preusische Kirchen-Historie L. l. c. 2 p. 309 etc

* inter hanc moram Saxonici et Hassiaci Legati Protestantibus Legatis ac Deputatis copiam exhibuerunt litterarum responsoriarum, quas ad Caesaream Maiestatem de indictis publice comitiis dederunt Principes sui. Significarunt etiam, Caesareum Oratorem sese obtulisse ad animum Imperatoris ea de caussa explorandum ipsisque aperiendum. Inde uero quum formulam quandam commeatus communi more scriptam iisdem obtulisset; res autem illius temporis maiorem commeatus fidem postularent: scripto aliquo sibi sanctam commeatus religionem ab Oratore Caesareo expetierunt.

** conf. in appendice sub nota Vu. Addat. Sleidanus l. c. pag. 373.

*** conf. in appendice sub nota Ww

§. 61

Quum die XIII Ianuarii Proſtantium Legati conuenirent poſt meridiem : indicarunt Saxonici, mandatum eſſe ab Oratore Caeſareo, ut Notarii ſeſe ſiſtant ad iusiurandum praeſtandum. Quo audito publice omnes conſenſerunt, neceſſarium uideri, ut ante Praeſidentes de communicandis Actorum copiis monerentur. Rogantibus autem Proteſtantibus reſponderunt Conſiliarii praeſidentes, non opus eſſe tali monito, quum iam actorum deſcribendorum communicatio promiſſa fuerit. Inde igitur, quum Notarii Subſtitutique eorum ad Oratorem Caeſareum uenirent: formula ipſis iuris iurandi praelegebatur, ad quam ſeſe ſuamque fidem ex officio Caeſareae Maieſtati debito obſtrinxerunt. Huic actui aderant ex ordine Praeſidentium Moguntinus, Palatinus et Argentoratenſis nonnullique etiam ex Proteſtantium numero. Bauarici autem non interfuerunt iſti caerimoniae : quum, ceu fama fert, ipſi et ex parte Moguntini non contenti eſſe uideantur colloquii progreſſione, immo etiam proteſtati ſint. Caeterum ex utraque parte ſtatutum eſt, ut octaua craſtini diei hora et quidem antemeridiana colloquium in Curia inchoetur. *

§. 62

Quum igitur dies XIV illuxiſſet : hora deſtinata in Curiam conuenerunt Orator Caeſareus et Praeſidentes conſiliarii itemque Legati ac Deputati et alii ad colloquium deſtinati uiri. Hoc autem facto Doctor Conradus Braunius in Praeſidentium Conſiliariorum nomine ſignificauit, *huc usque actum eſſe de forma colloquii, iam uero, quum conuentum eſſet Proteſtantesque etiam ſuae Confeſſionis articulos tradidiſſent, neceſſe eſſe, ut, quum alteri parti tales articuli exhibiti fuiſſent, ſuam ipſa nunc expromat ſententiam et mentem declaret.* Claſſico igitur dato quum in arenam Doctor Eccius ** deſcendiſſet : magno clamore rem aggreſſus eſt ac de articulo *peccati originalis* grauiter acriterque, ceu putabat, diſputauit *** ; ex parte autem Proteſtantium quum Philippus Melanchthon

* conf. Spalatinus in Annalibus Reformat. pag. 472

** de huius ingenio uiri ſcripſit Philippus Melanchthon Operum ſuorum P. IV Vitembergae 1568 edit. pag. 641 in praefatione colloquii Wormatienſis. Caeterum ex Bibliotheca Ebneriana communicatum accepi librum, in quo *tres orationes funebres in exequiis Ioannis Eckii Theologi Ingolſtadii habitae cum quibusdam epigrammatibus continentur anno 1563 Ingolſtadii forma duodecima excuſae.* Ex indice lucubrationum Eccii notamus pro ſcopo noſtro diſputationem Wormatienſem contra Melanchthonem, apologiam contra Bucerum de actis colloquiorum Wormatienſium et Ratisponenſium et Replicam contra eundem de eodem itemque epiſtolas impreſſas, unam de eo, quod ſperandum Wormatiae, alteram de ratione ſtudiorum Eckii. Vitam deſcripſit ſummatim C. S. Liebe in den Lebens-Beſchreibungen der vornehmſten Theologorum *etc* 1730 pag. 54. Veram eius imaginem uidere licet in Unſchuldigen Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen ad annum 1715 pag. 377. Weismannus in Introduct. in Hiſt. Sacram P. II p. 30 §. 9. Viti Theodorici Epiſt. ad Lutherum de morte Eccii A. 1543. Unſchuldige Nachrichten A. 1707 pag. 821. Ge. Spalatini Collectanea de Eccio ex autographo ſuo, in I. E. Kappens II Theil der kleinen Nachleſe pag. 428 *etc* Conf. Tom. II Theſauri Bibliothecal. Num. CLXVII pag. 225

*** conf. Philippi Melanchthonis Oper. P. IV pag. 643 : ubi legimus, Eccium ita inchoaſſe collocutionem, ut diceret, *ſe pro unitate Eccleſiae reconcilianda facturum eſſe omnia candide, amice, ſolius ueritatis et pacis gratia.* Deinde, quum ad articulum progrederetur Auguſtanae Confeſſionis ſecundum, putat, *in eo ſubſiſtendum eſſe, quod peccatum originale ſit carentia iuſtitiae originalis debitae ineſſe* ; porro etiam ſtrenue defendit, *remanens poſt baptiſmum in puero non eſſe peccatum.*

thon respondisset, tanta ille uerborum et sententiarum grauitate tantaque etiam modestia rem agebat, ut nemo Protestantium Legatorum ac Theologorum esset, qui non summo animi laetantis indicio et applausu docentem eum ac disputantem prosequeretur. Praesertim uero Caesareus Orator cum Theologis suis et Assessoribus

peccatum illincque falsum esse dicit, quod statuant Protestantes contra Scripturam S. et Patrum mentem, *concupiscentiam post Baptismum relictam esse uere, per se et simpliciter peccatum.* Respondens autem Philippus Melanchthon concedit quidem *peccatum originale esse carentiam iustitiae originalis debitae inesse*, sed tamen, quum post lapsum caligo in mente et auersio uoluntatis sit, *peccatum originis posse etiam* ait *concupiscentiam seu deprauationem appetitionum uoluntatis appellari*; deinde ostendit, *remitti peccatum originis in Baptismo, sed tamen morbum reliquum in sanctis esse rem dignam aeterna morte sua natura, si non condonaretur, morbum hunc non tantum esse concupiscentiam in appetitu sensitiuo sed reliquam esse in mente nondum prorsus dispulsam caliginem, non ita uoluntatem conuersam esse ad Deum, ut tota ardeat dilectione, sed manere in mente, in uoluntate et in appetitu sensitiuo infirmitatem, quam toties deplorant Sancti.* Eodem die a prandio hora tertia continuata est collocutio: ubi D. Eccius primum dicit, *se consentire cum Philippo Melanchthone, si statuat, ob iustitiae originalis carentiam puerum multis bonis et ante et post Baptismum carere*; porro etiam *conciliari posse utramque sententiam* putat, *si suam mentem de condonatione peccati et de non imputando peccato sic interpretur Melanchthon, ut culpa, quae proprie et uere dicitur reatus, in baptismo aboleatur, ipsa tamen, quum pugnam exerceat continuam carnis aduersus Spiritum et colluctationem illam carnis, de qua saepe Apostolus Paullus, sit a peccato facta, a peccato relicta et ad peccatum inclinans, propter quae S. Paullus non semel ipsam appellauit peccatum.* Sequenti die Sabbati, die nimirum XV Ianuarii mane hora octaua prosecutus est D. Philippus collocutionem ibidemque asseruit demonstrauitque, *peccatum originis non tantum esse reatum sed etiam auersionem a Deo; quum iustitia originalis esset rectitudo omnium uirium erga Deum*: idem etiam defendit, *non ideo peccatum in renatis dici peccatum per metalepsin, quia sit a peccato factum, sed sua natura uocari peccatum, quia dicitur inimicitia aduersus Deum.* Eodem die hora secunda pomeridiana disputationem excepit D. Eccius; ubi affirmauit, *primos motus, si his non consentiatur, non habere culpam criminis, alias enim in lege Christi perfectissima quocunque casu hominem fieri perplexum*; porro ipse negat, *iustitiam naturalem esse lucem et conuersionem ad Deum seu omnium uirium complexam rectitudinem, quamuis iustitiae naturalis amissioni successisse caliginem et inobedientiam in uoluntate fateri non abhorreat.* Die XVI Ianuarii hora tertia pomeridiana D. Conradus Braun nomine Praesidentium Protestantibus significauit, *petere se, ut, quum de secundo Confessionis articulo utrinque satis esset disputatum, ipsi supersedeant de eo articulo ulterius colloqui.* Sed tamen concessa iterum facultate Philippus Melanchthon respondit Eccio conclusitque, *omnes homines communi naturae modo propagatos adferre secum peccatum originis, in baptismo remitti peccatum originis,* h. e, *condonari et dari Spiritum Sanctum, qui inchoet nouitatem spiritualem, morbum autem reliquum in sanctis non esse adiaphoron aut tantum poenam sed uitium pugnans cum lege Dei, quod est peccatum sua natura, sicut et Paullus expresse aliquoties peccatum nominat sed condonatur renatis.* Die XVII Ianuarii hora octaua D. Eccius finem fecit loquendi, quum ante collectis argumentis pronunciasset, *omnes ab Adamo propagatos secundum legem communem nasci cum peccato originali, esse autem peccatum originale carentiam iustitiae originalis debitae inesse cum concupiscentia, in baptismo reatum peccati originalis et omnia peccata remitti per meritum passionis Christi, at morbum remanentem, ipsam nimirum uitiosam concupiscentiam, quum ex peccato relicta ad peccatum semper inclinet,*

bus singulari quadam attentionis acie uerborumque mira lenitate usus est, adeo, ut Melanchthonis illam modestiam et continentiam insigniter comprobaret. *

§. 63

Ita quidem collocutio inter Philippum Melanchthonem et Doctorem Eccium a decimo quarto Ianuarii die usque ad decimum septimum facta est: ubi horis ante et post meridiem constitutis de solo illo articulo controuersia alternis disputationibus agebatur eoque res perducebatur, ut non aegre huius doctrinae consensus sperari posset.

§. 64

Verum enim uero quum Doctori Eccio suam iterum mentem explicanti Philippus Melanchthon respondere uellet: intercessit Orator Caesareus et pronunciauit, *tantum se in hoc articulo percepisse, ut ipse cum Praesidentibus sufficientem Caesareae Maiestati relationem exhibere posset, deinde etiam, quum Protestantes Augustanam Confessionem tradidissent, alteri parti conuenire ultima uerba, alias enim nullum finem ac terminum fore, sed tamen, si aut Philippus Melanchthon ipse paucis rem expedire aut alius uiam concordiae et reconciliationis obtinendae modesto animo proponere uellet, id sane licitum esse.* Cuius rei caussa quum Protestantes ex metu consequentiae malae conquesti essent: monuit Orator Caesareus, ut in praesenti acquiescerent; dum in caeteris articulis uia eligetur, quae ipsis placebit. Hinc igitur Philippus Melanchthon quum solus pauca uerba addidisset ad explicandum articulum, conticuit ac requieuit. Tum uero ex impetrata dicendi copia

 surrexit

net, ob hoc peccatum dici posse, sicut scriptura dicitur manus, propterea tamen nec proprie et formaliter peccatum damnabile appellatur. Tali modo finitum est colloquium Wormatiense. Conf. in appendice sub nota X x. Quod restat, notandum est, colloquium hoc Germanice fuisse editum in libro, cui titulus: alle Handlungen, die Religion belangend, so sich zu Worms und Regensburg auf gehaltenem Reichstag des MDXLI Jahrs zugetragen. Wittenberg MDXLII. Add. Fridericus Hortleder in libro, cui titulus; der Römischen Kaiser und Königlichen Maiestetten ꝛc ꝛc Handlungen ꝛc ꝛc von den Ursachen des Teutschen Kriegs ꝛc ꝛc fol. Tom. I pag. 174; ubi collocutio haec etiam Germanice translata reperitur. Denique sciendum est, *Eccium pro calliditate sua bene uidisse, fieri, ut, si id, quod post baptismum remanet in homine, fomitem et materiale peccati a Pontificiis dictum et ab Euangelicis concupiscentiam uocatum, uere peccatum statuisset, omnis perfectio, quam monachi iactant, et merita defuissent.* Conf. Seckendorfius l. c. pag. 285 not. b. et pag. 297: ubi contenta huius collocutionis profert.

* In Spalatini Annalibus Reformat. pag. 475 lego, Philippum Melanchthonem tanto cum applausu disputasse contra Eccium, ut quasi luscinia cum coruo contendisse uideretur. Conf. quae sequuntur caeteris paginis; ubi expressis uerbis scriptum est, multos ex isto colloquio mitius meliusque de doctrina Protestantium sentire et iudicare coepisse. Add. Epist. LII Phil. Melanchth. ad Vitum Theodoricum sub nota F. Mirum quoque Melanchthonianae modestiae exemplum narrat Melchior Adamus in Vita Germanorum Theologorum pag. 339 his uerbis: *in disputatione illa* (Wormatiensi) *accidit, quod ad memoriam modestiae Melanchthonianae facit et a Luthero narratum est. Protulit Eccius argumentum quoddam subtile et argutum; de quo soluendo dum Melanchthon incipit cogitare, cras, inquit ad Eccium, tibi respondebo. Tum Eccius: id uero non est laudi dandum, si ex tempore respondere nequeas. Cui Melanchthon: mi Doctor, non quaero meam gloriam hoc in negocio sed ueritatem; cras, uolente Deo, me audies.* Conf. Historien D. Martin Luthers durch M. Johann Mathesium den aeltern herausgegeben sub nota G g g in appendice

surrexit * Martinus Bucerus Argentoratensis; qui, quum proposuisset uiam de articulo isto conciliando, tantam in admirationem praesentium locutus est solide composite que, ut ipse Eccius fateri cogeretur ingenue libereque, *scripsisse quidem Apostolum Paullum de peccato originis eum in modum, quem Protestantes enunciant, ut nimirum deprauatio naturae in homine post baptismum remanens, licet non ad actum perueniatur, uere peccatum sit, sed dixisse improprie, quod tamen uulgo non persuadendum sit talem loquendi modum haud intelligenti.* At enim haec Bucerus grauiter exquisiteque refutauit. **

§. 65

Quae quum in consessu publico facta et acta essent: postulauit Orator Caesareus, ut *sibi liceret duos ex alterutra parte theologos ad se uocare* de formula quadam huius articuli consulturos ac deliberaturos eamque composituros, ut, *si ab utraque parte probetur ac recipiatur*, facta subscriptione confirmetur et pro conciliato articulo habeatur. Protestantes quidem non id lubenter concesserunt, ueriti, *ne hic ex more Comitiorum Augustanorum fiat*, uehementiusque optarunt, ut plures duobus adessent: sed, quum Orator Caesareus indicasset, se id facere hac de caussa, ut monachi ablegati, *quos garrulos cucullatos uocauit*, excluderentur; consenserunt Protestantes ea lege ac modestia, ut *isti duo non haberent facultatem quidquam sine approbatione decernendi.*

§. 66

Factum est igitur, ut horis post consessum pomeridianis ad se uocaret Orator Caesareus ex parte Protestantium D. Philippum Melanchthonem et Martinum Bucerum, ex altera parte Doctorem Eccium et Moguntinum Suffraganeum, qui ad uesperam usque conuersati et collocuti tandem conuenerunt et formulam quandam composuerunt. Suffraganeus quidem Moguntinus, quantum constat, diu multumque reluctatus est: sed tamen ex persuasione Doctoris Eccii descendit in formulam concinnatam; ut ut simul metueretur, ne, si ad monachos deferetur, illi suum huic formulae consensum praebeant.

§. 67

Sed iam finis factus est colloquio Wormatiensi. Die enim decimo octauo mensis Ianuarii quum Orator Caesareus utramque partem hora septima conuocasset: litteras *** ab Imperatore missas recitari iussit easque repetiit ipsasque litteras Caesaris lingua Gallica conscriptas obtulit tandemque significauit, *mirum in modum se gaudere, quod expertus uidisset, utramque partem ad concordiam et tranquillitatem inclinari; uelle* igitur *se non deesse, quin ad Caesarem omnia ita referantur, ut sine dubio Germaniae salus promoueatur*, *rogare* denique, *ut omnes et singuli ad futura comitia ueniant, quo Caesar sub finem mensis huius*

---

* In Frechtii Theologi Vlmensis Diario MSC haec legi: post illam orationem Eccii et Philippi ultro citroque factus est sermo. Bucerus etiam conclusionem Eccii et suorum replicabat, subiectum et praedicatum huius propositionis dialectice excutiens.

** de Martino Bucero prostat M. Alberti Menonis Verpoortenns Commentatio historica et Melchior Adamus in Vitis Germanorum theologorum etc p. 211. Weismannus in Introductione in Historiam Sacram P. II § 38 p. 110. Scriptis eius Anglicanis subiuncta est Historia de ipsius obitu Basileae 15—. Add. Friderici Spanhemii F. F. Operum T. II p. 1245.

*** conf. in appendice sub nota Yy et Germanicam uersionem in Spalatini Annal. Reform. p. 521 ubi *uidemus, Caesarem nihil gratius optatiusque audire potuisse, quam quod Protestantes Pontificiique ad concordiam parati et proclines sint, ipsum etiam uelle, ut omnes ad promouendam Ecclesiae tranquillitatem Comitiis Ratisbonensibus iusto tempore intersint.*

ius uenire contendit, sibique etiam ignoscant, si quem in actione colloquii uerbis aut alio modo durius acerbiusque tractasset, quum omnia sane ex fideli animo et ingenuo egisset. *

§. 68

Haec autem locuto Granuellano Saxonicus Cancellarius gratias egit, quas potuit, maximas obseruantissimasque simulque etiam, si forsan Principes ex itineris longitudine tardius aduenturi essent, ut excusatos Caesari Maiestati redderet, rogauit. ** Inde uero Caesareus Orator assurrexit et ultimum ualete dixit. ***

§. 69

De reliquo quod ad formulam conciliati articuli pertinet, ex utraque parte conuenerunt, *omnes ab Adamo propagatos nasci cum peccato originali et in ira Dei, esse autem peccatum originale carentiam iustitiae originalis debitae inesse cum concupiscentia, sed tamen in baptismo remitti reatum peccati originalis cum omnibus peccatis per meritum passionis Christi, ita, ut maneat concupiscentiarum, uirium naturae infirmitatum morbus secundum materiale sed non formale, seu in scholis loqui solent.* ****

§. 70

* conf. Ioach. Camerar. in uita Melanchth. pag. 196 et Sleidanus l. c. pag. 373, qui de Caesaris litteris et Granuellani oratione eadem narrat in summa. Add. in appendice nota Bbb. ubi fusius recensetur oratio Granuellani. Caussas, cur colloquium Wormatiense interruptum fuerit, recenset *Petrus Suauis Polanus* L. I pag. 72 et 73. Maimburgium caussas fingentem refutat Seckendorfius l. c. pag. 298, n. 16: ubi simul de Caesaris propensione in concordiam loquitur et de Granuellani studio.

** conf. Seckendorfius l. c. pag. 299 et Sleidanus, l. c, pag. 373 et 374: qui eandem uerborum summam refert. Add. in appendice nota Bbb, ubi fusius recensetur Protestantium responsio ad Granuellani orationem facta.

*** Quum in discessu esset Caesareus Legatus: Ebnerus noster occasionem arripuit suam illi obseruantiam testandi; qui eum humanissime excepit simulque etiam declarauit, *Caesaream Maiestatem Norimbergae propter fidem singularem prae omnibus fauere maxime, nosse praeterea se, quam uehementer optet Senatus Norimbergensis, ut per istam ciuitatem Caesar transeat; promittere ergo omnem operam, ut, si per Caesaris ualetudinem liceat, ipse per Norimbergam iter faciat desideriumque leniat.* Caeterum praeterire non possumus Seckendorfii uerba, quibus Granuellani fictam describit comitatem: sunt autem haec; *Granuellanus nulla non arte in hoc conuentu usus est, ut utrique parti placeret, sincerius tamen cum Pontificiis egit, neque id latebat Protestantes, quum iam in Comitiis Augustanis zelum eius obseruassent, nunc uero intelligerent, ipsius consilio rigorosissimum edictum d. 1 Septembris in Belgio publicatum esse, quo non solum libri Lutheri aliorumque, qui aliquo modo suspecti clero essent, sed et Nouum Testamentum Antuuerpiae lingua populari excusum sub grauissimis poenis prohibebantur. Verum familiari sermone longe aliud simulabat et, ut Legati Electoris d. 23 Decembris retulerunt, post acerrimum conflictum de modo colloquii Saxonicis in priuato colloquio summam reformationis necessitatem cordate demonstrantibus asseuerare non dubitauit, Caesarem eandem tanto cum studio cupere, ut promoturus eam sit, etsi Protestantes ab ea solicitanda cessarent &c*

**** conf. in appendice sub nota Zz. Notandum est, *Doctorem Eccium professum esse publice, ueritati quidem ea conuenire, quae Protestantes doceant de isto articulo sed tamen esse contra phrasin theologicam &c.* Conf. Philippus Melanchthon in Epist LII sub nota I. Sed idem scribit in Epist. V ad Ioachimum Camerarium in appendice sub nota G, Eccium quidem priuatim et apud Granuellum dixisse, se nostram sententiam uere probare, tamen publice miris calumniis deformare conatum esse. Idem Melanchthon l. c. de formula conciliati articuli sic sentit; *postremo die*

§. 70

Tandem, post Recessum a Praesidentibus factum * quum Protestantes inter se congregati essent, Recessum etiam fecerunt, in quo decreuerunt, ut *singuli Principibus suis Magistratibusque referant omnia ea, quae in colloquio Wormatiensi acta sunt*, deinde, *quum ex festinatione subscribi actis non posset, ex tabulariis Saxonici Electoris et Landgrauii Hasso-Cassellani copiae et exemplaria peti possint*, tum etiam, *ut theologi frequenter cum Principibus suis aut eorum Legatis adsint sperandamque religionis concordiam et tranquillitatem, promoueant*, porro, *ut litterae, quae ab Oratore Caesareo Protestantibus securitatis caussa promissae fuerunt, sine ulla mora transmittantur utque etiam omnibus significetur, quid in rebus Cameralis Iudicii factum sit in partem Protestantium*, tandem, *ut pura Euangelii doctrina in omnibus Protestantium locis doceatur et promulgeatur idoneisque hominibus ministerium ecclesiasticum* sufficiatur. **

§. 71

Haec sunt, quae de colloquio Wormatiensi ex fidissima Erasmi Ebneri uiri de Germania longe meriti relatione communicari poterant. Lectori nos beneuolo diiudicandum relinquimus, annon operae pretium fuerit ea publicare, quae ad cognitionem Reformationis Lutheranae historicam pertinere uidebantur: praesertim quum nulla huius colloquii relatio, exacta quidem et adaequata, prostet. Caeterum optandum esset, ut plures in isto colloquio articuli conciliati et compositi fuissent; quum ex unica articuli de peccato originali facta conciliatione iam speratum fuerit, fore, ut in caeteris etiam pura religionis euangelicae ueritas eruatur et illustretur. Verum enim uero siue ex inuidia siue ex malitia siue ex ignorantia factum fuerit; nunquam alibi maior ecclesiae conciliandae spes affulsit: quum ex amica uirorum doctissimorum cordatissimorumque collocutione ueritas doctrinae uentilari, argumenta et obiectiones refelli, defendi et corroborari multo melius possent quam tot tantisque librorum immensorum uoluminibus et aceruis. Forsan pia haec desideria sunt magisque optandum quam sperandum uidetur: quum iam experientia

---

die nostri Senatores, me dissuadente, assenserant, ut L. Gellius (Granuellanus utique) duos accerseret; qui, quum uideretur de eo articulo conuenire posse, de formula deliberarent. Et iam audieram, Eccium approbare nostram sententiam. Itaque quum conuenissemus: ille formulam non quidem pugnantem cum nostra sententia exhibuit, sed tamen non satisfacturam nostris. Dixi, me ostensurum esse caeteris: nam ita missus eram. Non probaui: postea nihil actum est. Haec quanquam non magna offensio: tamen meum animum excruciat. Adeo ex his laqueis conciliationum non possum me sic extricare, ut non alicubi adhaerescam. Deus gubernet ac liberet nos a sycophantis. Add. Ioach. Camerar. in uita Phil. Melanchth. pag. 195. Neque etiam silentio praetermittendum est, *Granuellanum, Oratorem Caesareum eiusque filium Atrebatensem episcopum adeo bene praeclareque se in hoc actu gessisse, ut omnes et singuli bona pace concordiaque dimitterentur secumque spem reportarent de rebus in comitiis Ratisbonnensibus bene feliciterque componendis: quum ipse Granuellanus splendidissimas fecisset promissiones,*

* conf. in appendice sub nota A a a et Spalatinus in Annal. Reform. pag. 531.

** conf. in appendice nota C c c et Spalatinus in Annal. Reform. pag. 527. Addat. Seckendorfius l. c. pag. 299, n. 16. qui scribit ita: *inter se conuenerunt Euangelici, ut theologos bonosque et orthodoxos concionatores ad comitia adducerent et in aulam Caesaris consiliarios mitterent, qui eius responsum de suspensione proscriptionum et processuum Cameralium sollicitarent.*

experientia docti sciamus, ex eiusmodi colloquiis uulnus ecclesiae exulceratum magis quam sanatum fuisse. *

§. 72

Neque etiam, quantum speramus, molestum erit Lectori nostro, quod Epigrammata illa Wormatiensia ** in fine subiunximus: quum saltim ex iisdem Erasmi Ebneri et aliorum praestantissimorum uirorum ingenium cognosci queat. Quod meum est, addo, ex iisdem simul elucere, quanta inter uiros politicos et ecclesiasticos consensio et consuetudo Musarum elegantiorum et politiorum fuerit quantusque linguae Latinae et ligatae quoque amor honorque extiterit. Neque uero temperare hic possum mihi, quin fatear lubenter, cum ipsa religionis purioris luce splendorem artium ingenuarum liberaliumque doctrinarum emicuisse.

§. 73

Prius uero, quam riuos claudo: non possum non instructionem illam Pontificis Romani Paulli III Thomae Episcopo Feltrensi ad colloquium Wormatiense ituro datam *** summatim recensere, ut appareat, quibus rationibus totum colloquii negotium ex parte Pontificiorum directum et ordinatum fuerit. Primum igitur declarat Pontifex Romanus, *se quidem Protestantium conatus improbare, damnare ac prohibere debere, sed tamen ad exemplum Seruatoris uelle exteriorem gloriam et ipsam uitam propriam saluti ouium posthabere*, deinde uero, *quum Thomae Feltrensi Episcopo hoc negotium committit eique nonnullos pios et doctos uiros adiungit*, mandat, ut *omnem spem et fiduciam in Deo ponant eumque de felici rerum successu rogent*, ut *familiares conducant bene moratos et pios et catholicos*, ut *in uictu temperantiam, in sermone modestiam humanitatemque erga omnes semper praeferant*, tum etiam, *postquam illis libros secum ferendos commendarat itinerisque rationem praescripserat*, iniungit, ut *cum caeteris Legatorum et Doctorum Pontificiorum consilia diligenter communicent*, ut *in principio studiosi sint magis audiendi et obseruandi, quam consilium aperiendi*, ut *mutuo inter se amore coniuncti sententiis et doctrina concordes sint*, ut *cum catholicis suspectis parcius et cautius negotientur sed cum Deputatis uere catholicis liberius et accuratius conferentes eos doctrina et consilio iuuent et ad negotium religionis pie, prudenter et pacate cum aduersariis tractandum instruant*, ut *si Protestantes colloquium Legatorum Pontificiorum quaerant, eos benigne et amice accipiant et cum eis loquendo uel negotiando prudenter humaniterque agant, commemorent, quanta Germaniae ex intestinis dissidiis mala et pericula immineant, si qua petant concedenda sibi Protestantes, ea transcribant ad Pontificem, interim tamen colloquii uiam cum modestia et prudentia ingrediantur*, tandem monuit, *ut sciant, se non ad disputandum aut ad altercandum missos esse sed ad consulendum Deputatis catholicorum, ad mandandum aduersariis pacem, sin minus ad explorandum eorum consilia*, mandatque, *ut summa diligentia, prudentia*

* conf. Buddei Isagog. Histor. Theol. pag. 1332 et Henr. Conr. Arend in Diss. Hist. Theol. de Colloquiis Saec. XVI per Germaniam institutis eorumque irrito euentu. Add. Praefamen Colloquii de peccato originis inter Iacobum Colerum et Matthiam Flacium habiti 1740 a G. Langemackio tertium editi.

** conf. in appendice sub not. Ddd, n. 1. Alia his adiecta sunt epigrammata sub n. 2 et 3. a Viro perquam reuerendo *Schelhornio* nobis communicata: quae quantum probari aut improbari queant, Lectoris aequo et prudenti iudicio relinquimus.

*** conf. Noua Scriptorum ac Monumentorum collectio recensente Christ. Godofr. Hofmanno Tom. I p. 589. Add. Pallauicini uera historia Concilii Tridentini P. I. L. IV cap. XII §. 10

prudentia et cautela utantur , ne forte delectum eorum propositum maiorem conciliet perturbationem. *

§. 74

Tandem denique non ab instituto nostro alienum putamus, orationem illam, quam Petrus Paullus Vergerius Episcopus Iustinopolitanus Wormatiae compositam et typis procusam distribuit ** , totam exscribere,

* conf. in appendice sub nota E e e, ubi etiam Breue Apostolicum Paulli III ad Campegium datum prostat. Sub finem non possum non adiungere uerba Christophori Brouueri, quae Tom. II. pag. 365 Antiquitatum et Annalium Treuirensium Libr. XXI leguntur, ita sese habentia: *Ferdinandus, ne ullam rerum priuatarum curam studiumque Reipublicae commodis et saluti postponeret, Wormatiae diem ad XXVIII Octobris colloquio de religione dicit. Quo deinde honestissimae Principum Legationes se conuerterunt disceptationis istius moderandae partes uel inchoare uel experiri contendentium. Sed frustra doctissimus et inuictus partium ille nostrarum propugnator Eckius hic cum Philippo Grammatico committitur: quum Philippus caeterique gregales ea lege descenderent in certamen, ut iterum licet saepiusque uicti pertinaciam sumerent pro robore, uictoriam nunquam concessuri licet exploratam.* Quae de Bartholomaeo Latomo, qui Wormatiam cum Treuerica Legatione accesserat ibidemque Iacobum Andreae Schmidelinum Lutheri satellitem, ceu uocat, habitu aulico concionantem uiderat eique talem insolentiam obiiciebat, in medium profert, nolo recensere. Adhaec uerba, quae apud Lambertum Hortensium Montfortium Historicum Libr. I de Bello Germanico pag. 1590 in Schardii Tom. II Rerum Germanicarum leguntur, praeterire non possum, quae sic se habent: *Hagonoae post altercationem leuiusculam decernitur ad hunc modum, ut dies Wormatiam, si Caesari ita uideretur, alius indiceretur, in quo confessio Augustana ab undenis, adhibitis scribis fidis pari numero (qui fideliter et raptim non argumenta solum sed uerba ipsa etiam excepta chartis traderent) discuteretur. Interea loci utrinque ab iniuria abstinerent. Eo Septemuiri Electores suas legationes una mitterent et cum his Magdeburgensis, Salisburgensis Argentoratensisque Episcopi, Guilielmus item Dux Cliuensis et Guilielmus ac Ludouicus Bauari. Approbatur a Caesare decretum. Datur publica fide omnibus ultro citroque ad conuentum Wormatiensem commeandi potestas, etiam eorum Theologis. Caesar Legatum Granuellanum ad dictum diem eodem mittit. Adfuit et Pontificis Legatus Thomas Campegius. Hic adhibentur notarii et scribae bini. Sed quum illi, qui a ueteri religione stabant, Legatos a consiliis Brandenburgensis, Palatini et Cliuensis in confoederatorum partes plus aequo propensos aduerterent, metu, ne suffragiorum numero in his, de quibus altercatio erat, superarentur, tempus studio extraxere, si interea diuersi aliquid a Caesare nuntiaretur. Conuenerat iam utcunque de colloquii forma, de qua inter ipsos uariatum fuerat, et diem unum colloquendo consumserant: quum litterae a Caesare ad Granuellanum Legatum allatae colloquium disturbarent &c &c*

** Sleidanus in Commentariis suis L. XIII pag. m. 374 de P. P. Vergerio ita scribit: *Erat etiam hoc in conuentu Petrus Paullus Vergerius Episcopus Iustinopolitanus, uerbo quidem tanquam Galliae Regis caussa sed reuera missus a Pontifice, qui suis rebus illum inseruire magis posse putabat, si quidem alieno nomine ibi uersaretur. Orationem hic de unitate et pace ecclesiae composuit et typis procusam ibi distribuit, in qua potissimum id agit, ut doceat, non esse de nationis concilio cogitandum: etenim conuentus ille speciem aliquam eius rei prae se ferebat et uiam praemunire uidebatur.*

Pontifex

re * ,. in qua primum hortatur Germanos , ut bene diligenterque perpendant, quantam calamitatem ex sua religionis discordia corpori Seruatoris, id est , Ecclesiae Christianae inferant quantoque rerum in discrimine uersentur quantamque uariis hominum peruersissimorum turbis occasionem praebeant , deinde etiam monet , ut non tam de nationis Germanicae concilio quam de concilio oecumenico cogitent ibique omnia Spiritui Sancto dirigenda et ordinanda et concludenda permittant. Quoad ego de mente huius Auctoris iudicare possum : uidetur is mihi culpam transferre in Protestantes , quod tempore Reformationis turbae Anabaptistarum ; rusticorum et alia rerum discrimina exorta essent. Item etiam persuadere uidetur hominibus , concilium esse habendum oecumenicum : sed tamen non obscure significat, Pontificiam in eo auctoritatem non esse negligendam. Tandem uidetur eam suadere pacem , qua Protestantes sese subiiciant religioni Pontificiae tanquam ab Apostolicis piisque uiris fundatam et propagatam. Conf. Lud. Melch. Fischlini Memoria Theologorum Wirtembergensium Supplem. pag. 113.

Pontifex autem nihil minus ferre poterat eiusque sensum probe callebat Vergerius. Per hunc igitur et id genus alios illius administros impedita res fuit et dissoluta tandem.

* Exemplar huius orationis , quod Vir perquam reuerendus clarissimusque Schelhornius Fautor omnium amicissimus beneuolentissime communicauit mihi, prodiit Venetiis per Ioann. Ant. et Petrum fratres de Nicolinis de Sabio Anno Domini MDLXII mensis Nouembris. Conf. in Append. Hhh.

S. D. G.

In

ERASMVM EBNERVM

Macte animis, Ebnere, *piis*, *qui pectore firmo*
Grande tuebaris relligionis opus
Quique etiam nobis fidei monimenta probatae
Scripta relinquebas posteritatis amans!
Sic ubi pura fides et dogmata sancta uigebunt
Colloqui*ique tenor* Wormatiensis *erit:*
Semper ibi florere tuas, Ebnere, *uidemus*
Laudes ingenii consiliique grauis,

A *

Bedenken auf den Tag zu Worms gestellet Anno 1540, wie auf der Protestirenden Stände Seiten zu handeln in vorstehendem Colloquio und ob der Geistliche Gesandte zu einem Richter anzunehmen in streitigen Sachen.

conf. Pezelius in Christlichen Berathschlagungen *Phil. Melanchth. pag.* 135

Es ist wol zu achten, daß der Gegentheil viel gefehrliche Tücke versuchen werde, nicht allein mit des Pabsts Gesandten sondern mit vielen sorglichen Stücken, als mit Stellung der Artickel und mancherley Calumnien und Sophisterey; darum ist von nöthen, daß wir wider diese - - - beten.

Aber dieser Sorg bedarf man nicht, daß es so fern komme, daß sie in den fürnehmen Artickeln weichen, als so wir sagen werden, alle Privat-Messen sind Abgötterey, item so wir das *sola fide* streiten werden: darum hoffen wir nicht, daß iemand auf diesem Theil Schein haben werde ihre Mittel anzunehmen; er gedenke denn ganz vom Evangelio abzufallen. Wer nun nicht bleiben will, den müssen wir fahren lassen. Es that Samuel des Sauls Abfall auch wehe und sind der Exempel viel: auch spricht Daniel besonder von dieser Zeit, viel werden sich zu ihnen thun fälschlich und untreulich; darum mögen wir diese Gefährlichkeit GOtt befehlen und ist das allersicherst wider alle Geschwindigkeit, daß ein ieder gedenke seinen Glauben zu bekennen und so viel Bericht davon zu thun, als ihm GOtt Gnade verliehn.

Darum achten wir für das Beste, daß wir auf dieser Strassen bleiben, wanns zur Unterrede kommt, daß wir unsre Artickel nach Nothdurft und gründlich declariren und beweisen und dem Gegentheil nothdürftiglich antworten. Denn alle Calumnien auszufechten, das würde viel zu lang: wer die Wahrheit annehmen oder dabey bleiben will, wird man wol sehen. Dieses ist unser vornehmst Bedenken; und so man dabey bleibt, wird man innen, daß dadurch viel Gezänk des Gegentheils und der unsern verhindert werden.

Und ist nicht ungerathen, daß wir unsere Antworten mündlich und schriftlich thun: sonst wird uns all unsre Rede verkehret, wie zu Augspurg geschehen.

Auch ist dieses dazu gut, daß wir alsdann nicht mit ihnen Artickel stellen müssen sondern lassens bey unsern überantworteten Stellungen bleiben.

Item dieweil unsre Herren nicht zugegen; ist vonnöthen, die Handlungen in Schriften zu verfassen, daß nicht einer eine Ausflucht suche durch ein Calumnia.

Item der Gegentheil fürcht sich vor dem Schreiben und scheuet das Licht; sind auch nicht geschickt zu schreiben.

Item es kan unter uns leichtlicher Einträchtigkeit bleiben: sonst schreyet ein ieder, was er will.

Item es wird der Anfang den Papisten verdrieslich werden, so wir die Protestation wider den Gesandten in Schrift fassen, da man sie scherfen wird und bald ausbreiten.

Von Päbstlichen Gesandten

So wir das Concilium recusiret haben, derwegen, damit nicht der Pabst Richter seyn sollt; müssen wir vielmehr in dieser Handlung klar protestiren, daß

daß wir den Päbstlichen Gesandten oder den Pabst nicht erkennen als ein obern Richter oder Händler sondern für den Principal Gegentheil und fechten ihn an - - - Diese Protestation mus ohn allen Zweifel geschehen. Nun wird folgen von dem Anfang.

Von dem Anfang der Handlung der Protestation

Zu Augspurg ward anfänglich protestirt, daß ihre Meinung nicht wäre, etwas zu endern in ihrer Lehre sondern uns auf ihre Seiten zu bringen. Nun werden iezund auch selzame Protestationes geschehen, wo sie nun sagen werden, sie gedächten nichts zu weichen sondern uns allein abzuwenden, bedenken wir, daß man alsdann strak den Handel ganz abschlage, dergleichen ist zu thun, so etwas fürgehalten würde, uns zu verbinden über und auser dem Frankfurtischen Abschied. Und ist auch in allewege erstlich anzuzeigen, wie wir in diese Unterrede treten, daß wir die Vergleichung nicht verstehen für ein Absfall oder Defection sondern haben uns derhalben eingelassen, daß wir hoffen, so wir mit Leuten, die eines guten Gewissens, handeln würden, daß man befinden würde, daß die Lehr in unsern Kirchen recht sey, dadurch denn Kais. Maiestet besser zu berichten, denn bishero geschehen, und alsdenn möchten Weg gesuchet werden zur Einigkeit.

Auf diese unsre Rede wird man von ihnen vernehmen, was ihr Gemüt ist. Auch werden sie vielleicht fürgeben, man soll nicht disputiren sondern allein kurz anzeigen, was wir nachgeben wollen. Dieses ist auch nicht zu thun, daß man also blind handle, als so man die Kleider in die Hell geworfen, wiederum herfür nimmt, ohn Unterscheid, sondern wir müssen anzeigen klar, daß wir in der Lehr und nöthigen Stücken nichts weichen können und wollen Ursach anzeigen, darum auch diese Unterrede fürgenommen, die Wahrheit fürnemlich zu suchen, so sey nicht Fried mit Unterdruckung der Wahrheit zu machen.

Wenn man nun der Lehr und nöthigen Stück verglichen: so sey denn weiter zu reden von der Bischof Obrigkeit, Ordination und etlichen Mittel-Ceremonien, davon vergeblich zu reden, dieweil die Lehre streitig ist und wir im Grunde feind sind. Dazu laut der Kais. Maiestet Ausschreiben also, daß man soll *Confessio* und *Apologiam* fürnehmen. In Summa, der Eingang wird viel selzamer Reden bringen, daß der Gesandt entweder die Unterrede derhalben verbieten wird oder wird gleichwol sizen ungeachtet unser Protestation.

Verbeut er die Unterrede, das lassen wir geschehen und ist uns nüzlich: so er das nicht thut, sondern sezet sich, ungeachtet unser Protestation; ist die Frag, ob wir aufstehen sollen oder ob wir durch bemeldte Protestation genugsam verwahret sind.

Nun ist hie zu bedenken, ob besser sey, daß sich die Handlung stosse in Principal Artikeln als *sola fide*, Privat-Mes, Kirchen-Gewalt, *Satisfactio*, *Purgatio*, Heiligendienst, *Vota etc* oder an diesem Niedersizen der Gesandten, so wir doch genugsam verwahret sind durch die Protestation, und vielleicht gut ist, daß der Gesandte selb anhöret, wie viel grosser treflicher Artickel wir wider das Pabstthum haben.

Darum wölle man befehlen, was auf diesem Falle zu thun, so sich der

Legat ungeachtet unser Protestation sezet, ob wir alsdenn die Handlung abschlagen sollen.

Zu dieser Frag ist auch noch zu wissen, wie weit sich die Reden erstrecken, so zuvor derhalben zu Frankfurt und Hagenau geschehen.

V. L.

Consilium in colloquium Wormatiense destinatum anno cIɔ Iɔ XXXX, qua ratione ex parte Ordinum Protestantium in colloquio instanti agendum sit, num etiam Legatus Pontificius in caussis dubiis pro iudice haberi debeat

FAcile suspicari licet, partem aduersariam multas structuram esse periculorum insidias non tantum cum Pontificis Legato sed etiam cum aliis rebus ambiguis, u. g, compositione articulorum et uariis calumniarum et sophismatum technis: quare necessarium est, ut contra tales - - - oremus et precemur.

Sed non est, quod metuamus, ne parum absit, quin a primariis articulis discedant; ubi nimirum statuemus, omnes priuatas missas esse idololatricas, item si de sola fide pugnabimus: unde non speramus, fore, ut quisquam huius partis persuadeatur eos sequi; nisi de toto Euangelico desciscere uelit. Qui igitur partibus nostris adhaerere non uult, eum dimittamus necesse est. Samuel etiam Saulis praeuaricationem aegerrime ferebat et adhuc plura dantur exempla: Daniel insuper de hoc sigillatim tempore uaticinans ait, multos ipsorum partibus adhaesuros esse fraudulenter et dissimulanter. Quare haec rerum temporumque discrimina commendemus Deo remediumque contra omnem insidiarum uolubilitatem praesentissimum hoc est, ut suam quisque fidem et religionem profiteatur et pro ea, qua diuinitus pollet gratiae facultate, tueatur defendatque.

Optimum ergo putamus, ut in hoc tramite curramus, si ad collocutionem uia fit, ut articulos nostros pro necessitate ac soliditate declaremus et probemus et parti aduersariae bene legitimeque respondeamus. Omnes enim calumnias refutare longum nimis opus esset: quis autem ueritatem sequatur et amplectatur, testis experientia docebit. Haec est summa consilii; si igitur uersemur in eiusmodi cardine, facile patebit, multum rixarum ex utraque parte remoueri et euitari.

Neque non praetera consultum esse debet, ut nostras responsiones uerbis et scriptis exhibeamus: alias enim uerba nostra facile detorquentur et in peius accipiuntur, ceu Augustae Vindelicorum contigit.

Etiam hoc e re uidetur, si nos cum aduersariis non debemus articulos formare sed cum responsionibus exhibitis definimus.

Item, quia Principes nostri non adsunt praesentes: necesse est scripto actiones designare, ne quis per calumniam subterfugiat.

Item pars contraria timet stilum et fugit lucem: neque etiam apti sunt ad scribendum.

Item facilius inter nos concordia seruari potest: alias enim quisque effutit, quae uelit.

Item Pontificiis statim ab initio stomachum mouebit, si nos protestationem scripto exarabimus contra Pontificium Legatum, quam acuere et mox diuulgare licebit.

De Pontificio Legato

Si nos concilium recusauimus eum in finem, ut ne Pontifex iudicem agat: tanto magis hac in actione protestari debemus, non esse, cur Pontificium Legatum aut ipsum Pontificem pro summo iudice aut arbitro habeamus sed pro partis aduersariae capite dictitemus, quem

quem - -.- impugnamus Haec protestatio extra omnem dubitationem fieri debet. Sed iam de principio.

De principio actionis in protestatione

Augustae Vindelicorum protestari coeptum est, quod ipsorum mens non esset in sua doctrina quicquam mutare sed nos in suas partes trahere. Iam uero mirae fient protestationes, si clamabunt, non ipsis animum esse a sua doctrina latum unguem discedendi sed nos tantum auertendi: concludimus ergo, totum tunc negotium abrumpendum esse; id quod faciendum est, si quid praetendatur obligationis modo ultra et extra Recessum Francofurtanum. Quid? quod primum omnino declarandum est, nos ea de caussa colloquium inire, non, ut ex conciliatione a diuerticulo et auio in uiam reducamur, sed quod speramus, fore, ut, si cum hominibus cordatis agamus, patescat, nostrarum ecclesiarum doctrinam ueram esse, atque inde Caesareae Maiestati referri possint ueriora, quam quae hactenus relata sunt, ex eoque uia paretur ad concordiam et tranquillitatem.

Facta hac protestatione facile liquebit, quae nam eorum mens sit. Forsan etiam contendent, non esse disputandum sed breuiter indicandum, in qua re descendamus. At enim uero non temere agendum est, ne uestes quasi in obscuro reconditas extrahamus iterum, sine discrimine. sed aperte fatendum est, nos in doctrina necessariisque articulis nullo modo discedere posse, caussaeque allegandae sunt, cur ista collocutio instituatur, ad ueritatem scilicet inquirendam, declarandum est denique, non pacem esse faciendam cum ueritatis oppressione.

Si igitur conciliatio facta est doctrinae et rerum necessariarum: porro loquendum sit de potestate ecclesiastica, ordinatione et adiaphoris; de quibus frustra sermo fit, si doctrina in controuersia est et nos e diametro pugnamus. Adhaec mandatum est ex Rescripto Caesareae Maiestatis, ut Confessio et Apologia disputationis materia sit. Paucis: ab initio statim multae occurrent disputationes mirae, ita, ut aut interdicat collocutioni Legatus aut non obstante protestatione nostra remaneat.

Si colloquio intercedit; per nos licet, quum et nostris conducat rebus: sin autem non obstante protestatione nostra remaneat; quaestio est, utrum nos surgamus et abeamus, an in protestatione facta acquiescamus.

Sed deliberandum est, num melius uideatur, si colloquium in primariis articulis, u. g. sola fide, priuatis missis, potestate ecclesiastica, satisfactione, purgatione, cultu sanctorum, uotis etc an in caussa remanentis Legati abrumpatur; quum tamen ex protestatione facta satis prospexerimus nobis forsanque expediat, quod Legatus ipse coram audire possit, quanta nobis summorum articulorum momenta sint contra Papatum

Est igitur, quod expectemus mandatum, quid in hoc casu faciendum sit, ubi Legatus non obstante protestatione nostra remanet, num eo casu negotium abrumpendum sit.

Ad eandem responsionem pertinet etiam, ut sciamus, quatenus sese extendant uerba, quae prius in Conuentu Francofurtano et Hagenoico facta fuerunt.

A

Copia Protestationis

NOn ignoramus profanorum hominum iudicia de his ecclesiasticis discordiis nec adeo sumus sine sensu communi, ut soli pericula nostra non intelligamus nec praemetiamur animis. Nec adeo sumus inepte morosi, ut a consensu tot nationum sine necessariis caussis iuuet dissentire. Sed magnas, pias et iustas caussas habemus nostri consilii. Nam

Euange-

Euangelii lucem rurſus DEI beneficio exortam in Eccleſiis noſtris non decuit nos opprimere. Nec erat pium ſtabilire ingentes abuſus et errores. Erat alienum etiam a lenitate Chriſtiana adiuuare iniuſtam ſententiam. Itaque quum Pontifices inde usque ab initio renouatae doctrinae contra nos atrocia decreta et quidem ſanguine ſcripta ediderint ac Reges et Principes paſſim contra nos inflammarint, ſemper et expetiuimus uerum et liberum Eccleſiarum iudicium et nos ad dicendam cauſſam obtulimus. Sed repudiata hac aequiſſima petitione, edicta aduerſus nos in Imperio uibrata ſunt, quae nobis non leue periculum denunciarunt. Etſi autem interdum atrocitas edictorum lenitate inuictiſſimi Imperatoris Caroli Auguſti ac Domini noſtri clementiſſimi mitigata eſt, tamen iniquitate Iudicii Camerae ſubinde renouata eſt aſperitas nequaquam utilis ad Germanorum tranquillitatem. Interim ut uera remedia publicarum diſcordiarum quaererentur, decreta in Imperio facta ſunt, in quibus ſynodi ſpes oſtenſa eſt, nec tamen ſynodus libera ulla indicta eſt nec inſtituta diſputatio ulla ueritatis inquirendae cauſſa. Nam quum Auguſtae delecti ſunt quidam Principes et doctores, qui de dogmatibus conciliandis nobiscum agerent, hi palam praefati ſunt, ſe nihil mutaturos eſſe in doctrina aut ritibus ſuarum eccleſiarum. Tantum hoc agebatur, ut nos inflecterent ad ſuas opiniones et ad priſtinos errores retraherent. Quare illa Auguſtana collocutio nec eccleſias ſanatura fuit nec ad pacem profutura. Ita uerſamur hactenus in aſſiduis periculis, dum nec ueram cognitionem nec pacem certam impetrare poſſimus. Aliquoties fulmina Iudicii Camerae contra nos emiſſa ſunt. Alibi ſaeuitia exercetur in homines innocentes, qui nobiscum ſentiunt. Tandem uero, ut Eccleſiarum concordiae ac paci conſuleretur, Francofordiae promiſſa eſt collocutio de doctrina eccleſiaſtica et de Eccleſiarum conciliatione et formula certa expreſſa eſt, ut delecti ab utraque parte homines moderati, eruditi, pii, idonei ad dirimendas diſcordias, non cupidi contentionum de dogmatibus conferrent. Hic rurſus pacem et tranquillitatem ſperare coepimus. Sed ab hac ipſa formula in conuentu Hagenoenſi nobis reclamantibus diſceſſum eſt. Quanquam enim decretum eſt, ut praecederet collocutio: tamen quaeſita eſt alia forma periculoſior, ut uereamur a quibusdam hoc agi, ut, quum non potuerint nos per ſynodi ſpeciem opprimere, nunc obruant praeiudiciis huius congreſſus. Ad has difficultates accedunt grauamina praeſidentiae. Quum igitur non leuiter praegrauemur; nonnullas cauſſas haberemus detrectandi huius colloquii: ſed tamen, quia diſerte expreſſum eſt, hanc collationem non habituram eſſe uim praeiudicii et clementiſſimus Imperator ab utraque parte poſtulat, ut ueritas pateſiat; non defugiemus hanc collationem, ſed offerimus nos amanter collocuturos eſſe de doctrina et de eccleſiis ſanandis. Sed tamen initio proteſtamur, nos propter hunc congreſſum non proiicere prouocationem noſtram in aliis conuentibus factam ad liberam et piam ſynodum nec diſcedere a decretis Imperii factis de ſynodo generali aut nationali nec deſerere promiſſa Francofordiae, quae ad explicationem ueritatis et ad concordiam uidentur utiliora, nec abolere mentionem eorum, quae in conuentu Hagenoenſi petiuimus. Teſtamur etiam, nos uere et ex animo uenerari Eccleſiam Chriſtianam catholicam, in qua Filius Dei Patres, Prophetas, Apoſtolos et Sanctos omnibus temporibus gubernat. Ab hoc coetu, qui uere eſt Eccleſia catholica conſociata certo uerbo Dei, nequaquam diſſonemus. Ac Deum teſtem facimus, nos non aliud magis cupere, quam ut pura et ſimplex doctrina catholicae Eccleſiae Chriſtianae, neceſſaria piis, luceat et conſeruetur, ut Deus, Pater Liberatoris noſtri Ieſu Chriſti recte colatur et multorum ſaluti conſulatur. Nec alia cauſſa eſt, quare a Romano Epiſcopo diſſentiamus, niſi quia errores et uitioſos cultus pugnantes cum Euangelio defendit ac ſe profitetur hoſtem eſſe noſtrarum Eccleſiarum. Quare hic teſtamur, nos ei

non

non tribuere auctoritatem , quam sibi uel in hoc congressu uel alias contra Euangelium arrogat. Quum autem promiserit Dominus et Liberator noster Christus Filius Dei , ubicunque in nomine Eius conueniant pii , se inter illos affuturum : oramus Eum , ut ipse huic coetui praesideat et gubernet hanc disputationem , ut ueritas illustretur et Deus , Pater Domini nostri Iesu Christi recte colatur. Profecto enim de magnis et multis rebus disserendum erit. Iam de tota sententia Paulli constituendum est , quae diu iacuit non mediocri caligine oppressa , discernendi cultus Dei et humanae traditionis , declaranda uera sacrificii ratio , dicendum de toto iure potestatis ecclesiasticae. Quae unquam una synodus tam multas graues controuersias agitauit ? Necesse autem est , has tantas res extare in Ecclesia explicatas. Deinde cum ob alias caussas tum ob hanc quoque opus est concordia : quia passim propter saeuitiam , quae in sacerdotes pios exercetur , desunt pastores. Qua ex re interitus religionis et horrenda barbaries secutura est : nisi salutaria remedia quaerantur. Hoc tanto periculo reipublicae maxime moueri non solum Principes sed etiam caeteros conuenit. Vt igitur postulat Imperator , de singulis articulis nostrae confessionis ingenue sine sophistica et , quanta poterimus proprietate et perspicuitate , respondebimus et normam adhibebimus , quam Deus nobis proposuit , uidelicet firma et perspicua testimonia propheticarum et apostolicarum Scripturarum ; sicut mandatum est , si quis aliud euangelium docebit , anathema sit. Praestabimus etiam candorem ac fidem , ut appareat , nos ueritatis et tranquillitatis cupidos esse , non contentionis. Non rixabimur de uerbis , sed res magnas diuinitus traditas retinere studebimus. Nam hoc genus doctrinae , quod profitemur , sentimus , uere esse consensum catholicae Ecclesiae Christianae , certo traditum in scriptis apostolicis , et iudicamus , suffragari nobis apostolicae Ecclesiae consuetudinem et probatissimos Patres , si dextre intelligantur. Sed tamen si quis aliquid desiderabit : Scripturas diuinas opponat. His sine sophistica citatis summa modestia adsentiemur ac uicissim petimus , ut aduersarii normam eandem adhibeant , uidelicet propheticam et apostolicam Scripturam nec pro scriptura dilutas et insinceras interpretationes , remoueant captiones , logomachias et philonikian , adsentiantur certis testimoniis Scripturarum apostolicarum et cogitent , durabilem concordiam sine ueritate non posse constitui , meminerint , cultum Dei praecipuum esse liberare ecclesiam ab idololatria et falsis opinionibus ; sicut inquit Spiritus Sanctus , fugite idololatriam. Quod possumus sacrificium Deo gratius exhibere , quam si uera doctrina patefacta gloriam Christi illustrauerimus et ecclesiarum concordiam constituerimus ? Haec munera praecipue a nobis requirit Deus ; sicut inquit Christus , in hoc glorificatur Pater meus caelestis , ut fructum copiosum feratis et fiatis mei discipuli. Vt igitur huic caelesti mandato obtemperemus , omnes precamur ex animo , ut Deus omnium mentes ad amandam et intelligendam ueritatem flectat et exsuscitet.

B

Protestatio scripta Gothae XXII Octobr. Ann. 1540 , quum instaret Colloqu. Wormat. conf. Pezelius in Consil. Phil. Melanchth. pag. 394

NOn ignoramus profanorum hominum iudicia de his ecclesiasticis discordiis nec adeo sumus sine sensu communi , ut soli pericula nostra non intelligamus nec praemetiamur animis. Nec adeo sumus inepte morosi , ut a consensu tot saeculorum et nationum sine necessariis caussis iuuet dissentire. Sed magnas , pias et iustas caussas habemus nostri consilii. Nolumus opprimere Euangelii lucem rursus Dei beneficio exortam in Ecclesiis nostris , nolumus stabilire ueteres abusus ac errores. Alienum ducimus a ueritate Christiana , adiuuare iniustam saeuitiam. Itaque quum Pontifices inde usque ab initio renouatae doctrinae

contra nos impia et atrocia decreta et quidem ſanguine ſcripta ediderint ac Reges et Principes paſſim contra nos inflammarint: ſemper expetiuimus uerum et liberum Eccleſiae iudicium et nos ad dicendam cauſſam obtulimus. Sed nec libera Synodus ulla indicta eſt hactenus nec ulla priuata diſputatio ueritatis inquirendae cauſſa inſtituta eſt. Nam quod Auguſtae delecti ſunt quidam Principes et Doctores, qui de dogmatibus conciliandis nobiscum agerent: hi palam praefati ſunt, ſe nihil mutaturos eſſe in doctrina aut ritibus ſuarum Eccleſiarum. Tantum hoc agebant, ut nos inflecterent ad ſuas opiniones ac ad priſtinos errores. Quare illa Auguſtana collocutio nec Eccleſias ſanatura fuit necad pacem profutura. Quum autem inuictiſſimus Imperator nunc inſtituerit collocutionem de tota doctrina: ſperamus, eum uelle patefieri ueritatem, ut uere conſulatur Eccleſiis. Eamque ob cauſſam gratias agimus inuictiſſimo Imperatori, quod utili et ueteri exemplo collocutionem inſtituit. Petimus etiam ab aduerſariis, ut animos adferant ueritatis ſtudioſos ac cupientes illuſtrare gloriam Dei et uere conſulere ſaluti Eccleſiarum. Multi quum norint ueritatem: tamen, quia habent animos occupatos ambitione et auaritia, piam doctrinam hactenus oppugnarunt, ut ſuas opes aut alia commoda tuerentur. Tales affectus ad hunc congreſſum nequaquam afferendi ſunt. Conſtat, multos ueteres morbos haerere in Eccleſia, quorum emendationem et alii ante haec tempora flagitarunt. Quare ut inuictiſſimo Imperatori uere poſſint referri noſtrae ſententiae, non defugimus hunc congreſſum ac pollicemur, nos ſine ſophiſtica, ſine cauillationibus, ſine calumniis ingenue et, quanta poſſumus proprietate et perſpicuitate explicaturos doctrinam Eccleſiarum noſtrarum, quam quidem uere ſentimus conſenſum eſſe catholicae Eccleſiae Chriſti. Et normam adhibebimus, quam Deus nobis propoſuit, uidelicet firma et perſpicua teſtimonia Propheticae et Apoſtolicae ſcripturae, ſicut mandatum eſt; *ſi quis aliud Euangelium docebit, anathema ſit.* Praeſtabimus etiam ſimplicitatem et fidem, ut appareat, nos ueritatis et tranquillitatis cupidos eſſe, non contentionis, fugiemus λογομαχίας et uiciſſim petimus, ut aduerſarii normam adhibeant eandem, uidelicet Propheticam et Apoſtolicam Scripturam nec pro ſcriptura citent dilutas et inſinceras interpretationes, remoueant captiones, λογομαχίας et φιλονικίαν, aſſentiantur caeleſtibus dictis. Idem et nos faciemus ſumma modeſtia. Ac precamur, Deum Patrem Liberatoris noſtri Ieſu Chriſti, ut gubernet pectora totius huius coetus ad ueritatem amandam et intelligendam propter ſalutem Eccleſiae. Neceſſe eſt enim opem ferri Eccleſiis, cum ob alias multas cauſſas tum ob hanc quoque, quod paſſim propter ſaeuitiam, quae in ſacerdotes pios exercetur, deſunt paſtores. Qua ex re interitus religionis et barbaries horrenda ſecutura eſt. Hoc tanto periculo Reipublicae maxime moueri non ſolum Principes ſed etiam caeteros conuenit. Vt autem antea ſynodos indictas Romano Epiſcopo propter grauiſſimas cauſſas recuſandas eſſe cenſuimus: ita nunc teſtamur in hoc congreſſu nos detrectare auctoritatem Romani Epiſcopi nec aſſentiri, ut Romanus Epiſcopus tribuat auctoritatem colloquendi de doctrina Chriſtiana nec aſſentiri, ut eo nomine praeſideat huic congreſſu, legatus Romani Epiſcopi. Quum enim Romanus Epiſcopus profiteatur, ſe hoſtem eſſe noſtrarum Eccleſiarum, quum iniuſtiſſimis praeiudiciis cauſſam noſtram toties damnauerit - - et uiciſſim a nobis accuſetur haereſeos: non agnoſcimus Romanum Epiſcopum iudicem nec ſuperiorem; non tribuimus ei auctoritatem, quam ſibi - - arrogat in Eccleſia, ne ſine ipſius approbatione ſynodi habeantur. Haec initio teſtari oportuit, ne diſſimulatione rerum poteſtatem, quam ſibi arrogat, tribuere nos quoque uideamur. Quod ne faciamus, eo adducimur, ne ſtabiliamus errores, - - et - - tyrannidem, qua oppreſſit Eccleſiam. Quum enim Paullus inquit, *ſi quis aliud Euangelium docebit, anathema ſit:* iubet cauere, ne ſocietate hoſtium Euangelii polluamur. Scimus acerbitatem ſummam eſſe odii aduerſus nos. Iudicamur

mur esse anathemata execranda et tollenda omnibus uiribus eamque ob caussam saeuitur in nos edictis ac suppliciis. Reges et Principes incitantur, ut bella moueant. Ornantur praemiis, qui arma aduersus nos capiunt; in discrimen uocantur pii ciues, qui bene cupiunt publicae tranquillitati. Sed consolatur nos Paullus, qui improbat impiorum iudicium ac testatur, non eos, qui amplectuntur Euangelium, sed hostes Euangelii anathemata et catharmata esse, quae Deus reiecit et uitari postulat. Quare quum manifestum sit, Romanum Episcopum bellum gerere aduersus Euangelium Filii Dei: non possumus ei ullam auctoritatem in Ecclesia tribuere et huius nostrae sententiae rationem reddituri sumus, ubicunque opus est, in synodis et aliis honestis congressibus. Constat enim, Romanum Episcopum non solum profiteri nefarios errores et haereses in Ecclesia damnatas sed etiam defendere horribili immanitate suppliciorum. Obruit doctrinam ueram de beneficiis Filii Dei, de fide, quae et ad consequendam remissionem peccatorum et in omni inuocatione necessaria est. Abolita uera inuocatione traduxit mentes hominum ad eos cultus, de quibus inquit Christus: *frustra colunt me mandatis hominum.* Et exercetur manifesta idololatria in abusu multiplici coenae Domini; ubi Deus ignotus patribus, auro, argento et rebus pretiosis, ut inquit Daniel. Exercetur et - - - impietas in inuocatione mortuorum, quibus honos Christi mediatoris falso tribuitur. Corrumpit usum Sacramentorum, quae Christus tradidit. Anteferri postulat humanas, superstitiosas, iniustas et tyrannicas leges diuinis. Arrogat sibi potestatem supra omnes Episcopos. Potestatem Ecclesiasticam transformat in regnum mundanum. Ad hos tam multos errores adiungit tyrannicam saeuitiam; grassatur igni et ferro in homines innocentes, qui non applaudunt omnibus deliramentis monachorum aut Pontificum. Etsi autem scimus, quantum periculorum adferat discordia: tamen quia Deus praecipit fugere idololatriam et nominatim Spiritus Sanctus superstitiosas - - - traditiones uocauit doctrinas Daemoniorum et hortatur ut, - - - aduersemur: necesse est, nos dissentire a Romano Episcopo, qui defendit - - - plerasque falsas opiniones. Quum autem ex animo ueneremur Ecclesiam catholicam, in qua Filius Dei Patres, Prophetas, Apostolos et Sanctos omnibus temporibus gubernat: nequaquam ab hoc coetu, qui uere est Ecclesia catholica, dissentiemus unquam; cuius quidem Ecclesiae hostem esse Romanum Episcopum, non caput, res ipsa ostendit, quia interficit populum sanctorum, ut in Daniele praedictum est. Nec dubitamus, quin doctrina, quam Ecclesiae nostrae profitentur, sit uere consensus Ecclesiae catholicae Filii Dei. Non enim discedimus a scriptis Apostolicis. Ac ne desint humana testimonia, etiam suffragantur nobis in praecipuis rebus consuetudo, aetas proxima post Apostolos, ueteres et probatae synodi, item aliqui scriptores Graeci et Latini peritiores, si dextre intelligantur. Affirmamus etiam bona conscientia, nos ad hanc doctrinam conseruandam et propagandam non curiositate, non ambitione aut aliis caecis cupiditatibus sed pio studio moueri, ut ornemus gloriam Filii Dei et iuuemus Ecclesiam, et oramus Deum Patrem Liberatoris nostri IEsu Christi, ut nostrum studium gubernet et adiuuet; sicut inquit Christus, se adfuturum his, qui in nomine Eius conueniunt.

C

Mandatum Caesareum super Dominum a Granuela

CArolus V diuina fauente clementia Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae etc Comes Haspurgi, Flandriae, Tirolis etc recognoscimus et notum facimus tenore praesentium uniuersis. Quod quum in sacro Romano Imperio pacem atque unionem, quoad in nobis fuit, semper

ſemper quaeſiuerimus ob idque tanto maiori ſtudio procurauerimus, ut controuerſia relligionis noſtrae, quae ab aliquot annis citra in Imperio non absque graui rerum incommodo uertitur, amicabilibus et pacificis modis ac mediis ſublata atque compoſita, diſſenſiones omnes ex ea re inter Imperii Status obortae citra ullam rerum turbationem ſedari et firma tandem pax in Imperio conſtitui poſſet. Qua ſane in re curanda ut nihil hac tenus a nobis praetermiſſum eſſe ſtudii aut laboris exiſtimamus et actiones noſtrae praeteritorum temporum ſatis abunde teſtari poſſunt: ita et nunc et deinceps Deo dante operam daturi ſumus, ne per nos ſtetiſſe uideatur, quo minus controuerſia haec compoſita et ad debitum finem deducta ſit. Eaque de cauſſa praecipue nuper, etſi grauiſſimis regnorum noſtrorum occupationibus detineremur, poſthabitis tamen omnibus, relictis Hiſpaniarum regnis, relictis liberis noſtris non absque ingenti rerum noſtrarum incommodo nos ad has ditiones noſtras contulimus. Et communicata re cum Sereniſſimo Fratre noſtro Romanorum etc Rege conuentum Electorum et aliquot Imperii Principum, cui praefatus Sereniſſimus Frater noſter Romanorum etc Rex noſtro nomine perſonaliter praefuit, apud Hagenoiam celebrari fecimus, nulla alia ratione, quam componendae relligionis et pacis in Imperio firmandae ſtudio ducti. Verum quum in eo conuentu res ad optatum finem deduci non potuerit ſed in alium conuentum remiſſa diesque amicabili tractatui et colloquio conſtituta et a nobis indicta ſit, in quo aliquot eruditi, prudentes et pacis ſtudioſi uiri ab Electoribus et Principibus in Hagenoenſi Receſſu nominatis, ſimiliter a Proteſtantibus pari numero deſignandi comparere ac praeſentibus aliquot Imperii Electoribus atque Principibus ad id ſpecialiter deputatis eorumue Conſiliariis de omnibus et ſingulis articulis Auguſtanae Confeſſionis et Apologiae Proteſtantium amicabiliter pieque (citra tamen obligationem) inter ſe conferre omnemque diligentiam adhibere debeant, ut omnes articuli contentioſi ad bonam concordiam et germanum ſenſum redigi queant, deque eo tractatu et colloquio in proxime futura diaeta imperiali nobis et Sanctitatis Summi Pontificis Legatis Imperiique Ordinibus relatio facienda ſit, ut negocium deinde uel per uiam legitimi Concilii uel aliter ex conuento ad debitam deciſionem deduci et inſuper de aliis Imperii negotiis tractari queat. Nos igitur, ut hac etiam in parte ſtudium et animi noſtri propenſionem erga publicam Imperii pacem probemus, operae pretium duximus, aliquam illuſtrem et ſumme confidentem perſonam deputare, quae dicto tractatui et communicationi noſtro nomine interſit. Itaque de fide, probitate, prudentia, induſtria et erga relligionem ac publicam pacem ſtudio magnifici et clariſſimi uiri fidelis et ſincere nobis dilecti Nicolai Peronotti, Domini a Granuella, iuris utriusque doctoris et equitis, primarii conſiliarii noſtri rerum Status et ſupremi libellorum ſupplicum praefecti plenam fiduciam gerentes eundem dominum a Granuella in Commiſſarium et Oratorem noſtrum elegimus et conſtituimus ac tenore praeſentium eligimus et conſtituimus, dantes et concedentes eidem Commiſſario et Oratori noſtro amplam facultatem et poteſtatem, ut nomine noſtro in praedicto tractatu et colloquio interuenire eique intereſſe et una cum Electoribus Principibus et abſentium Oratoribus et Deputatis aliisque, qui in eodem tractatu et colloquio interuenturi ſunt, tam ſuper praefatis quam aliis punctis in Receſſu Hagenoenſi comprehenſis et noſtrae declarationi reſeruatis rerumque omnium dependentibus, emergentibus, incidentibus, annexis et connexis ſimul et ſeparatim agere, conſultare, tractare, concludere, decernere et declarare uicesque et auctoritatem noſtram, quoties opus fuerit, interponere aliaque omnia facere, dicere, exercere et procurare poſſit, quae in praemiſſis et circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna et quae nosmet, ſi perſonaliter intereſſemus, agere, tractare et facere poſſemus, etiamſi

etiamsi talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus est expressum. Ponentes idcirco praefatum Commissarium et Oratorem nostrum in locum et uicem personae nostrae, promittentes, nos habituros perpetuo ratum, gratum, ualidum et firmum, totum id et quicquid per eundem Commissarium et Oratorem nostrum in praemissis et earum occasione actum, factum, tractatum, declaratum et conclusum fuerit, nosque contra ea uel eorum aliqua nihil unquam quouis quaesito colore uel ingenio attentare, dicere uel facere uelle, dolo et fraude remotis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri Caesarei appensione munitarum. Datae in oppido nostro Bruxellensi die X mensis Octobris anno Domini M.D.XL imperii nostri XX et regnorum XXV

Carolus

ad mandatum Caesareae et Catholicae Maiestatis proprium

Obernburg

D

Röm. Kais. Mai. Schreiben zur Entschuldigung des langen Aussenbleiben

Carl von GOttes Gnaden Römischer Kaiser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc

Hochwürdige Ehrwürdige und Hochgebohrne, liebe Freunde, Neven, Oheim, Chur-Fürsten und Fürsten, auch Wohlgebohrne, Edle, Ehrsame, Gelehrte, liebe, andächtige und getreue.

Als wir den edlen unsern geheimen Rath und des Reichs lieben getreuen Niclasen Peronot Herrn zu Granvallen zu unserm Comissarien und Botschafter auf den Versammlungs-Tag, so schierst zu Worms gehalten werden soll, zu verordnen vorgenommen. Und dieweil aber derselbe unser Commissarius und Orator mit andern unsern vielfältigen Geschäften, so uns seither vorgefallen, mercklich beladen ist, derhalben sich seine Ankunft zu obbestimmten Versammlungs-Tag etwas verweilen möchte. Demnach begehren wir an E. L. und euch die andern freundlichs gnädigs Fleis, ob derselb unser Commissarius auf obbestimten Tag nicht eben ankommen, damit E. L. und ihr die andern mit vergebnen Unkosten und Verzehrung der Zeit nicht beschwehret werden, daß ihr nichts destoweniger mitler Zeit der Handlung des Gesprächs einen Anfang geben und procediren und hierinn auf seine Ankunft nicht verziehen wollet. Das kommt uns von E. L. und euch zu sonderm guten Gefallen und beschieht daran unser Will und Meinung. Geben in unsrer Stadt Brüssel im Brabant am 12 Tag des Monats Octobr. Anno m. D. xlten unsers Kaiserthums im 20 und unsers Reichs im 25ten

Carolus

ad mandatum Caes. et Cath. Mai. proprium

Obernburger

Den Hoch und Ehrwürden, Hochgebohrnen unsern lieben Freund, Neven Oheim, Churfürsten und Fürsten, auch Wohlgebohrnen, Edlen, Ehrsamen, Gelehrten, unsern lieben, andächtigen und des Reichs getreuen N. allen Reichs-Ständen, Räthen und Botschaftern, so auf nechstkünftigen 28 Tag October zu Worms versamlet seyn werden.

V. L.

Sacrae Caesareae Maiestatis litterae, quibus tardus aduentus excusatur

Carolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus etc

Reuerendissimi in Christo Patres, uenerabiles et illustres Electores Principes, amici et consanguinei nostri carissimi, generosi, nobiles, honorabiles, docti, deuoti et fideles dilecti

QVum magnificum et clarissimum uirum fidelem et sincere nobis dilectum Nicolaum Peronottum Dominum a Granduella, Consiliarium nostri Status primarium, Commissarium et Oratorem nostrum ad Colloquium, quod proxime Wormatiae instituendum est, mittere proposuerimus; sed tamen Commissarius ille noster et Orator multis aliis rerum nostrarum negotiis, quae nobis huc usque contigerunt, oppressus fuerit eoque ipso uideatur impeditus, quo minus die ad Colloquium destinato Wormatiam uenire possit: petimus a dilectionibus uestris et uobis aliis omni studio, ut, si Commissarius noster die stato non aduenerit, dilectiones uestrae uosque alii, ne frustraneis impensis iacturaque temporis grauemini, citra omnem moram colloquii primordia capessatis neque Eius aduentum in hoc rerum auspicio expectetis. In quo dilectiones uestrae uosque alii rem nobis admodum gratam et uoluntatem nostram facturi estis. Datae in oppido nostro Bruxellis Brabantiae die decima secunda mensis Octobris anno Domini M. D. XL imperii nostri uigesimo et regnorum nostrorum XXV

ad Mandatum Caesareae et Catholicae Maiestatis proprium
Obernburg

Reuerendissimis in Christo Patribus, uenerabilibus et illustribus, Amicis et Consanguineis nostris charissimis, Electoribus et Principibus nec non magnificis, nobilibus, honorabilibus, deuotis nostris et Imperii Sacri fidelibus dilectis N. Statibus, Consiliariis, Oratoribus et Deputatis, qui proxime futura die uigesima octaua mensis Octobris Wormatiae congregabuntur.

E

Litterae Granduellanae, quibus tardus aduentus excusatur

Reuerendissimi, reuerendi in Christo Patres, illustrissimi Principes Electores ac Imperii Principes et illustres, generosi, strenui, eruditi et prudentissimi uiri

MAxima me molestia affecit concursus iste tantus occupationum, qui maturum meum ad illustrissimos uestros ordines aduentum impediuit. Doleo omnino, me non ad certum diem pro summa uestrorum nobilissimorum ordinum cura et diligentia proque mea in Rempublicam Christianorum ueneratione praesto fuisse. Sed quum celeritate itinerum et animi cogitatione id euincere non potui. Et ipse litteris ad uestros illustrissimos ordines missis cupio excusari et internuntium uirum spectabilem Dominum Ioannem a Nauia praepositum Merphilanum praemitto, qui maturitatem aduentus mei quam certissime significet. Consiliarius est Sacratissimae Caesareae Maiestatis, cuius opera et uoluntas superiori tempore in negotio tractationis a nobis cognita fuit, a uobis uero, qui iis negotiis praefuistis, perspecta. Itaque dignissimus uisus est, cui et has litteras et ad illustrissimos ordines uestros mandata darem, ut mei itineris progressum omni cum integritate exponat. Quod quum, ut confido, confecerit: fiet, ne tenuissima caussa grauissimis rebus aut impedimentum aut moram interiiciat. Per hunc igitur me illustrissimis ordinibus uestris commendo oroque et obsecro, ut interim, dum iter ad illustrissimos uestros ordines conficio, quod ex re Reipublicae

blicae

blicae Christianae fuerit, toto animo cogitetis. Breui, ut spero, benignitate Dei uoluntatem meam erga uestram religionem et obseruantiam erga uestros illustrissimos ordines perspicietis. Interim me totum uestris reuerendissimis, reuerendis paternitatibus ac illustrissimis generositatibus offero. Datae Vesuntii d. 2 Nouembr. Anno MDXL

Earundem reuerendiss. Paternit. et illustrissim. Generosit. et Circumspectionum uestrarum deditissimus

Nicolaus Peronottus

Reuerendiss. Illustriss. Reuerend. Illustribus ac Generosis Principibus ac Dominis, Domino Alberto Presbytero Cardinali Archiepiscopo Moguntino ac Magdeburgensi Primato etc Domino Hermanno Archiepiscopo Coloniensi, Domino Ioanni Ludouico electo Archiepiscopo Treuirensi etc Ludouico Comiti Palatino Rheni, Ioachimo Marchion Brandenburgensi, Sacri Romani Imperii per Germaniam, Italiam ac Galliam Archicancellariis, Archidapiferis et Archicubiculariis ac Principibus, Domino Ernesto Archiepiscopo Salzpurgensi etc Domino Wilhelmo Episcopo Argentinensi Wilhelmo ac Ludouico fratribus Ducibus superioris et inferioris Bauariae, Wilhelmo Duci Iuliacensi et Cleuensi etc Deputatis ac denominatis Principibus ad Christianum colloquium Wormatiae constitutum Principibus ac Dominis suis gratiosis.

F

Excerptum ex Philippi Melanchthonis Epistolis ad M. Vitum Theodoricum scriptis conf. Epistol. Philippi Melanchthon. Liber quartus a Ioanne Sauberto Norimbergae 1640 editus

Epist. LI

VT Proteus consumtis omnibus formis tandem recipit primam et natiuam: ita hic aduersarii postquam tentarunt uarias technas, redeunt ad primam negotii προ'λασιν. Iam ostendunt spem colloquii publici. Aliquamdiu enim contendit Granuelus, ut omisso publico congressu pauciores delecti deliberarent breuiter sine disputatione de moderatione controuersiarum. Videbamus hoc agi, ut fucosis conciliationibus inuoluerentur res bonae, quas in Ecclesia extare necesse est. Ideo plerique omnes abhorruerunt ab isto angustiore colloquio. Ego, etiamsi Hispanici et Gallici exercitus ad portam essent, nec scribam nec approbabo flexiloquos articulos. Caeterum consilia Principum et Magistratuum ego non impedio. De mea conscientia loquor. Saepe mihi uenit in mentem, quod Christus precatur aeternum Patrem: Pater, sanctifica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas. Ergo nulla re magis pollui Ecclesiam sentit quam sophistica. De conuentu plura scribere non possum. Ego mediocriter hic exerceor. Mitto tibi et D. Hieronymo uersiculos. - - - Bene uale 13 Ianuarii

Epist. LII

Si leges disputationes in congressu habitas: ueram historiam conuentus tenebis; Postea enim nihil est actum: etsi Eccius ad formulam quandam decurrit, de qua tamen postea nulla mentio facta est. Optabam licuisse disputationem περὶ τῆς δικαιοσύνης pertexere. Visus enim est Granuelus attente audire disputationes nostras et aiunt, cum dixisse, se fideliter suo Principi commemoraturum ea, quae sibi uiderentur de nostra caussa, quam non adeo absurdam esse animaduerteret, sicut eam traducunt aduersarii. De fabula istic sparsa nihil sum sollicitus. Disputaui in utramque partem, an abrumpendum esset negotium an uero petendae conditiones aequiores. Deliberatio de re magni momenti fuit, de qua statuere non erat, praeser-

praesertim quum mihi τὸ θερμότερον consilium magis placeret. De Osiandro scripsi ad D. Hieronymum ac te rogo, ut tu quoque studeas placare eos, qui uidentur ei subirasci. Martinus Frechtus te salutat. Ὁ ὑμέτερος πρεσβευτής (*sine dubio ERASMVS EBNERVS*) dixit honestas sententias et erudite iudicauit de ipsa religionis controuersia, de qua disputatum est. Bene uale d. XIX Ian.

Epist. LXII

Oro Deum Patrem Liberatoris nostri Iesu Christi, Conditorem rerum omnium, ut honestissimae Coniugi tuae et dulcissimis liberis restituat bonam ualetudinem. Hic expectantur adhuc Granuelanus et Pontificius Legatus. Ideo nondum est inchoata collocutio. Etsi autem magna est frequentia eruditorum et moles impendere maior uidetur, quam existimaram: tamen, mi Vite, gaudeas, te ab his spectaculis abesse teque domi tuae Ecclesiae domesticae consuetudine oblectes, cum Deum inuoces, ut nos gubernet. Nihil quaesitum est, ostensa hac magnifica specie conciliationis, nisi ut praeiudiciis huius congressus damnaremur, postquam Pontificia Synodus non processit, aut certe, ut diuelleremur.

Sed Deum oremus, ut nos adiuuet. Vale d. IV Nou.

Epist. LXIII

Hic nondum inchoati sunt publici congressus. Expectatur enim Granuelus, quem aiunt fore βραβευτήν. Auspicia sunt insuauia. Nulla enim sunt partium colloquia. Neminem adhuc eorum, qui hostes uideri uolunt, salutaui. Adii unum atque alterum ex iis, qui uolunt uideri moderatiores. Hi persuadere conantur, totam dissensionem esse λογομαχίαν. Respondi, ut Aristides ad Themistoclem inquit, Athenas non habituras pacem, nisi ipsi duo mergerentur in mare. Ita nos utrinque dignos esse extremis suppliciis, si inanibus λογομαχίαις turbaremus Ecclesiam. Aliquoties conuenerunt Gubernatores Ecclesiarum nostrae partis et amantissime de plerisque articulis doctrinae collocuti sumus. Iis disputationibus interfuisse te optarim. Caeterum adhuc nihil audio, cur homo amans domesticae consuetudinis hic esse uelit. Mitto tibi epigramma, quo uocaui heri tuos Collegas ad nostram disputationem. Solent enim Osiander et Erasmus respondere uersibus. Bene uale. Die XVII Nouembris Werdemetiae 1540. Saluta D. Hieronymum Bomgartnerum, ad quem scribam his diebus paullo prolixius.

Epist. LXIV

Etsi nos nondum auditi sumus: tamen aduersarii plurimum habent negotii, nouas subinde fraudes struunt. Primum ut defugiant congressus, instituerunt articulos cudere nobis proponendos, tanquam aequas moderationes controuersiarum. Et sibi persuaserunt, homines timidos libenter hoc qualicunque munusculo contentos fore. Sed dum toto iam mense de duobus articulis differunt, saepe altercante Scoto Alesio cum Eccio et eius manipularibus, uidelicet de uitio originis καὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως: trium Principum Legati, Palatini, Marchionis et Iuliacensis ostendunt, se probare nostram sententiam. Vidi articulos, etsi occultantur tanquam Eleusinia: qui etsi uidebantur moderati, tamen insidiose scripti erant. Tres illi pariter taxarunt τὴν γοητείαν et dixerunt ingenue, se probare nostras sententias. Fremunt igitur aduersarii et nouas technas excogitant. Incipiunt cum singulis disputare, adhibitis exterarum nationum Sophistis. Ita sperant, nostros posse obrui, quos uident, non pariter instructos esse illa sophistica, quam ipsi in scholis profitentur. Id periculum quum nos metueremus: scripsimus ad βραβευτὰς ac petiuimus, ut tandem congressus publici inchoentur. Nos non aduenisse, ut articulos fucosos ab aduersariis accipiamus; questi sumus etiam, praeripi suffragia. Vtinam nostri citius passi fuissent, nos exhibere hoc nostrum scriptum. Sed nosti deliberationes longi subsellii. Mitterem

terem tibi exemplum: nisi arbitrarer, per uestros mitti. Habes totam historiam conuentus, quam monstres D. Hieronymo, cui scribam alias. Deum orate, ut nobis adsit aduersus Sphingas istas, quae tantum conantur opprimere lucem euangelii et confirmare εἰδωλομανίας et saeuitiam iniustam. *Exurge, Deus, ad tuendum praeceptum, quod mandasti.* Multa hic scripsi Θεολογούμενα, quae curabo tibi, quum domum rediero, describi. Sentio, ita prostratas esse uires corporis mei morbo, quo laboraui hac aestate, ut hos labores diu ferre non possim. Adest Moshamus, qui rabiosissime scripsit contra nostras Ecclesias. Non solum acumen in eo sed candorem etiam desidero. Bene uale.

G

De actis eiusdem Conuent. Wormaciens. Philipp. Melanchth. ad Ioachimum Camerar. *
conf. Pezelius in Conf. Phil. Melanchth. pag. 403

Ep. I

ET frequentiam conuentus maiorem fore animaduerto et initia congressus significare maius animorum certamen, quam arbitrabar. Audio, affuturum esse βραβευτὴν τοῦ ἀγῶνος Grandiuillanum, cuius nunc quidem in consilio Caroli Imperatoris summa est auctoritas, qui non uidetur hanc legationem suscepturus fuisse, nisi spem haberet uel de diuellendis nostris uel de controuersiis dirimendis. Itaque Deum oremus, ut animos nostros gubernet in hac disputatione ac placidam praebeat καταστροφήν. Vides, quantis de rebus litigemus, de tota Paulli sententia, de qua ueterum iudicia mire uariant, quum quidem nerui religionis in iis locis contineantur, quos Paullus agitat, quid sit peccatum, quis legis usus, quod euangelii beneficium proprium, quid fides, quae sit uera inuocatio, quis portus humanae mentis in ueris pauoribus. De his tantis rebus quam densae tenebrae sunt in commentariis ueterum et tota doctrina aduersariorum? Adhaec accedunt manifestae εἰδωλομανίαι multiplices in liturgia, ut uocant, et aliis superstitiosis cultibus. Quid optabilius esse posset, quam ut uere sine sophistica, pio studio et accurate patefactis fontibus hae controuersiae et explicarentur et diiudicarentur? Nos enim nec de republica Ecclesiarum nec περὶ ἀξιώματος ἀρχιερατικοῦ unquam litigauimus: etsi profecto respublica postulat iniri rationem, ut ex iis opibus adiuuentur scholastici. Verum de ea re tempus in consilium adhibendum esse semper duxi. Et optaremus, Episcopos tueri ἀξίωμα ἀρχιερατικόν sine tyrannide. Sed quum uenit mihi in mentem saeuitiae, quam tot iam annos exercent: profecto ita sentio, nos mollius agere caussam nostram, quam oportuit. Deinde de hoc ipso congressu quid spei esse potest? Edita est his diebus proscriptio aduersus Goslariam, qua palam rursus nobis bellum indicitur. Et huc adducti sunt arbitri dogmatum, sycophantae omnium impudentissimi, Eccius, Cochlaeus, Nausea, Mensingerus et quidam similes. Hi dicent sententias de nostris ceruicibus, qui non intelligunt caussam et odio ardent et habent mentes ac manus respersas sanguine piorum. Si qua tamen erit occasio exponendi res nostras: dabo operam, Deo iuuante, ut illas utilissimas sententias, de quibus litigamus, dilucide, uere, sine sophistica et grauiter explicem; quod eo faciam facilius, quia desii de Principum uoluntatibus cogitare eoque animum habere tranquilliorem, quam antea. Tu nos adiuua tuis et familiae tuae precibus nosque Deo commenda. Bene uale. Salutant te Caspar Cruciger, Grynaeus, Chilianus, Franciscus, Menius. Nam hi adsunt nobiscum. Brentius nondum adest. 11 Nouembr.

G Epist.

* conf. Phil. Melanchth. Ep. 228 Libr. IV pag. 771 edit. Londin.

Epist. II ad eundem

Historiam conuentus instituere nondum possum. Nam adhuc expectantur exordia ac dubitare ipsos βραβευτὰς aiunt, quem praescribant ordinem huic collationi dogmatum. Sed illud est ineptum, sine arbitris res agetur. Nam βραβευταὶ etsi uiri boni sunt, tamen harum rerum ac disputationum omnino rudes sunt et, ut fit in scena, habent choragos, sycophantas, Cunradum illum meum ueterem sodalem et quosdam similes; etsi audio, Cunradum esse πρωταγωνιστὴν. Videtur magna moles omnino impendere, si disputatio procedet. Deum igitur oremus, ut gubernet totum certamen. Video, Ecclesiam oportere miris et inusitatis periculis exerceri. Quare, utcunque me sustento, et de bonis rebus in caussa nostra dicam, Deo dante, diligenter, perspicue et moderate, quas abiicere propter tyrannorum minas aut nostrorum leuitatem non licet. Sumque aliquanto animo liberiore; quia iam de solis dogmatibus cogito, postquam de Principibus cogitare desii. Tu caussam publicam Deo commendato piis uotis et tuis et tuae Ecclesiae domesticae, quam non dubito Deo curae esse, 24 Nouembris. *

Epist. III ad eundem **

Deus Pater Liberatoris nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum det Ecclesiae suae et politiis, quae sunt uerae Ecclesiae hospitia, litterarum studiis, tibi et tuae familiae annum faustum, tranquillum et felicem. Delector omine, de quo scribis. Spero enim significari finem harum - - - actionum, quae hic institutae sunt. Nihil uidi ineptius - - - agi. Postquam, ut scis, trium Principum legati, Palatini, Marchionis et Iuliacensis repudiarunt Eccianam formulam ac uerecunde significarunt, se nostras sententias amplecti: fremere coepit L. Gellius existimans indignum καὶ ἐπαχθὲς, se praesente, aliquos a Pontifice auelli ac adiungi nobis. Quare senem Palatini legatum καὶ τὸν ἀρχιγραμματέα accersit, petit, ut cogant suos subscribere Eccianae formulae. Sed hi quoque grauiter hoc se facturos esse negant. Audio, tentatum esse et senis Principis animum. Deinde excogitatur alia techna, Quia uidebant, τὸν ἀλήσιον pugnacem esse: ne, ut antea fecerat, tueretur in disputando omnium partes, instituunt nouas disputationes cum singulis. Sperabant enim distractos fore timidiores et quosdam minus exercitatos in illa Ecciana Sophistica facilius posse obrui. Hic ego nostris contantibus scripsi nomine concionatorum nostrorum ad L. Gellium καὶ πρὸς τοὺς βραβευτὰς, nobiscum potius ut aduersarii congrederentur. Erat iam auditus Palatini Theologus adhibitis Sorbonicis, qui et pietatis et constantiae et eruditionis laudem adeptus est. Exhibita uero nostra epistola finis erat harum monomachiarum. Erat paratus Alesius et cupidus certaminis et hora constituta erat. Sed L. Gellius iussit omitti certamen cum reliquis Marchicis et Iuliacensibus. Exemplum epistolae mitto, cuius libertatem et grauitatem spero te probaturum esse. Secutae sunt deinde nouae deliberationes, quas hodie audiemus. Nam hanc epistolam primam mane initio noui anni scripsi, quod uidebatur auspicatius quasi colloquenti tecum. Natali Christi, Anno 1541 ***

Epistola IV ad eundem ****

Vt Proteus consumtis omnibus dolis recipit primam et natiuam figuram: sic aduersarii, postquam hic uarias technas tentarunt, redeunt ad primam negotii πρότασιν. Incipiunt

* conf. Epist. CCXXX Ph. Melanchth. ex edit. Lond. pag. 773

** conf. Phil. Melanchth. Ep. 232 Libr. IV pag. 776 edit. Londin.

*** in editione Londinensi haec uerba adiecta sunt: audio, τὸν βελγικὸν Contatorem aliquid magni ξυσσοδομεύειν. Sed Deus haec gubernabit.

**** conf. Epist. Ph. Melanchth. ex edit. Londin. pag. 777

unt ostendere spem congressus. Antea ualde pugnauit L, Gellius, ut, omisso publico congressu, pauci quidam utrinque delecti deliberarent breuiter de moderatione controuersiarum. Et erant ex nostris, qui ab hoc consilio non abhorrebant, uel quia sunt in metu, uel quia gratificandum putabant L, Gellio. Si quis alius, ego certe et pacem expeto et publicae tranquillitatis caussa multa dissimulanda esse semper sensi. Sed tamen exposui, quid mihi uideretur agi, proposito illo angustiore colloquio: uidelicet, ut fucosae moderationes componerentur. Has dixi me nec scripturum nec probaturum esse, uel si Gallici et Hispanici exercitus ad portam essent. Christus iam aditurus crucem precatus est Patrem: *Pater, sanctifica eos in ueritate; sermo tuus ueritas est.* Quid autem aliud est, quam huic precationi reclamare, praestigias offundere doctrinae in Ecclesia necessariae? Visus sum etiam uehementius loqui quibusdam. Sed intellecta mea uoluntate omissa est mentio illius angustioris colloquii. Postea decursum est eo, ut permitteremus, ne uoce dicerent sententias tres illi aut si qui alii dissensuri essent a maiore numero. Aut hoc concedendum aut abeundum erat. Nacti eramus occasionem abrumpendi totius negotii hic instituti. Itaque fuerunt certamina, utrum esset utilius: disputaui in utramque partem uel potius fui hortator, ut de hoc articulo diligenrer deliberaretur. Nam statuere nolebam et scis, id non esse nostri muneris. Ὁ τετραγωνιστὴς acerrima oratione suasor fuit abrumpendi colloquii et in me absentem satis atrociter inuectus est. Sed placuit pluribus sententia timidior. Concessum igitur, ut scriptas sententias exhibeant, si qui dissentirent a plurimis. Iam quum instet colloquium, uide inconstantiam uoluntatum: illos ipsos poenitet consilii sui, qui fuerunt auctores sententiae timidioris. Sed quum adhuc a nobis moderate et grauiter omnia acta esse iudicem: animo tranquilliore expecto reliquam dimicationem et tueri consensum nostrorum studebo ac Deum precabor, ut ipse et mentes nostras et consilia et euentus gubernet. 13 Iannuarii, Anno 1541.

Epist. V ad eundem *

Disputatio publica statim post eas litteras, quas proxime ad te scripsi, instituta est. Datae Eccio partes dicendi pro aduersariis. Mihi tuendae nostrae ac uerae sententiae. Quatriduo rixati sumus περὶ τῆς φυσικῆς κακίας. Etsi autem postea Eccius priuatim et apud Granuellum dixit, se nostram sententiam uere probare, tamen publice miris calumniis deformare conatus est. Quantum scelus est contra animi sententiam falsa propugnare? Spero autem, satis perspicue refutatum esse. Ac optarim, te legere postremam meam conciunculam, uidelicet tertiam. Nam quum pridie dixisset satis multa, ut uocat Aristophanes, μαγειρικὰ ῥήματα (id est, culinaria uerba): non reddidi quidem ἴσον ἴσῳ (par pari); sed tamen putaui, meam responsionem etiam sale condiendam esse. Sed haec ex tuo uicino audies. Hodie Carolus Imperator Spirae esse dicitur; ad quem quum accesserit Granuellanus, nos dimissi sumus. Ille se hortatorem fore Principi suo publice testatus est, ne bellum in Germania moueat, eamque ob caussam ait se Spiram proficisci, ut iudicum tyrannis ibi prohibeatur. Deum oremus, ut aliquorum Procerum mentes flectat ad pia et salutaria consilia. Si Ratisbonam missus fuero: habebis a me copiosas litteras. Sed, mi Ioachime, τὸ προγύμνασμα (praeparatio certaminis) in hoc conuentu ualde mihi solicitudinem auget. Non arma, non uim, sed λόγων πανουργίας καὶ σοφίσματα (uerborum nequitias et sophismata) formido. Non possumus in conciliationibus illis insidias satis uitare. Hic publicae actiones meae omnes Dei beneficio honestae fuerunt. Sed postremo die nostri Senatores, me dissuadente, assenserant, ut L. Gellius duos accesseret; qui, quum uideretur de eo articulo conue-

* conf. Philipp. Melanchth. Epist. 234 Libr. IV p. 778. edit. Londin.

conuenire posse, de formula deliberarent. Et iam audieram, Eccium approbare nostram sententiam. Itaque quum conuenissemus: ille formulam non quidem pugnantem cum nostra sententia exhibuit, sed tamen non satisfacturam nostris. Dixi, me ostensurum esse caeteris: nam ita missus eram. Non probaui: postea nihil actum est. Haec quanquam non magna offensio: tamen meum animum excruciat. Adeo ex his laqueis conciliationum non possum me sic extricari, ut non alicubi adhaerescam. Deus gubernet ac liberet nos a sycophantis. Bene uale die 19 Ianuarii

H

Verzeichnis der Gesandten und Personen / so zu Worms bis auf den 4 Novembr. angekommen

Verordnete Botschafter auf den Tag gen Worms

Kaiserliche

Herr von Granvela
Christoph von Schomperg, Ritter
Gerhardus de Veldrick *
Hispanus Theologus
sind noch nicht kommen

Von Papsts wegen

Cardinalis Campeii Bruder **
Episcopus Veltrensis
Magister Palatii
Petrus Damesius
auch noch nicht kommen

Ferdinandisch

D. Nausea
D. Martin Klügel von Frieperg ***
Joh. Cocleus
Gallus Miller

Mainzische Räthe

Herr Johann von Ernperg, Thom-Dechent zu Mainz und Thom-Probst zu Speier
Herr Julius Pflug, Thomherr zu Mainz
Herr Jodocus Hutfelder, Doctor, Probst
D. Conrad Praun

Mainzische Theologen

Suffraganeus von Mainz
D. Ambrosius Pelargus
Thom-Prediger zu Trier

Magdeburgische Theologen

Suffraganeus von Halberstadt
Prediger in Prediger-Closter zu Mainz
Trier und Cölln wegen noch niemand hie

Salzburgische

D. Martin Marstaller
Nicolaus N. Thomprediger

Strasburgisch Bischöfisch

Eisenberg
Jobst von Seebach
D. Christoph Wolsinger
Lic. Johann Armbruster

Bayrisch

N. Seuboldsdörfer, Probst zu München
D. Johann Eck
N. Krez, Dechent zu München
D. Johann Apel
ein Barfüsser Münch

Jülichisch

N. Probst von Slatten
Conradus Herzpachius

Sachsen-Chur-Fürstlich

Herr Hans von Delzke, Ritter ****
D. Franz Burkart, Canzler
D. Kilian Goldstein
Philippus Melanchthon
D. Caspar Kreuziger
Justus Menius

Herzog

* Veldbik. conf. Append. Ddd. n. 3
** Thomas Campeius Bischof zu Velters. Thomas Campegius. Conf. App. Ddd. n. 3
*** Kugelen. Conf. Append. Ddd. n. 3
**** Delzk liest man in G. Spalatini Jahr-Büchern von der Reformation ans Licht gestellt von E. S. Cyprian Leipzig 1718 pag. 442

Herzog Heinrichisch
D. Camiz
L. Nicolaus Scheubel
Wirtenbergisch
Balthasar von Gultlingen
Bernhard Seiler
D. Philipp Lang
Johann Schnepf
D. Balthasar N.
Hessisch
Hermann Schleier
Alexander von der Dhan
Adam von Fulda
Gerardus Noviomagus
N. Pistorius
Strasburgisch
Jacob Sturm *
Mathis Sturm
D. Capito
Martin Buzer
Joh. Calvinus
Joh. Sturmius
Baslische
Simon Gryneus
Jo. Amerbach
Augspurgisch
Mathias Langmantel
Jacob Herbrot
D. Heel
Meuslin Praedicant
Nürnbergisch
Erasmus Ebner
D. Wenzel Linck
Andreas Osiander
Magdeburgisch
Nicol. Amsdorfer, Prediger
Ulmisch
Georg Besserer
Martin Weitmann
Martin Frecht, Praedicant, ist noch allein hie
Hällisch
Jo. Brenz
Churfürstlich Brandenburg.
N. Scheiding gewesener Marschalk
Alexander Halesius Scotus
Magister Johann Lüdecken **

V. L.

Designatio Legatorum ac Deputatorum, qui Wormatiam ad IV Nouembr. uenerunt

Constituti in conuentu Wormatiensi Legati

Caesarei
Dominus a Granuella
Christophorus de Schomberg, Eques
Gerardus de Veldrick
Hispanus Theologus
nondum aduenerunt

Pontificii
Cardinalis Campeii frater
Episcopus Veltrensis
Magister Palatii
Petrus Damesius
nondum aduenerunt

Ferdinandei
D. *Nausea*
D. *Martinus Klugel de Frieperg* ***
Io. Cocleus
Gallus Miller

Consiliarii Moguntini
Dom. Ioannes ab Ernperg, Decanus ecclesiae cathedralis Moguntinus et Praepositus ecclef. cath. Spirensis
Dom. Iulius Pflug, Canonicus eccl. cath. Mogunt.
Dom. Iodocus Hutfelder, Doctor, Praepositus
D. *Conradus Praun*

Theologi Moguntini
Suffraganeus Moguntinus
D. *Ambrosius Pelargus*
Praedi-

* Herr Jacob Sturm, Stetmeister, Herr Mathias Pfarrer, Raths-Herr - - - Herr Simon Gryneus. Conf in Spalatini Annalibus Reformationis pag. 413
** Ludenis. Conf. Append Ddd. n. 7
*** Kugelen, Fridburgensis. Conf. Ddd. n. 3.

Praedicator eccles. cathedr. Treuirensis

Theologi Magdeburgenses

Suffraganeus Halberstadiensis
Praedicator in coenobio Praedicat. Mogunt.

Treuirenses et Colonienses nondum aduenerunt

Salisburgenses

D. Martin Marstaller
Nicolaus N Praedicator eccles. cathedr.

Argentoratenses Episcopales

Eisenberg
Iodocus de Seebach
D. *Christophorus Wolfinger*
Lic. Ioannes Armbruster

Bauarici

N. Seubolsdoerfer, Praepositus Monachiensis
D. Ioannes Eck
N. Krez, Decanus Monachiensis
D. Ioannes Apel
Monachus discalceatus

Iuliacenses

N. Praepositus de Flatten
Conradus Herzpachius

Saxonici Electorales

Dom. Hans de Delzke, Eques *
D. Franciscus Burckart, Cancellarius
D. Kilianus Goldstein
Philippus Melanchthon
D. Caspar Cruciger
Iustus Menius

Ducales Henriciani

D. Camicianus
L. Nicolaus Scheubel

Wirtenbergenses

Balthasar de Gultlingen **
Bernardus Seiler
D. Philippus Lang
Ioannes Schnepf
D. Balthasar N.

Hassiaci

Hermann Schleier
Alexander de Dhan
Adamus de Fulda
Gerardus Nouiomagus
N. Pistorius

Argentoratenses

Iacobus Sturmius ***
Matthias Sturmius
D. Capito
Martinus Buzerus
Io. Caluinus
Io. Sturmius

Basilienses

Simon Gryneus
Io. Amerbachius

Augustani

Matthias Langmantel
Iacobus Herbrot
D. Heel
Meuslin, Praedicator
(Musculus)

Norimbergenses

Erasmus Ebnerus
D. Wenceslaus Linck
Andreas Osiander

Magdeburgenses

Nicol. Amsdoerfer, Praedicator

Vlmenses

Georgius Besserer
Martinus Weitmannus
Martinus Frecht, Praedicator ****
solus adest

Hallenses

Io. Brenz

Electorales Brandenburgici

N. Scheiding, qui fuit Mareschallus
Alexander Halesius, Scotus
Magister Ioannes Ludeken *****

I Ex-

* Dolzk legitur in G. Spalatini Annalibus Reformationis ab Ernesto Sal. Cypriano 1718. Lipsiae editis pag. 442

** differunt in Spalatini Annalibus Reformationis pag. 442

*** Iacobus Sturmius, Consul, Mathias Pfarrer, Senator - - - Simon Gryneus, Conf. in Spalatini Annalibus Reformat. p. 443

**** litteras ab eo scriptas inuenies in Io. Fechtii supplemento Histor. Ecclesiast. Saec. A. C. N. XVI, quod epistolis ad Marbachios scriptis constat, edito Durlaci 1684

***** Ludenis, Conf. Ddd. n. 3

I

Excerptum ex Philippi Melanchth. epistolis ad D. Hieronymum Baumgartnerum Seniorem et Senatorem Norimbergensem. Conf. Phil. Melanchth. Epistolarum Liber Lugduni Batauorum cIↃ IↃ CXLVII excusus

Epist. LI

Conuentus historia adhuc quidem perbreuis est: deliberatur de ordine disputationis. Meministi dictum Aristotelis, beatas fore respublicas, si de artibus artifices iudicarent. Nobis uero dati sunt *βραβευταὶ, arbitri*, Equites et Canonici quidam alieni a nostris studiis *, et hi habent choragos, ut fit in comoediis, quaedam, ut uocat Aeschines, *περιτρίμματα τῆς ἀγορᾶς, leguleios, qui in foro aetatem contriuerunt.* Deus adsit nobis. Bene uale. Wormatiae 28. die Nouembris cIↃ IↃ XL.

LII

Publici congressus nostri, ut spero, satis honesti fuerunt: postea decurrit Eccius priuatim ad formulam; quum diceret aperte Granuello, ueram esse sententiam nostram, sed non posse obtineri apud suos. Quumque postridie abiret Granuellus: postea nihil actum est nec de formula auditum est nostrum iudicium. Ita mansit res integra. Scio tibi et Ecclesiam et litteras et doctores Ecclesiarum esse commendatos. Ideo te rogo, ut places animos eorum, qui nonnihil succensent aut D. Osiandro aut aliis. Erat profecto res dubia, de qua ipse in utramque partem diligentissime disputaueram. Nam statuere meum non erat, praesertim si consilium θερμότερον calidius anteferrem. Dixit ille fortassis minus placide, quam ego: sed tamen profuit ad rem diligentius deliberandam haec ipsius oratio. Rogo igitur, ut et ipse boni consulas et apud alios eum excuses. Bene et feliciter uale die 19 Ianuarii 1541

K

De conuentu Wormatiensi anno M.D.XL Philippus Melanchthon ad D. Mart. Lutherum **
conf. Pezelius in Consil. Philipp. Melanchth. pag. 399

Hic nondum sunt inchoatae publicae disputationes. In mora nobis sunt aduersarii, qui habent inter se priuatos congressus institutos, ut uel explorent suorum animos ac suffragia praeripiant uel ut articulos cudant nobis postea proponendos, qui uideantur controuersias moderari. De his articulis quum fere totum mensem deliberassent, altercante Scoto cum Pelargo monacho et Mensingero (nam hi sunt antesignani), tandem Eccius formulam composuit de duobus locis, de peccato originis et de iustificatione, glorians, non posse ex India aptiorem formulam ad concordiam adferri, eamque proposuit suis ac iubet ire in suffragia, quae conatur extorquere. Sed tamen Deus aliquorum mentes rexit et confirmauit, ne sophisticis illis articulis assentirentur. Repudiata est formula Eccii a trium Principum legatis Palatini, Marchionis et Iuliacensis. Hi modeste sed recte tamen professi sunt, se probare nostram sententiam, quae in Confessione et Apologia continetur et declaratur. Fremunt reliqui et de excludendis illis trium Principum Legatis deliberant. Sed tamen, quum

* conf. Epist. Phil. Melanchth. ex edit. Lugd. pag. 280 et 461
** conf. Phil. Melanchth. Ep. 75 Lib. I pag. 91 edit. Lond.

quum id facere non audeant: decurritur eo, ut Eccius exhibeat suam sententiam scriptam Praesidentibus, item, ut reliqui tres etiam sententiam exhibeant scriptam, quam dixissent. Id heri, hoc est, 15 die Decembris factum est. Sunt igitur ab aduersariis trium Principum legati aliquo modo seiuncti, qui, an postea interfuturi sint eorum colloquiis, nondum scio. Nobis pugnandum est, ut et publica disputatio instituatur et ne fiat suffragatio, ante quam res explicatae sint. Vtrinque miris technis aduersarii uel impedire disputationem uel irretire nos suis sententiis conantur. Sed nos articulos ab aduersariis non accipiemus. Congrediamur palam et collatis sententiis iudicem faciamus Filium Dei, de quo Pater caelestis inquit, *hunc audite.* Etsi hactenus occultauerint illas suas sophisticas formulas: tamen eas uidi. Est omnino puerilis ludus: ineruditis amphibologiis offundere nebulas rudibus conantur. Sum et ego inuitatus, ut formulam aliquam componerem. Sed respondi, me publice dicturum esse, quid uideatur. Intelligo et aliorum tentari uoluntates. Sperabamus, Colonienses etiam probaturos esse ueram sententiam de iustificatione et repudiaturos formulam Eccianam. Sed hi non modo fefellerunt nos sed etiam augent periculum trium illorum, qui dissenserunt. Reformationis Coloniensis auctor Gropperus uoluit initio ualde aequus uideri et uult ita conciliari repugnantes sententias, ut existimentur hactenus tantum λογομαχίαι fuisse. Has ineptias quum liberius refutassem: dixit, mirari se meam uehementiam, me remouendum esse a disputatione. Rogaui, ut hoc mihi impetraret, daturum me ipsi pro tanto beneficio non contemnendum munus. Legatus Pontificius habuit oratiunculam satis tolerabilem. Dixit, se ab Imperatore uocatum esse. De sua potestate in hac synodo nihil dixit. Eram tamen stans responsurus, sed impediit Granuellanus: cui quum diceret Franciscus, me modeste responsurum esse; respondit, scio, modestum esse, quum uult. Quum esset contentio Scoto de fide et de dubitatione: inquit monachus Pelargus, rectum esse dubitare, et citauit dictum Paulli, *nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum.* Sic uolebat dubitationi patrocinari. Tales Sphingas aduersarii delegerunt, ut uiderentur non abhorrere a concordia. Imperatorem regressum esse in Brabantiam aiunt propter Gallicam legationem. Sed has fabulas nec inquiro nec moror. Habes ueram et integram historiam, quam etiam D. Pontano Cancellario exhibetis, cui reuerenter salutem dicas meis uerbis

II Continuatio eorundem actorum Wormaciensium ad eundem *

Vt Polybii more continuam historiam texamus, ea narrabo, quae secuta sunt proximas litteras datas tabellario ciui Wittenbergensi. Postquam legati Palatini, Marchionis et Iuliacensis repudiarunt Eccianos articulos: accersiuit Granuellus Palatini legatos, senem de Fleckenstein, uirum grauem et antiquae uirtutis et Cancellarium ac postulauit, ut imperent suis theologis, ut subscribant Eccianae formulae. Hi grauiter respondent, se non coacturos quenquam, ut assentiatur aliis contra conscientiam. Postea noua ratio inita est, ut tres illi diuellerentur, ut qui uiderentur non omnes pariter exercitati esse in sophistica illa ueteri. Quare ne Scotus diceret pro caeteris, decretum est, ut disputationes cum singulis instituerentur, adhibitis peregrinis theologis Sorbonicis, ut oculis quoque terror effunderetur. Hic adornaui epistolam nomine concionatorum nostrorum ad Granuellum et caeteros βραβευτὰς ac petiui, ut nobiscum potius de ipsis controuersiis disputaretur. Hac epistola exhibita nunciatum est consilium aduersariorum; etsi iam Palatini concionatorem audierant, qui et constantiae et eruditionis laudem adeptus est. Scotus erat auidus eius certaminis. Sed post primum congressum cum Palatini concionatore postea hae disputationes omissae sunt. Exemplum

* conf. Epist. Ph. Melanchth. ex edit. Londinensi pag. 232

plum nostrae epistolae descripsit D. Casparus. Tandem igitur simulant, se inchoaturos publice disputationem. Vocamur in curiam: ibi narrant βραβευταὶ; non esse uoluntatem Imperatorii rescripti, ut fiat alia suffragatio. Addunt, compositos esse ab aduersariis articulos, quos uelint nobis exhibere, si eos accepturi simus. Totam hanc formam agendi repudiauimus. Exemplum nostrae responsionis addidi his litteris, ex quo intelliges, quid illi proposuerint. Marchionis et Iuliacensis legati arte excludebantur. Deinde multae grauissimae caussae erant repudiandi articulos. Videram enim antea eos et sciebam, quam pueriliter, ambigue, sophistice scripti sint. Sequitur rursus noua deliberatio. Petit Granuellus, ut pauci apud ipsum instituant colloquium; ait, se adhibiturum paucos et tractabiliores: id quoque recusauimus. Nunc expectamus, quid responsuri sint ad nostram petitionem, quam in his pagellis leges. Nam ad has nostras recusationes nondum responsum est. Mirae sunt concursationes aduersariorum et mirae technae. Quare Deum orabis, ut nos gubernet. Adhuc inter nostros Dei beneficio consensus est; etsi aliqui ostendunt, se libenter gratificaturos esse Granuello sed non admodum audent repugnare caeteris. Habes totam historiam actionum nostrarum usque ad hunc diem. Wormatiae die Innocentum 1541

Epist. III ad D. Iustum Ionam *

Meministi apud Ciceronem in libro de legibus historiam esse de Lucio Gellio; qui, quum ei decreta esset Asia prouincia, in itinere Athenis conuocauit omnium sectarum philosophos ac hortatus est eos ad componendas controuersias ac dissidia doctrinae ostendit, quantum profutura sit studiis et moribus dogmatum consensio, ac pollicetur, se pacificatorem et arbitrum fore. Propemodum hic ita res agitur. Noster L. Gellius ait, nihil opus esse prolixa disputatione, posse rem subito componi a stantibus, sicut Iudaei agnum stantes assumebant (hac enim similitudine usus est) et habet horum consiliorum socium Eccium, qui persuadet, tantum esse rixas uerborum. Isti autem nos plane ducunt fatuos esse, aut non satis attendunt, quantam rem agant; sed fortassis uaticinantes, delere Christum cupiunt, sicut Iudaei mactarunt agnum. Historiam petes ex litteris, quas scripsi ad Doctorem. Die Thomae. Wormaciae 1541

L

Litterae credentiales seu systaticae Caroli V ad Principes Germanicos de Domino a Granduella Commissario et Oratore ad Colloquium Wormatiense constituto

Carolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c
Reuerendissime in Christo Pater, uenerabiles et illustres Electores, Principes, amici et consanguinei nostri carissimi, generosi, nobiles, honorabiles, docti deuoti et fideles dilecti

Mittimus in praesentia magnificum et clarissimum uirum, fidelem et sincere nobis dilectum Nicolaum Peronottum, Dominum a Granduella, iurium doctorem ac equitem auratum, primarium senatorem, Consilii nostri Status ac supremum libellorum supplicum magistrum, commissarium et oratorem nostrum ad catholicum tractatum et colloquium, quod relligionis caussa institutum est, ut in eo tractatu iure ac nomine nostro comparere et illi una cum dilectionibus uestris uobisque aliis interesse et in negotiis, quorum caussa huiusmodi colloquium institutum est, tractare debeat ac mentem nostram aperire, prout ab eo dilectiones uestrae uosque alii intelligetis. Hortamur itaque dilectiones uestras et uos alios omni studio petentes, ut eidem commissario et oratori nostro in his, quae nostris uerbis

H

* conf. Epist. Ph. Melanchth. ex edit. Lond. pag. 233

bis dicturus et acturus est, fidem indubitatam praestare uelitis, non secus, ac si nos ipsos coram loquentes audiretis. In quo dilectiones uestrae uosque alii rem nobis apprime gratam et uoluntatem nostram facturi estis. Datae in oppido nostro Bruxellis die decima tertia mensis Octobris, anno Domini M. D. XL, imperii nostri uigesimo et regnorum nostrorum XXV

Carolus

ad mandatum Caesareae et catholicae Maiestatis proprium

Obernburg

Reuerendissimo in Christo Patri, uenerabilibus et illustribus amicis et consanguineis nostris clarissimis, Electoribus et Principibus, nec non magnificis, nobilibus, honorabilibus, deuotis ac nostris et Imperii Sacri fidelibus dilectis N. Statibus, Consiliariis, Oratoribus et Deputatis, qui in proxime futuro Conuentu apud Wormaciam congregati erunt.

M

Summarium orationis in Conuentu Wormatiensi per Caesareum oratorem Dominum a Granuella habitum

In die Catharinae conuentum est rursus ad postulationem Dominorum Praesidentium. Ibi Dominus de Granuela litteris et mandatis Caesaris recitatis in hanc fere sententiam uerba fecit.

Constare uobis satis iam opinor, reuerendissimi, illustrissimi, spectabiles magnifici &c de indicto hoc celeberrimo conuentu a Caesarea Maiestate et quod non tantum haec indubitata uoluntas sit Imperatoris, ut in hoc ornatissimo coetu tot doctissimorum et grauissimorum uirorum omnium ordinum et statuum congregatorum, de caussa religionis, de resarcienda concordia et pace publica agatur, sed etiam quod diligenter prius examinata et deliberata hac controuersia referri postea ad proximum iam indictum conuentum debeat, quicquid ex utraque parte et conuentu decretum est. Equidem clementissimus Caesar, cuius iussu et nomine mox hic in initio orationis cogor hanc excusationem absentiae suae Caesareae Maiestatis afferre, uehementer quidem exoptauit, huic praesenti conuentui in propria persona interesse. Sed Caesarea Eius Maiestas et curis imperii et his domesticis procellis ac fluctibus negotiorum impedita fuit. Et Serenissimus Rex Ferdinandus frater Imperatoris, qui et antea in Haganoensibus actionibus aliquam partem horum negotiorum ex uoluntate et mandato Caesareae Maiestatis in se recepit ac sustinuit, haud grauatim iam simul ad tractationem huius caussae hic apparuisset: si non Regia Eius Maiestas ad necessaria certaque negotia quaedam extracta et alligata modo esset. Quum autem Caesarea Maiestas mihi demandarit, ut in uices Eius cum amplissimis et honestissimis mandatis modo exhibitis ac recitatis succedere debeam, non licet ulla mihi iusta excusatione, quantumuis impar sim huic negotio, Caesaream auctoritatem defugere. Incredibile uero est, quanto studio et quam germano amore erga Germaniam Caesarea Maiestas flagret, summe exoptans illam his diuturnis et iam inueteratis dissidiis ac discordiis in Ecclesias et Respublicas palam grassantibus liberatam. Nec mihi de uobis huc destinatis et congregatis ullum est dubium, quin notum uobis sit et quisque uestrum penes se diligenter expendat animo, in quanto discrimine et periculo res et caussa religionis nostrae collocata et quod uehementer opus nunc sit necessaria et stabili reformatione Ecclesiarum. Quod quum ita sit, nihil proinde decere uestrum officium existimabitis, quam ut his praesentibus malis, piis et Christianis consiliis, eatur obuiam et simul praecludatur uia, ne uirus latius serpat et maiora fortassis incommoda indies accumu-

accumulentur. Quemadmodum enim in exorto incendio ciuitatis quemque ex ciuibus decet operas suas ad illud extinguendum conferre: ita uos etiam hoc tempore inprimis decet manibus pedibusque contendere, ut hoc commune incendium extinguatur, et resarciatur publica haec concordia, pax et tranquillitas. Quam quidem ad rem quum inuitare uos debeat hic turbatissimus status et dissipatio rerum publicarum., tum uero maxime singulorum uestri animi accendi atque extimulari debent partim pietate ipsa, partim sacrosanctae fidei zelo, partim caritate in respublicas. Ponite, obsecro, hoc in loco uobis ob oculos et cogitate saltem, quantum adeo malorum et communium calamitatum ex eiusmodi discordiis et dissensionibus in totam usque Germaniam exortum sit et promanarit. Hinc enim illae caedes sunt, tot funera et, quod omnium miserrimum, profligata est religio, extincta charitas et decus omne ueteris et catholicae Ecclesiae. Nec quisquam est ita felici ingenio tantaque ubertate orationis praeditus, ut haec mala omnia enumerare queat. Germania, quum ante et religione et fide et deuotione et omni uirtutum genere laudatissima semper fuerit et tot iam mala ac calamitates per annos nunc aliquot subinde exorta sint, summe dolet, hanc ita degenerasse et horum omnium Germaniam auctorem haberi. Et profecto nisi praesenti et opportuno aliquo remedio his malis omnibus succurratur: non sic Caecias nubes, quam calamitas calamitatem trahet et accumulabit. Quum ergo Caes. Maiestas de controuersia religionis et fidei nostrae hanc amicabilem et Christianam collocutionem ad inquirendam ueritatem, ad gloriam DEI instituerit: optandum plane est, ut afferantur huc animi non occupati cupiditate inanis gloriae et altercationum, sed Christiani, moderati, habentes in conspectu Christum ipsum crucifixum. Nec dubitate, quin Christus ipse Saluator noster expansis brachiis hoc ipsum a uobis omnibus petat. Idem rogat et precatur Summus Pontifex, Augustissimus Caesar noster et Rex Ferdinandus. Itaque per uiscera misericordiae, per passionem Christi, per auctoritatem Imperatorum *(hic eruperunt Granduello lachrymae)* obtestor, ut tunicam Domini undique laceratam et discissam resarciatis memores scilicet nominis Christiani in sacro sancto baptismate sortiti et inclytae huius nationis Germaniae uestrae. Quicquid enim malorum posthac et in posterum propter obstinatiam rumorum et conceptarum opinionum non restaurata concordia euenturum est, totum hoc quidem uobis ut auctoribus imputabitur, utcunque sit. Rursus uero, si uos sancte, si modeste, si sobrie in hoc praesenti et maximo negotio gesturi estis, primum DEO et Ecclesiae rem longe gratissimam praestabitis, deinde Caesaream Maiestatem summa uobis clementia et benignitate quam deuinctissimam reddetis et Caesarea Eius Maiestas dabit operam, ut ad proximum iam indictum conuentum extrema manus his negotiis imponatur. Reliqua, quae ad moderationem huius controuersiae spectare uidebuntur, in progressu caussae dicentur.

N

Eadem oratio illustris Domini Nicol. Perenoti de Granuela Caes. Mai. ad Conuentum Wormaciensem Commissarii et Oratoris ex ore dicentis excepta

conf. Pezelius in Conf. Ph. Melanchth. pag. 409

Sacra Caesarea Maiestas Imperator Augustus, Princeps noster supremus, Dominus meus clementissimus et uobis per me salutem dicit et has literas mihi ad dominationes uestras dedit

Post lectas literas credentiales et mandatum sic dixit

REuerendissimi, illustres circumspecti &c. Scio uobis notam esse caussam, quare huc conueneritis, uidelicet, ut in hoc conuentu omnium Ordinum et Statuum congregatorum

torum de ſarcienda concordia in cauſſa religionis et de pace publica agatur. Et quum iam negotium in manibus habeatis, temperandum mihi arbitror a ſuperflua oratione. Audiſtis Caeſareae Maieſtatis literas, quas per me uobis miſit, quibus ſcribendis haec quoque cauſſa fuit, quod uoluit, ut, quum ab omnibus (qui intereſſent huic conuentui ad conferendum de controuerſiis religionis tollendis, ut res ad Chriſtianam et Catholicam concordiam redigantur) ſatis deliberatum eſſet, poſtea, quicquid hic geſtum fuerit, ad ſuam Maieſtatem in proximo conuentu referatur. Et ſane ſua Maieſtas admodum lubens priori conuentui interfuiſſet. Nam et hoc animo ex Hiſpaniis ſoluerat, relictis liberis et rebus omnibus poſthabitis, non ſine magno rerum ſuarum incommodo in Germania rebus ruentibus, ne dicam, lapſis opem latura. Attamen ingentibus undique negotiorum fluctibus et procellis impedita ſuo nomine Regiae Maieſtati, quae eodem animo et uoluntate eſt, negotium dedit, ut ei conuentui intereſſet, quemadmodum et interfuit. Nec minori deſiderio tenebatur Caeſarea Maieſtas et huius conuentus ſua praeſentia decorandi, maxime, quia ex fratre intellexit, omnium animos et ſtudia ad hunc conuentum propenſiſſimos fuiſſe. Sed quum id hoc tempore nullo modo fieri potuerit; datura eſt operam, ut proxime futuris Comitiis ipſa interſit. Quamobrem mihi commiſit, ut ſuam Caeſaream Maieſtatem uobis excuſarem et ipſius nomine et uice in hoc incumberem et eo omnes neruos intenderem, ut id omne, quod ad tam praeclarum piumque opus dirigendum et conficiendum profuturum eſſe uideretur, procurarem. Et quamuis huius operis magnitudo ſupra uires meas ſit: tamen mandatum Caeſareae Maieſtatis non licuit detrectare; cui eo magis parere me uoluit, quia non obſcure intellexit, Ordines Germanicos mihi propenſiores eſſe. Et ſane hac egregia uoluntate me quoque commouit ad hoc promtius alacriusque ſuſcipiendum, quippe qui nihil prius in uotis habuerim, nihil antiquius duxerim, quam huiusmodi concordiam, Pro qua conſtituenda hactenus, ſtudioſe omnia, quae ad eam perficiendam pertinerent, ſemper apud Caeſaream Maieſtatem egi, ut, ſi res poſſet, bona cum beneuolentia conficeretur et aliquando uniuerſa Germania Chriſto reconciliata germano ueroque amore inter ſeſe coiret, ſublatis omnibus diſſidiis, quae nullo alio nomine niſi inteſtinae diſcordiae appellari poſſunt. Caeterum hoc conſtantiſſime mihi perſuadeo, neminem hic adeſſe, qui non ipſe melius uideat, quo in ſtatu ſit respublica Chriſtiana et quibus diſcriminibus agitetur, quibus procellis fluctuet omnis Germania. Quibus malis niſi ſuccurratur, metuendum eſt, ne multo maiora ſequantur. Quare in hoc omnibus uiribus incumbendum uobis erit, ut uiam et rationem, quibus hae diſcordiae tollantur, inueniatis. Ad quod uos primum pietas in Deum, cui id totum, quod ſumus, debemus, incitare debet; deinde zelus ſanctae fidei et religionis et caritas in rem publicam Chriſtianam pene deſolatam inflammare: ut taceam, quid obſeruantia in Caeſarem requirat, quid poſcat miſerabilis Germaniae ſtatus, quae nunc in his diſcordiis quaſi compage ſoluta dehiſcit, denique quid poſtulet officium in patriam, parentes, affines, uicinos. Quae ſi omnia conferantur, ſatis ſuperque nedum commouere ſed etiam diſtringere et impellere uos debent, ut communi opera hoc incendium reſtinguatur. Cogitate cum animis ueſtris et diligenter expendite, quanta haec natio Germanica, immo et totus orbis Chriſtianus iam mala perpeſſus ſit, quot clades et funera iam uiderit et uiſura ſit, et, quod miſerrimum eſt, conuulſam et profligatam religionem, exulantem pietatem, caritatem extinctam, animarum omnium abiectam curam. Et ſerpit malum latius contagione. Nec quisquam eſt tam felici ingenio et ſagaci praeditus, qui enumerare ualeat, quantae confuſiones, tenebrae et fidei et religioni offundantur. Fides ipſa ſuis debilitata malis languens nil niſi ultima ſuſpiria ducit et respublica Chriſtiana usque ad ultimum

pro-

prolapsa iacet. Et haec omnia mala uniuersae aliae prouinciae uni Germaniae adscribunt, originem et occasionem eo omnes referunt, et ipsa Germania olim fide, religione, deuotione, pietate cultuque diuino laudatissima et concordia celebris et germano amore coniunctissima eo propemodum redacta est, ut uerendum sit, nisi nunc obuiam eatur, ne, ut Caecias nubes attrahit, sic ex his malis plura oriantur et longe peiora non in religione solum sed etiam in aliis rebus. Itaque ad olim usitatum recursum est refugium, quum de religione controuersiae fuerunt, ut, conuentu congregato, animo sincero et pio et in propriis opinionibus non pertinaci sed solum Christum crucifixum respiciente hae caussae tractentur omniaque agantur, quae ad communem concordiam restituendam agi operae pretium sit. Addo quod Christus extensis et expansis brachiis ab omnibus ordinibus hoc petat: hoc Pontifex Maximus; hoc Caesarea Maiestas summis uotis expetit; hoc Rex Romanus; hoc omnes, qui uere pii et Christiani sunt, postulant; hoc denique ipsius Germaniae imminens calamitas et impendens excidium flagitat, ut a lapsu interituque a uobis uindicetur. Quare, reuerendi &c *hic nonnihil illacrymauit* per uiscera misericordiae Christi, per eius passionem uos obtestor, admoneo et uice et nomine Serenissimi Imperatoris requiro, ut, postquam ad hanc consultationem electi estis, in hoc omnes ingeniorum neruos intendatis, ut Christi Iesu inconsutilem tunicam, tam misere laniatam, laceratam, discissam resarciatis et instauretis, memores illius nominis, quod in sacrosancto Baptismi lauacro Christo dedistis, memores inclytae nationis Germanicae uirtutisque maiorum. Considerate omnes totius orbis Christiani oculos intentos auresque erectas, ut uideant, audiant et intelligant, quid in hoc conuentu agatur. Quod si (quod Deus clementer auertat) haec abominanda controuersia fidei et religionis per uos non componatur: mala, quaecunque euenient, (utcunque res habeat) uobis adscribentur. Si contra uestra diligentia composita fuerit: uestra prae aliis prudentia perpetuo praedicabitur et a Deo sempiternum praemium, ab hominibus immortalem gloriam consequemini delectabitque uos huius rei feliciter confectae conscientia et recordatio et uniuersam Germaniam uobis deuinctione perpetua obligabitis. Quare utimini tam commoda occasione! Habetis Caesarem (ut caeteras animi illius dotes taceam) summa benignitate, paterno et germano in uos animo: qui nihil magis optat, quam hanc concordiam, quietem et tranquillitatem Germanicae nationis; qui omnibus posthabitis ideo ex Hispania soluit et in proximo conuentu ipse adfuturus est, ut huic negotio supremam manum imponat. Faxit Deus optimus maximus, ut Spiritus Sancti afflatu adiuti suae Caesareae Maiestati et omnium expectationi satisfaciatis et ut Christiana respublica ab omnibus hostibus internis et externis salua fiat. Reliqua mihi a Caesarea Maiestate commissa de sua intentione et uoluntate remitto uobis declaranda secundum processum et successum negotiorum 1540

O

Responsio Statuum ad orationem Domini a Granuella Wormatiae habitam eidem data

Reuerendissimorum et illustrissimorum, reuerendorum et illustrium Electorum aliorumque Principum et Ordinum Nuncii, Consiliarii et Oratores huc destinati et hesterna luce illustris Dominationis uestrae iussione conuocati in primis ex illustri Dominatione uestra clementissimam Caesareae Maiestatis salutationem acceperunt. Deinde litteras credentiales simul cum mandato Caesareae Maiestatis in illustris Dominationis uestrae persona facto legi audiuerunt. Posthaec ex oratione Dominationis uestrae illustris cum luculentissima tum grauissima Caesareae Maiestatis clementissimum et uere paternum animum, affectum, curam et sollicitudinem, quibus hactenus summo studio laborauit, hoc sacrosanctae Christianae

 religionis

relligionis nostrae dissidium in incluta nostra Germania subortum componere et conciliare intellexerunt. Quibus etiam eadem Caesarea Maiestas rationibus permota fuerit, ut uestram illustrem dominationem, ueluti suum primarium Secreti sui Consilii et rerum suarum et Status Senatorem, uirum eximia in Deum pietate et apud Caesaream Maiestatem summa auctoritate et erga communem utilitatem, salutem et pacem procurandam non uulgari studio praeditum ac flagrantem ad hunc conuentum Christiani de relligione colloquii mittere et legationis munere fungi uoluerit. Ac denique, quibus rationibus illustris Dominatio uestra ad hoc muneris et oneris in se recipiendi adducta fuerit, abunde cognouerunt. Habita itaque super eiusmodi propositis omnem clementiam et benignitatem Caesareae Maiestatis significantibus ac bonam et promtam illustris Dominationis uestrae uoluntatem declarantibus breui deliberatione nobis mandatum est, ut omnium nomine ad illustrem Dominationem uestram hoc responsi referremus. Principio praefatorum Electorum caeterorumque Principum et Ordinum Consiliarii et Oratores, suorum Dominorum nomine, deinde etiam, quod ad ipsorum personas attinet, clementissimam illam salutationem nomine et uerbis factam deuotissimis animis acceperunt, quam sciunt suis Principibus ac Dominis, ubi ad eos perlata fuerit, longe fore gratissimam et plurimum uoluptatis allaturam. Ita ipsi uicissim, qua possunt ac debent erga Caesaream Maiestatem obseruantia, Eidem omnem salutem, prosperitatem ac Imperii rerumque omnium incolumitatem ac successum a DEO optimo maximo ardentissimis precibus exoptant. Deinde non uulgariter gauisi sunt, ubi intellexissent tam ex credentialibus quam ex mandati litteris, Caesaream Maiestatem tam esse publicae salutis et inprimis pietatis stabiliendae cupidum . ut nihil non illustri Dominationi uestrae, quod huic negotio omnium maximo pacifice componendo aliqua ex parte commodare possit, agendum et procurandum demandauerit. Quamobrem dignum existimarunt, ut et suorum Principum nomine Caesareae Maiestati, non quas merito deberent sed quas possent, gratias summas et immortales diceremus. Iusserunt etiam, ut illustri Dominationi uestrae gratias quoque ageremus, quod et pietatis caussa et in nostrorum Principum ac Dominorum gratiam atque adeo pro publica salute hoc munus iuxta arduum ac pium et honorificum in se suscepit. Quo certe facto et Principes ac Dominos nostros et totam sibi Germaniam ueluti insigni quodam beneficio perpetuo deuinxit. Caeterum quod declarauit, quo pacto Caesarea Maiestas reliquis rebus omnibus quamlibet maximis postpositis, huic grauissimae caussae, quae Christianam nostram religionem et fidem respicit, ex animo consultum uelit: id, ut non potuit non esse gratissimum intelligere, ita cupiunt illustrem Dominationem uestram inuicem nosse, se per suos Electores caeterosque Principes et Dominos huc destinatos esse, ut modis omnibus, quibus possunt rationibus, in hoc toti incumbant, ut, quae suborta est et aliquot annis iam uiguit in Germania controuersia Christianis et piis mediis componatur et ueritas exsplendeat et illucescat utque sublata omnium dissidiorum caussa et origine pia ac laeta pax et concordia coeat. Fatentur quidem, res esse in hac nostra Germania motas. Voluerunt aliquot nationes huic inclitae nationi, quod huic malo caussam praestiterin, improperare. Interim tamen illustris Gratia uestra nosse debebit, nostros Principes ac Dominos suos Consiliarios ac Theologos huc destinasse, ut hic collatis consiliis et sententiis de origine et caussa morbi pie et Christiane inquireretur et quam diligentissime dispiceretur. eadem reperta Caesareae Maiestatis clementissimo et pio interuentu et auctoritate rebus consuleretur. Et quum in hoc omnes sint intenti: sperant, se sic in hoc Christiano negotio gesturos ac declaraturos, ut facile sint hanc aliarum nationum suspicionem a se depulsuri nec sint commissuri, ut omnis culpa in eos seu ipsorum Principes ac Dominos deriuetur. Et quoniam

niam utrinque de clementia Caesareae Maiestatis et scripto et uerbis promissa optime sperant plurimumque sibi de illustri Dominatione uestra ueluti maxima auctoritate et rerum gerendarum dexteritate et grauitate pollente persuadent, obnixe orant, ut Caesarea Maiestas uia, qua coepit, pergat utque uestra illustris Dominatio operam suam ad eum modum, quo promisit, huic negotio accommodet, quo futurum sperant, ut, quae hactenus dissita post tot exantlatos labores remanserunt, nunc demum concilientur in DEI laudem, sacrosanctae fidei et religionis nostrae Christianae decus et restitutionem ac Ecclesiae iam dudum desideratam reformationem. Factura est in hoc Caesarea Maiestas rem Imperatore Catholico et Augustissimo et uere Germano dignissimam: fecerit quoque Dominatio uestra illustris eo ipso rem suo officio, quo fungitur, quam maxime consentaneam, cui nos unice commendatos cupimus.

P

Responsio ad Orationem Granuellani pronunciata nomine Legatorum, qui a protestantibus Statibus missi erant ad Conuentum Wormatiensem

conf. Pezelius in Consiliis Ph. Melanchthonis pag. 413

Illustris et Amplissime Domine inuictissimi Imperatoris Caroli Augusti, Domini nostri clementissimi Commissarie.

ET mandata inuictissimi Imperatoris clementer scripta et orationem T. Amplit. audiuimus, qua nos ad sarciendam concordiam Ecclesiarum hortatus es, adiecta et deploratione praesentium malorum et commemoratione futurorum, quae ex dissidio secutura uidentur. Magna autem et digna uirtus est clementissimo Imperatore suscipere curam Ecclesiarum et ueteri exemplo audire prius controuersias dogmatum et inquirere ueritatem collatione testimoniorum, quam uiolentis consiliis obsequi, quae in Ecclesiis et in patria uastitatem factura essent. Huic uirtuti pollicetur Christus praemia, inquiens; *beati mites, quia possidebunt terram.* Multa erant aduersus Athanasium conficta crimina et erat iniquis iudiciis Tyriae Synodi condemnatus. Quare accessit ipse Imperatorem Constantinum: qui etsi erat ei subiratus, tamen, quum tantum aequam cognitionem flagitaret, indixit aliam synodum. Vt igitur illa Constantini moderatio et iusta et utilis fuit Ecclesiae: ita, quum hoc tempore congerantur in nos uaria et atrocia crimina, tot iam annos praecipue optauimus aequam cognitionem; quam si concesserit inuictissimus Imperator, ut speramus, haud dubie eius lenitas Deo grata et Ecclesiis Christi utilis erit. Quare inuictissimo Imperatori reuerenter agimus gratias, quod de controuersiis horum conferri amanter uoluit, praesertim quum uariae sint et constet, in Ecclesia ueteres abusus multos haerere, qui emendatione opus habent. Deinde, quanquam ipsum Imperatorem sua natura ad bonitatem ac moderationem duci non dubitamus: tamen, quia intelligimus, etiam Amplitud. T. hortatricem esse, ut potius leuia remedia et salutaria patriae quaerantur quam uiolenta, pars aliqua huius laudis ad Amplit. T. pertinet tibique gratias agimus. Facis autem, quod tali uiro dignissimum est, qui consiliis gubernationis orbis terrarum interest, quod auctoritatem tuam ad prohibenda ciuilia bella confers. Deinde et hoc nomine gratias agimus Amplitudini Tuae, quod, quum te tanta negotia Imperatoris inuictissimi in aula retinere poterant quumque haec ipsa collatio nonnihil habitura sit modestiae et inuidiae, tamen hoc tibi onus audiendae huius collationis et gubernandae imponi passus es. Quod uero ad commonefactionem attinet, multa sunt perspicua signa, quae ostendunt, nos non delectari dissensionibus, sed uere et ex animo concordiam expetere, si qua fiet sine contumelia doctrinae Christi. Nec uero inuictissimum Imperatorem arbitramur uelle has controuersias ita tolli, ut ueritas obruatur. An credibile est, nos sine necessariis caussis dissentire ab aliis; quum in extremis periculis propter hanc caussam uersemur,

mur, quae quidem Amplitudini Tuae non ſunt ignota? Trucidantur multi nobiscum ſentientes. Extant edicta atrocia contra nos uibrata. Tot Principes ac populi non adducerent in diſcrimen ſuas dignitates, liberos, fortunas omnes; niſi aliqua neceſſaria cauſſa mouerentur. Haec pericula domeſtica certe libenter omnes excuterent. Praeterea nec adeo feri ſunt, nihil ut publicis incommodis afficiantur. Vident Germaniae externos hoſtes formidabiliores eſſe, ſi diuulſam et diſtractam inteſtinis odiis ac diſſidiis adorientur. Nec ignorant, domeſticas diſſenſiones ſemper exitialem peſtem magnis imperiis fuiſſe. Quare noſtri ſemper optarunt concordiam et eam impediri quorundam iniuſtis cupiditatibus doluerunt. Et quanquam diſſenſiones flagrabant: tamen aſſidue petierunt pacem, tulerunt arma ad comprimendos motus alibi exortos et depellendos externos hoſtes. Denique obtulerunt ſe nusquam defuturos communibus negotiis. Haec quum ita ſint, non poteſt dubitari, quae ſit eorum perpetua de concordia Eccleſiarum et de pace ac defenſione patriae uoluntas. Quoties etiam noſtrarum Eccleſiarum doctores editis libellis queſti ſunt, non cognoſci has controuerſias, negligi uetus exemplum iudiciorum Eccleſiaſticorum, proponi edicta rebus non iudicatis, trucidari ſacerdotes innocentes propter uerae doctrinae profeſſionem. Denique, ut eſt in ueteri uerſu, teſtati ſunt, ſe ſimiles eſſe naui ſupplicanti ſcopulis, quibus alliditur. Semper profesſi ſumus et docuimus et conſtanter retinemus ac proponimus Eccleſiis noſtris tria ſymbola, in quibus praecipui articuli Euangelii breuiter recenſentur, et oſtendimus, hos articulos certò traditos eſſe in uerbo Dei reuelato per Patres, Prophetas, per Filium Dei et Apoſtolos. Et docemus, hos ſymbolorum articulos neceſſario credendos et firma fide amplectendos eſſe. Eosque ſic intelligimus et enarramus, ſicut eos ſemper intellexit Eccleſia Catholica Chriſti, Prophetae et Apoſtoli et ſicut enarrati ſunt a uetuſtis et probatis ſcriptoribus, qui Apoſtolica teſtimonia allegant, uidelicet a Gregorio Neocaeſarienſi, Dionyſio Alexandrino, Irenaeo, Athanaſio, Baſilio, Epiphanio, Gregorio Nazianzeno, Ambroſio et Auguſtino, item a probatis Synodis Antiochena, quae damnauit Samoſatenum, Nicaena, quae damnauit Arium, Conſtantinopolitana, quae damnauit Eunomium et alios, qui negabant, Spiritum Sanctum eſſe perſonam, Epheſina, quae damnauit Eutychen, et reliquis Synodis, quae cum his, quas recenſuimus, conſentiunt. Ac ſentimus, omnes, qui aliquem articulum ex ſymbolis negant, abiectos eſſe a Deo: ſicut inquit Chriſtus; *qui non credit, iam iudicatus eſt*, item, *qui negauerit me, confundam eum*, item, *ſi quis aliud euangelium docebit, anathema ſit*, item, *non habebis deos alienos*, item, *non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum*, item, *non des falſum teſtimonium*. Quare damnamus atheos, idololatras, Iudaeos, Manichaeos, Seruetum, qui delirium Samoſateni rurſus ſparſit et reliquos omnes, qui a ſymbolis diſſentiunt. *Caetera deſiderantur.*

Q

Der Herren Praeſidenten vorgeſchlagene Artickel belangend die Form, wie das Geſprech vorzunehmen

Artickel durch die Räthe zu der Praeſidenz verordnet der Churfürſten, Fürſten und Stände zu dem Chriſtlichen unverbindlichen Geſpräch verordneten Räthen mündlich vorgetragen

Zum erſten. Nachdem in dem Hagenauiſchen Abſchied ein Artickel geſezt, daß die Churfürſten und Fürſten in gemeldtem Abſchied zu dem Chriſtlichen Geſprech ernennt, ieder ein zween oder drey Räthe zu ſolchem Geſprech ordnen und ſchicken ſolle, doch alſo, daß eines ieden Churfürſten und Fürſten geſchickte Räthe nicht mehr denn eine Stimm haben und daß in gleicher Maas die Prote-

ſtiren-

stirende auch zu solchem Gesprech verordnen sollen, und aber bishero noch von keinem Theil die Anzahl und Nahmen der Personen, so zu gemeldten Gesprech verordnet seyn sollen, ernennt und, wie sichs gebührt, angezeiget und übergeben: so haben die verordneten Räthe zu der Praesidenz für gut angesehen, daß solche Anzeigung der Anzahl und Nahmen der Personen von beeden Theilen geschehe und, wie sichs gebührt, in die Meinzische Canzley überantwortet werde. Als aber die Räthe zu der Praesidenz verordnet in iüngstem ihren Vortrag, so sie beeden Theilen thun lassen, auch angezeigt, nachdem die Röm. Königl. Maiestet anfänglich bey dieser Handlung gewesen und den Abschied zu Hagenau hat helfen machen, daß sich nicht gebühren woll Ihrer Königl. Maiestet Botschafter und Räthe von dieser Handlung auszuschliesen, und aber der Protestirenden Stände verordnete Räthe darauf geantwortet, daß ihnen nicht entgegen wäre die Königlichen Räthe zu dem Gesprechе zu zulassen, doch daß Gleichheit in Stimmen gehalten und ihnen auch anderer Fürsten und Potentaten Räthe, so allhie wären oder noch herkommen möchten, zu sich zu ziehen und als Zuhörer auch dabey seyn zu lassen ꝛc haben die Herren Praesidenten bedacht, die weil der Hagenauische Abschied, wie es mit Ordnung und Anzahl der Personen zu dem Gesprech geordnet, gehalten werden soll, gewiese Maas gibt, daß es billig bey demselben Abschied bleiben soll. Und dieweil denn auch der Hagenauische Abschied vermag, daß dies Gesprech unverbindlich seyn soll und also die Anzahl der Personen und Stimmen allein darum gesezt, daß man der Anzahl der Reden gewies sey und nicht daß man aus solchen Stimmen und Reden ein mehrers machen und in der Sache schliesen soll: so lassen es die Räthe auch solcher Stimmen halben bey dem Hagenauischen Abschied bleiben. So viel dann der Königl. Maiestet Botschafter und Räthe belangt, sind die Räthe zu der Praesidenz verordnet, Bericht, daß die Königlichen Botschafter und Räthe sich zu dem Kais. Commissari und Orator thun und eine Person mit ihm repraesentiren sollen, dabey lassen es die Räthe auch bleiben. Zum andern ist auch im Hagenauischen Abschied der Notarien halben geordnet, daß Notarien und Schreiber von beeden Theilen in gleicher Anzahl zugelassen seyn, dieweil aber die Anzahl der Notarien in gemeldtem Abschied nicht ausgedrückt, und damit in solchem Fall auch die Uebermässigkeit verhütet werde, ist durch die Räthe bedacht, daß von iedem Theil zween und also in Summa von beeden Theilen vier Notarien und Schreiber geordnet und niedergesezet werden sollen. Daß auch dieselben vier Notarien mit einer sondern Pflicht von den verordneten Praesidenten beladen werden sollen, alle Handlungen, so vor sie kommen würden, getreulich und fleisig aufzuschreiben, damit dieselben ordentlich registrirt und ad acta gebracht werden mögen. Ferner ist bedacht, daß dieselben Notarien und Schreiber niemand, (der nicht zu diesem Gesprech verordnet) einiger Handlung Copey, Abschrift oder andere Scheine mittheilen und hinausgeben sollen Doch so der Churfürsten, Fürsten und Stände Räthen in dieser Handlung ie zu Zeiten Copey nothdürftig seyn würden, daß dieselben ihnen von den Notariis mitgetheilet werden. Doch daß die Räthe dieselben niemand, so zu diesem Gesprech nicht verordnet, mittheilen oder geben, sondern in Geheim bis zu der Relation, so der Kais. Maiestet geschehen soll, halten.

Daß sie auch im Fall, so sie solche Handlung ihren Herrschaften zuschicken würden, dieselben ihre Herrschaften daneben vermahnen und dahin bewegen wollen, daß sie solche Handlung gleichergestalt bis zu der Relation, wie vorgemelt, in Geheim halten wollen. Es ist auch ferner durch die Herren Praesidenten als zu dieser Sache nothdürftig bedacht, daß bis zu gemeldter Relation von der Handlung dieses Gespreches nicht geschrieben oder durch den Truck publiciret werde. Dann so viel die Haupt-Sache und die Artickel, davon das Gespreche gehalten werden soll, belangt, ist der Herren Praesidenten Gutbedüncken, daß die Ueberflüssigkeit in alle Wege abgeschnitten und daß derhalben der Protestirenden Stände Räthe die Artickel, darauf sie zu verharren vermeinen, in Schrift stellen und den Herren Praesidenten übergeben und dieselben dermassen stellen, daß sie Christlich, erheblich und dermassen geschaffen seyn, daß zu Christlicher Vergleichung darauf gehaltet werden möge.

V. L.

Dominorum Praesidum articuli propositi ad formam colloquii habendi

Articuli per Consiliarios praesidentes Electorum, Principum et Ordinum Consiliariis ad Christianum et liberum colloquium destinatis coram propositi

PRimum. Quum in Recessu Hagenouiensi exscriptus fuerit articulus, ut Electorum et Principum in dicto Recessu ad Christianum colloquium destinatorum singuli duos aut tres Consiliarios ad hoc ipsum colloquium destinent mittantque, sed tamen ita, ut cuiusque Electoris Principisque missi Consiliarii non uno plus suffragio gaudeant eodemque modo Protestantes etiam suos ablegent ad tale colloquium; a neutra tamen parte huc usque numerus et nomina uirorum ad hoc colloquium destinatorum consignatus nec, ut par est, indicatus et oblatus fuerit: non abs re putarunt Consiliarii praesidentes monere, ut supra dictorum hominum nomina et numerus ex utraque parte indicentur et in Moguntinum tabularium pro ea, qua decet, ratione deponantur. Quum uero etiam Consiliarii praesidentes in nupera propositione, quam utrique parti declararunt, indicarent, non ex eo, quod Regia Romanorum Maiestas huius actus primordiis interfuerit et Recessui Hagenouiensi manum admouerit, aequum uideri, ut Regiae Maiestatis Legati et Consiliarii ab isto actu excludantur; Statuum etiam protestantium destinati Consiliarii responderent, non a se alienum esse, si Regiae Maiestatis Consiliarii ad colloquium admittantur, sed tamen uellent, ut suffragiorum aequalitas seruetur utque aliorum etiam Principum Regnantiumque Consiliarii, qui adessent iam aut adfuturi essent, inuitentur et tanquam auditores admittantur: decreuerunt Consiliarii praesidentes, ut, quum Recessus Hagenouiensis in ordine et numero personarum colloquio destinatarum modum praescribat ac rationem, huius iam dicti Recessus norma ex amussi teneatur et obseruetur. Quum porro ex Recessu Hagenouiensi liberum esse debeat colloquium eumque saltem in finem numerus personarum et suffragiorum statuatur, ut ponatur modus sermonibus et calculus ducatur, non uero, ut ex istis suffragiis iusto plus ad ipsam rem concludatur: Consiliarii praesidentes in hanc suffragiorum rationem ex lege Recessus Hagenouiensis consentiunt. Quod ad Regiae Maiestatis Legatos et Consiliarios attinet, sententiae illi, quam relatam acceperunt Consiliarii praesidentes, ut Regiae Maiestatis Legati et Consiliarii ad Caesareum Commissarium et Oratorem accedant et unam eandemque personam sistant, suum etiam ipsi assensum praebent. Secundum. In Recessu Hagenouiensi de Notariis statutum est, ut ex utraque parte Notarii et Scribae pari nu-

ri numero admittantur. Sed quum in dicto Recessu numerus Notariorum haud expressus legatur et ipsa res uelit, ut nimio modus ponatur: decreuerunt Consiliarii praesidentes, ut ex singulis partibus duo atque sic ex utraque parte quatuor Notarii et Scribae permittantur et admittantur. Isti etiam quatuor Notarii a Consiliariis praesidentibus singulari quodam iure iurando adstringantur et obligentur, ut omnia, quae gerantur, a se audita fideliter diligenterque calamo excipiantur atque inde iusto ordine in commentarios referantur et inserantur. Porro decretum est, ne quis dictorum Notariorum aut Scribarum ulli (qui non destinatus est ad hoc colloquium) cuiusquam actionis exemplar descriptum aut formam exaratam communicet ac tradat. Si tamen Electorum, Principum et Ordinum Consiliariis ad hoc colloquium destinatis interdum necessariae uidentur rerum gestarum formae descriptae: eae ipsis a Notariis communicari debent quidem, sed non aliter, quam ut iidem Consiliarii praeter eos, qui huic colloquio intersunt, nulli eas tradant et ad relationem usque Caesareae Maiestati debitam in secreto habeant. Similiter etiam si rerum gestarum relationem Principibus suis aut Magistratibus transcribere uelint: iis hoc persuadere conentur, ut earum actionum memoriam ad relationem usque modo dictam intra se contineant. Insuper ex arbitrio Consiliariorum praesidentium, quantum ad huius rei necessitatem pertinet, conclusum est, ne quid rerum actarum usque ad relationem memoratam in publicum aut calamo aut typis exscribatur ac promulgetur. Quod ad rem ipsam et articulos, de quibus colloquium habendum est, requiritur, Consiliariorum Praesidentium eo mens unanimis redit, ut omnia omnino superflua et luxuriantia rescindantur atque adeo, si quos articulos Protestantes non possunt ac uolunt non tueri ac defendere, eorum Consiliarii scriptos Consiliariis praesidentibus exhibeant itaque litteris mandatos sistant, ut Christiana pietas grauitasque exinde eluceat illincque ad concordiam Christianam actio institui possit ac debeat.

R

Antwort der Protestirenden auf der Praesidenten vorgeschlagene Articel des Gespreches halben

Ehrwürdige, Wohlgebohrne, Ehrnveste, Würdige und Hochgelehrte, Gnädige und Günstige Herren

DEr Chur- und Fürsten auch Stände und Städte der Augspurgischen Confession und derselben Religions-Verwandten Räthe, Gesandten und Botschafter, so von Ihren Herren und Obern für sich und der andern ihrer Religions-Verwandten wegen zu diesem Christlichen Gesprechs-Tag anher gefertigt, haben E. G. und Gunsten auf die übergebne schriftliche Antwort folgende Meinung zu vermelden im besten bedacht. Erstlich belangend die Anzahl der Personen zu solchem Gesprech ꝛc wissen sich gemeldte Räthe, Gesandte und Botschafter zu erinnern, was der Hagenauische Abschied und Kais. Maiestet Schreiben derhalben vermögen und mit sich bringen. Demselben nach sind sie allhie erschienen, sich auch auf die erste Verhaltung ihres Befehls vernehmen lassen, und sollt ihrenthalben alsbald an Benennung und Verordnung der Personen, wo das gefordert, nicht seyn Mangel gewest, wie sie auch nochmals ein Verzeichnis der Personen, so von wegen Ihrer Herren Obern und Mit-Verwandten zu diesem Christlichen Gesprech abgefertigt, hiemit übergeben, doch daß die übrigen, so von dieses Theils Ständen geschickt, zuzuhören nicht ausgeschlossen, dieweil sie gleichen Befehl haben, welches ienem Theil gleichfalls

auch unbenommen seyn sollt. Als auch die Räthe, Gesandten und Botschafter dieses Theils in nechster ihrer Antwort gebetten, da anderer Fürsten und Reichs-Stände Räthe und Botschafter anhero kommen wären oder kommen möchten, dieselben als Zuhörer bey dem Christlichen Gespräch auch seyn zu lassen. Und aber durch E. G. und Gunsten übergebne Artickel vermeldt, daß der Hagenauische Abschied, wie es mit Ordnung der Anzahl der Personen gehalten werden, gewiese Maas gebe und billig bey dem selbigen bleiben sollt rc so mögen die Räthe und Gesandten dieses Theils nicht bedencken, daß solches dem Hagenoischen Abschied entgegen oder ungemäs. Dann dieweil dieser Handel vornehmlich die Teutsche Nation belangt und dann den Ständen auf den künftigen Reichs-Tag Relation geschehen soll: so hielt man es dafür, es sollte nochmals kein Bedencken haben, daß andern Ständen, als der Fürsten, Grafen und Reichs-Städte Botschaftern, ob die anher schicken würden, bey solchem Gesprech zu seyn vergönnet, nicht daß sie von einigem Theil an sich gezogen werden sollten, sondern daß sie als Zuhörer und damit sie Jhren Herren und Obern dieses groswichtigsten Handels auch destobas zu berichten, bey solchem Gesprech seyn möchten. Daß auch durch die Stimmen im Hagenauischen Abschied nicht das mehrere zu schliesen, dieweil dieser Handel unverpüntlich rc lassen die Räthe und Gesandten bey dem Buchstaben desselben Artickels im Abschied verleibt, wenden und sind des auch mit E. G. und Gunsten einig. Doch daß gleichwol die zwey und zwanzig Stimmen alle gehört und mit Fleis aufgezeichnet, damit man wissen mög, wie viel Stimmen auf ieden Artickel einig oder nicht und folgends des allenthalben der Kais. Maiestet und den Reichs-Ständen auf dem künftigen Reichs-Tag Relation beschehen möge. Der Königlichen Maiestet halben lassen sie es bey dem Artickel bleiben doch vorbehältlich nechstgeschehener Anzeige und Fürwendung Zum andern die Notarien oder Schreiber belangend, seind sie mit der vorgeschlagenen Anzahl auch zufrieden, und daß dieselbigen in sondere Pflicht genommen, wie man sich dero beederseits vergleichen würdet, doch daß ihnen Substituten zugelassen würden, daß es auch mit Hinausgebung und Abschriften der Copeien, also wie angezeiget, gehalten. Aber Jhrer Herrschaften und Obern halber seind sie erbietig denselben unterthäniglich und dienstlich zu schreiben, solche Handlung bis zur Zeit der Relation in geheim zu halten. Doch steht es bey ihnen nicht sie zu verbinden oder Jhnen Maas zu geben. Zweifeln aber nicht, Jhre Chur- und Fürsten G. G. und Gunsten werden sich in dem selbst der Gebühr und unverweislich zu halten wissen. Wiewol es auch bey den Räthen, Gesandten und Botschaftern dies Theils kein Bedencken, daß diese Sachen, die zu GOttes Ehr und Erweiterung seines Göttlichen Worts und einer Christlichen Reformation der Kirchen auch Frieden und Ruhe gemeint und vorgenommen würden, am Licht gehandelt, tragen auch des, GOtt Lob, keine Scheu: so wollen sie sich doch ihrer Person und der Publication halben also zu halten wissen, daß sich des mit Billigkeit niemand zu beschwehren haben soll. Lezlich die Haubtsache betreffend, daß die Räthe, Gesandte und Botschafter dieses Theils die Artickel, darauf sie zu verharren vermeinen, übergeben und dieselbigen dermassen stellen sollten, daß sie Christlich, erheblich rc achten sie solche Artickel-Stellung ohne Noth;

dieweil

dieweil der Hagenoische Abschied und der Kais. Maiestet gnädigst Zuschreiben diesem Punct Maas giebt, als nemlich, die Augspurgische Confession und Apologia vor die Hand zu nehmen, auf alle Punct und ieden insonderheit freundlich, Christlich, doch unverbindlich sich zu unterreden und allen möglichen Fleis vorzuwenden, alle irrige Puncten zu Christlicher Einigkeit, Vergleichung und rechtem Verstand zu bringen rc. Demnach thun sich die Räthe, Gesandten und Botschafter auf gemeldte Confession und Apologie ziehen und referiren, die sie auch hiemit überreichen mit Erbieten, was die Herren Räthe und Botschafter des andern Theils in einem oder mehr Artickeln daran Mangel haben, solches von ihnen freundlich anzuhören und sich mit Christlicher und gebührlicher Antwort vernehmen zu lassen und alles das, das zur Christlichen Einigkeit und Vergleichung vermöge der heiligen Schrift und zur Christlichen Reformation der Kirchen, auch zur Erhaltung Fried und Ruhe dienstlich, höchsten Fleises fördern zu helfen. Und haben solches E. G. und Gunsten auf die zugestellte Artickel dienstlicher und freundlicher Meinung nicht verhalten wollen.

V. L.

Responsio Protestantium ad Consiliariorum Praesidentium articulos de forma colloquii propositos data

Reuerendi, generosi, nobiles, spectabiles et magnifici, Domini gratiosi ac Fautores

Electorum et Principum Ordinumque et Ciuitatum Augustanae Confessioni eiusdemque religioni addictorum Consiliarii, Legati et Deputati, qui a suis Principibus Superioribusque pro se et aliis eidem religioni adscriptis ad hoc Christianum colloquium missi sunt, Vobis, Domini gratiosi et Fautores, ad propositos articulos sequentem a se initam sententiam declarare uoluerunt Quod primum ad personarum huic colloquio destinatarum numerum pertinet, bene gnauiterque recordantur Consiliarii, Legati ac Deputati, quid secum ferat Recessus Hagenouiensis et Caesareae litterae. Eum igitur in finem apparuerunt hic, ut ex mandato praescripto sese promtos uolentesque sistant. Vnde etiam si postulatum fuissent, statim hominum ablegatorum nomina indicassent; uti iam designationem eorum tradunt, qui a Superioribus Magistratibusque suis ad Christianum hoc colloquium missi sunt, ea tamen conditione adiecta, ut et caeteri, qui ab huius religionis Ordinibus delegantur, ab audiendo non excluderentur: id quod etiam ex altera parte liberum integrumque relinquatur. Quum porro Consiliarii, Legati ac Deputati huius partis proxima responsione orauerint, ut, si aliorum Principum et Ordinum Consiliarii et Legati huc uenissent aut uenturi essent, illi tanquam auditores ad Colloquium Christianum admitterentur; sed tamen in uestris, Domini gratiosi ac Fautores, articulis significetis, Recessum Hagenouiensem in personarum destinatarum ordine ac numero certum tenere modum eiusdemque rationem sequendam esse: huius partis Consiliarii Legatique non uident, cur id Recessui Hagenouiensi contradicat. Quum enim talis actus ad Germanicae nationis res pertineat eaque etiam de re in futuris Comitiis relatio fieri debeat Ordinibus: putant ex nostra parte, non dubium esse futurum, quin aliorum Ordinum, Principum, Comitum et Ciuitatum Legati ac Deputati, qui huc missi fuerint, ad hoc colloquium admittantur, non quidem, ut ad alterutram partem trahantur, sed ut tanquam auditores colloquio interesse possint illincque Superioribus suis Magistratibusque de isto negotio omnium grauissimo rationem reddere certiorem ualeant. In suffragiis, quibus in Recessu Hagenouiensi non ad pluralitatem concludendum

dendum eſt, quia talis actus liber eſſe debet, Conſiliarii et Legati litteram huius articuli in Receſſu contenti ſequuntur eoque ipſo Vobis cum, Domini gratioſi et Fautores, conſentiunt. Sed tamen uolunt, ut uiginti duo ſuffragia colligantur fideliterque deſignentur, quo ſciatur, quot ſuffragia in articulis ſingulis conuenerint aut non conuenerint, et inde Caeſareae Maieſtati Imperiique Ordinibus in futuris Comitiis relatio fiat. De Regiae Maieſtatis cauſſa in articulo propoſito conſentiunt, reſeruata tamen ea ratione, quam proxime indicarunt ac praetexuerunt. Secundum; in numero deſtinato Notariorum et Scribarum acquieſcunt conſentiuntque in eo, ut ſingulari iureiurando adſtringantur, prout ex utraque parte conuenietur: ſed tamen uolunt, ut ipſis Subſtituti permittantur, ut etiam ex praeſcripto ſupra facto rerum geſtarum exemplaria deſcribantur et exhibeantur; ſuis tamen Principibus Magiſtratibusque, pro ea, qua par eſt, obſeruantia et ſubmiſſione ſcribere non recuſant, ut omnia, quae gerantur, ad publicae relationis tempus in ſecreto teneantur. Sed hoc ſui non eſſe iuris fatentur, ad id obligare aut praeſcribere rationem. At non dubitant, fore, ut Electores ac Principes Sereniſſimi ſuo ipſorum inſtinctu ad debitam legitimamque normam ſeſe conforment et adſtringant. Quanquam inſuper Conſiliarii, Legati ac Deputati ex hac parte nulli dubitant, eas res, quae ad honorem diuinum uerbique caeleſtis amplificationem et Chriſtianam Eccleſiae Reformationem, immo et ad pacem ac tranquillitatem dicuntur et ſuſcipiuntur, in luce publica agere neque etiam metuunt eadem facere poſt DEI gratiam: tamen ſeſe ita harum rerum euulgandarum cauſſa gerere uolunt, ut nemo ſane ex aequo et iuſto conqueri de ipſis poſſit. Tandem quod ad ipſius rei caput attinet, quum placitum ſit, ut Conſiliarii, Legati ac Deputati huius partis articulos, quibus inhaerere uelint, ſcriptos tradant eosque conſignent, qui Chriſtiani et praegnantes ſint &c: talem articulorum deſignationem non neceſſariam ducunt; quia Receſſus Hagenouienſis et Caeſareae Maieſtatis litterae clementiſſimae huic negotio legem praeſcribunt, ut nempe Confeſſio Auguſtana eiusdemque Apologia tanquam materia ſubſtrata ſumatur, in ſingulos articulos amice, Chriſtiane ſed libere tamen ſermones inſtituantur tantoque ſtudio, quanto poſſibile ſit, omnes articuli controuerſi ad Chriſtianam concordiam, conciliationem ueramque intelligentiam reducantur. Quapropter Conſiliarii, Legati et Deputati referunt ſe ad dictam Auguſtanam Confeſſionem eiusdemque Apologiam, quam etiam in praeſenti tradunt, ſimulque pollicentur, fore, ut, quicquid Conſiliarii Legatique ex altera parte in uno alteroque articulo deſiderant, ipſi lubentes uolentesque accipiant idque Chriſtiana et decenti reſponſione reddant nihilque non eorum, quae ad Chriſtianam concordiam ac tranquillitatem et conciliationem ex Sacra Scriptura factam et ad Chriſtianam Eccleſiae reformationem itemque ad tuendam pacem et ſecuritatem pertinent, omni opera et contentione promoueant. Habetis igitur, Domini gratioſi et Fautores, ſententiam noſtram amice et obſeruanter in articulos propoſitos latam.

S

Verzeichnis der Perſonen / die auf Proteſtantiſcher Seite zum Geſpreche verordnet mit Bitt und Vorbehaltung / wie in der gegenwärtigen Schrift gebetten und enthalten iſt

Sachſen Churfürſtlich	Heſſiſch
Canzler	Canzler
Melanchthon	Martinus Bucerus
Juſtus Menius	M. Adam von Fulda

Sachſen

Sachsen Herzog Henrichisch
D. Andreas Camicianus
Johann Brenntius
Nicolaus Scheubelein Licent.

Brandenburgisch
Friederich von Knoblochsdorf
M. Simon Schneeweis *
Kilianus Goldstein Doctor

Lünenburgisch
D. Nicolaus Hölstein
Johannes Stürmius
Johannes Calvinus

Würtenbergisch
Balthasar von Gültlingen
M. Erhardus Schnepf
D. Balthasar Reuffelein

Pommerisch
Nicolaus Glasserus
D. Jacob Philippi
Wolf von Weddeln

Strasburgisch
H. Jacob Sturm
D. Wolfgang Capito
Simon Grineus

Augspurgisch
D. Conrad Heel
Georg Besserer
Martinus Frecht

Nürnbergisch
Erasmus Ebner
D. Wenzeslaus Linck
Andreas Osiander.

Bremisch
Nicolaus Amsdorf
Daniel von Büren
Johann von Amsterdam

Schreiber
Doctor Caspar Kreuzinger
Wolfgangus Musculus

Cum Protestatione. Ob bequemere Personen von andern mehr Fürsten und Ständen dieses Theils werden ankommen, alsdann andere dazu geben an etlicher statt. Item ob einer kranck oder mit Geschäften beladen wird, daß man einen andern an seine statt verändern mag. Item daß die übrigen Personen, so auch hie sind und mit den andern Befehl und Gewalt haben, Zuhörer seyn mögen.

Designatio personarum, quae ex parte Protestantium ad colloquium destinatae sunt, cum protestatione ceu in scripto hoc praesenti contenta est

Saxonici Electorales
Cancellarius
Philippus Melanchthon
Iustus Menius

Hassiaci
Cancellarius **
Martinus Bucerus
M. Adam de Fulda

Saxonici Ducis Henrici
D. Andreas Camicianus
Ioannes Brenntius ***
Nicolaus Scheubelein, Licentiatus

Brandenburgici
Fridericus de Knoblochsdorf
M. Simon Schneeuueis ****
Kilianus Goldstein, Doctor

Lunebur-

* Schürweis in Spalatini Annal. Reformat. pag. 442. Sed pag. 451 legitur Schneeuueis
** Ioannes Winzer, Cancellarius. Conf. Spalatini Annales pag. 443 sed pag. 451 uocatur Ioannes Feyg
*** litteras ab eo scriptas deprehendes in Io Fechtii supplemento Histor. Eccles. Saec. XVI epistolis ad Marbachios scriptis constante. Vitam eius lege in Fischlini Memoria Theologorum Wirtenbergicorum P. I pag. 23 et pag. 66 Supplement. Add. Beyschlagius in Eius Vita affectata.
**** Schuruueis legitur in Spalatini Annal. Reformat. pag. 442 sed pag. 451 legitur Schneeuueis

Luneburgici
D. Nicolaus Holstein
Ioannes Sturmius
Ioannes Caluinus

Wurtenbergici
Bathasar de Gultlingen
M. Erhardus Schnepf
D. Balthasar Keuffelein

Pomerani
Nicolaus Glasserus *
D. Iacob Philippi
Wolf de Weddeln

Argentoratenses
Dom. Iacobus Sturmius
D. Guolfgangus Capito
Simon Grineus

Augustani
D. Conrad Heel
Georgius Besserer
Martinus Frecht

Norimbergenses
Erasmus Ebner
D. Wenceslaus Linck
Andreas Osiander

Bremenses
Nicolaus Amsdorf
Daniel de Buren
Ioannes ab Amsterdam

Scribae
Doctor Caspar Kreuzinger
Guolfgangus Musculus

Cum protestatione, Si personae aptiores ab aliis Principibus Ordinibusque huius partis missae aduenerint, alios priorum loco ut substituere liceat. Item. Si quis aut morbo aut negotio impeditus fuerit, ut alium sufficere fas sit. Item ut caeteri etiam uiri, qui adsunt et cum aliis idem habent mandatum, auditores esse possint ac debeant.

T

Verzeichnis der Gesandten und Botschafter auf dem Tag zu Worms

von Pabsts wegen
Thomas Campegius Archiepiscopus Veltrensis
N. Magister palatii
N. Episcopus Aquilae **

Königs von Franckreichs wegen
Petrus Paullus Vergerius
Extraordinarii

Kaiserlich
Nicolaus Perenottus Herr von Granvella
Johannes de Naves Probst zu Merwill
Gerhardus von Veldrick Hebreus
N. Theologus Hispanicus
Robertus Scotus Theologus Sorbonicus, ein gebohrner Blinder

Ferdinandisch
Bischof von Seckau
Fridericus Nausea
Martinus Kügelin, Doctor Friburgensis
Johannes Cochleus

Mainzisch
Herr Johann von Ehrnperg Dum-Dechant 2c
Herr Julius Pflug
D. Conrad Braun
D. Jobst Hutfelder
Herr Michael Helding Weihe-Bischof zu Mainz
Johann Mennsinger Weihe-Bischof zu Magdeburg
Ambrosius Pelargus Prediger-Mönch
D. Jacob Reuter

Trierisch
Georg Herr zu Elz, Amtmann zur Pfalz
Johann Enschringen Canzler
Nicolaus Meinreich, D. Theologiae

Cöllnisch
Graf Dieterich von Manderschid
Bernhart von Hagen Canzler

D. Jo-

* Glossenius uid. Spalatini Annal. Reform. pag. 452
** conf. G. Spalatini Annales Reformationis a Cypriano editi pag. 443

D. Johann Gropper
D. Eberhardus Pillich, Francisc. Brüder Prior

Pfälzisch
Friederich von Fleckenstein, Hofmeister
Heinrich Haß, Canzler
M. Heinrich Stall, Prediger und Ordinarius zu Heidelberg
M. Matthias Kailer, Ordinarius Theologiae zu Heidelberg
Bernhart Frainshamer | Secretarii
Peter Harer | Secretarii

Brandenburgisch
Herr Leonhart Kellner, Licent. und Dum-Probst zu Havelberg
N. Schieding, gewesner Marschalck
Alexander Halesius Scotus, Doctor
Johann Ludenis, Ecclesiastes zu Franckfurt an der Oder

Salzburgisch
D. Leonhardus Marstaller, Ordinarius Ingolstad.
Nicolaus Apel, Praepositus Maspurgensis
Johannes Wenzler, D. Minister, Provincialis Ord. Minorum

Strasburgisch
Herr Johann Graf zu Eisenberg
Jobst von Seebach
D. Christoph Wollsinger
Johann Armbruster, Licent. Theologiae

Bayrisch
N. Seubelsdorfer, Probst zu München
D. Johann Eck, Theologus
Matthias Krez, Dechant zu München

Jülchisch
Johann von Flatten, Probst Scholaster zu Ach
Conradus Herzbach
Albertus Künig, Doctor Theologiae

Sächsisch Churfürstlich
Herr Hanns von Dölzk, Ritter
Franciscus Burckart, Canzler
D. Kilian Goldstein
Philippus Melanchthon
D. Caspar Kreuzinger
Justus Menius

Sächsisch Herzog Heinrichisch
D. Andreas Camicianus
Nicolaus Scheubel, Licentiat

Marggraf Georg und Alberti Gesandten
Friederich von Knoblochsdorf
Johann Rierer | Praedicanten
M. Simon Schneeweis | Praedicanten

Lüneburgisch
D. Nicolaus Holstein

Würtenbergisch
Balthasar von Gültlingen
D. Philipp Lanng
Erhart Schnepf
D. Balthasar N.

Pomerisch
Wolf von Weddeln | Juristen
D. Jacobus Philippi | Juristen
Nicolaus Glasserus, Theologus

Hessisch
Johann Feucht, Canzler
Hermann Schleier
Alexander von der Dhann
Adam von Fuld
Gerardus Noviomagus
Johannes Pistorius

Strasburg Stadt
Jacob Sturm
Mathis Pfarrer
D. Wolfgang Capito
Martin Buzer
Johannes Calvinus
Johannes Sturmius
Simon Grineus

Augspurgisch
Mathias Langenmantel
Jacob Herprot
D. Conrad Heel
Wolfgang Meuslein
Mempergischer Praepos.

Franckfurtisch
Oppier von Mühlheim

Costniz
Joachim N. Syndicus

Ulmisch

Georg Besserer
Martin Weitmann
Martin Frecht, Prediger

Hall

Johann Brenz, Prediger

Bremen

Daniel von Büren
Johann von Amsterdam, Prediger

Hamburg

Martinus Webel, Syndicus

Magdeburg

Nicolaus Amsdorf, Prediger

Designatio Legatorum et Nunciorum in Colloquio Wormatiensi praesentium

Pontificii

Thomas Campegius, Archiepiscopus Veltrensis
N. Magister palatii
N. Episcopus Aquilae *

Regis Gallorum caussa

Petrus Paullus Vergerius
Extraordinarii **

Caesarei

Nicolaus Perenottus Dominus de Granuella
Ioannes de Naues, Praepositus Meruillanus
Gerardus de Veldrick Hebreus
N. Theologus Hispanicus ***
Robertus Scotus Theologus Sorbonicus, caecus natus

Ferdinandei

Episcopus Seeckouiensis
Fridericus Nausea
Martinus Kugelin, Doctor Friburgensis
Ioannes Cochleus

Moguntini

Dom. Ioannes ab Ernperg, Decanus eccles. cathedralis
Dom. Iulius Pflug
D. Conrad Braun
D. Iodocus Husfelder ****
Dom. Michael Helding, Suffraganeus Moguntinus
Ioannes Mensinger, Suffraganeus Magdeburgensis
Ambrosius Pelargus, Monachus Praedicatorum
D. Iacobus Reuter

Treuirenses

Georgius Dominus ad Eltz, Praefectus palatii
Ioannes Enschringen, Cancellarius
Nicolaus Meinreich, Doctor Theologiae *****

Colonienses

Comes Dietericus de Manderschid
Bernhardus ab Hagen, Cancellarius
D. Ioannes Gropper
D. Eberhardus Pillich, Franciscanorum Prior

Palatini

Fridericus de Fleckenstein, Aulae Magister
Henricus Has ******, *Cancellarius*
M. Henricus Stall, Praedicator et Ordinarius Heidelbergensis
M. Matthias Kailer, Ordinarius Theologiae Heidelbergensis
Bernhardus Frainshamer } *Secretarii*
Peter Harer }

Brandenburgici

Dom. Leonhardus Kellner, Licent. et Praepos. Eccles. Cathedr. Hauelbergens.
N. Schieding, Mareschallus quondam
Alexander Halesius Scotus, Doctor
Ioannes Ludenis, Ecclesiastes Francofurt. ad Oderam

Salisburgenses

D. Leonhardus Marstaller, Ordinarius Ingolstad.

Nicolaus

* conf. G. Spalatini Annales Reformationis a Cypriano editi pag. 441.

** conf. V. C. Schelhornii Amoenitates Litter. T. XII pag. 579 ubi haec leguntur: cum *Morono* Pontificis Romani nomine adfuerunt *Thomas Campegius* Episcopus Feldrensis, *Thomas Badia* Italus Ord. Praed. et S. Pal. Magister, *Albertus Pighius* Praepositus Eccles. S. Ioann. Traiectensis, *Robertus Wauchop* natione Scotus a natiuitate caecus ac denique *Petrus Gerardi* natione Gallus. Add. Ddd, n. 3.

*** Salig in Hist. Aug. Confess. P. I pag. 506 tres uocat Theologos Hispanicos Muscosam, Maluendam et Carobellum. Conf. Sleidanus pag. 371. Add. Ddd, n. 3

**** Heldfelder in Spalatini Annal. pag. 460.

***** Monrich. Conf. Ddd, n. 3

****** Hesse in Spalatini Annal. pag. 460. Add. Ddd, n. 3.

Nicolaus Apel, Praepositus Maspurgensis
Ioannes Wenzler, D. Minister, Prouincialis Ord. Minorum

Argentoratenses

Dom. Ioannes Comes ad Eisenberg
Iodocus de Scebach
D. Christophorus Wollsinger
Ioannes Armbruster, Licent. Theologiae

Bauarici

N. Seubelsdorfer, Praepositus Monachiensis
D. Ioannes Eck, Theologus
Matthias Krez, Decanus Monachiensis

Iuliacenses

Ioannes de Flatten, Praeposit. Scholast. Aquisgranensis
Conradus Herzbachius
Albertus Kunigius, Doctor Theologiae

Electorales Saxonici

Dom. Ioannes de Doelzk, Eques
Franciscus Burckart, Cancellarius
D. Kilianus Goldstein
Philippus Melanchthon
D. Caspar Creuzinger
Iustus Menius

Saxonici Ducis Henrici

D. Andreas Camicianus
Nicolaus Scheubel, Licentiatus

Marggr. Georgii et Alberti Legati

Fridericus de Knoblochsdorf
Ioannes Rierer } *Praedicatores*
M. Simon Schneeuueis }

Luneburgici

D. Nicolaus Holstenius

Wirtenbergici

Balthasar de Gultlingen
D. Philipp Lanng
Erhardus Schnepf *
D. Balthasar N

Pomerani

Wolf de Weddeln } *Iuris consulti*
D. Iacobus Philippi }
Nicolaus Glasserus, Theologus

Hassiaci

Ioannes Feucht, Cancellarius
Hermann Schleier
Alexander de Dhann
Adam de Fuld
Gerhardus Nouiomagus
Ioannes Pistorius

Argentoratensis Ciuitat.

Iacobus Sturmius
Mathis Pfarrer **
D. Guolfgangus Capito
Martinus Buzerus
Ioannes Caluinus
Ioannes Sturmius
Simon Gryneus

Augustani

Mathias Langenmantel
Iacobus Herprot
D. Conrad Heel
Guolfgangus Meuslein
Mempergensis Praepositus

Francofurtani

Oppier de Mulheim ***

Constantienses

Ioachimus N. Syndicus

Vlmenses

Georgius Besserer
Martinus Weitmann
Martinus Frecht, Praedicator ****

Bremenses

Daniel de Buren
Ioannes ab Amsterdam, Praedicator

Hamburgenses

Martinus Webelius, Syndicus

Magdeburgenses

Nicolaus Amsdorf, Praedicator

* Erhardi Schnepfii uitam lege in Lud. Melch. Fischlini Memoria Theologorum Wirtembergensium P. I pag. 8
** conf. Spalatini Annales Reformationis pag. 443, ubi legitur, Mathias Pfarrer, Senator
*** Ludouicus de Millen, Senator in Spalatini Annal. pag. 461
**** Martini Frechtii uitam lege in Fischlini Memoria Theologorum Wirtembergensium P. I pag. 42

Salisburg. Archiepiscopi
Leonhardus Marstaller, D. Ordin. Ingolstadiens.
Nicolaus Appel, D. Concionator Mospurgensis
Ioannes Mentzler, D. Minister Ord. Minorum

Argentinensis Episcopi
Consiliarii et Theologus
Dom. Ioannes Comes ab Eisenberg
Christophorus Welsinger, Doctor Iuris
Ioannes Armbruster, Licentiatus Theologiae

Ducum Bauariae Wilhelmi et Ludouici
Consiliarius et Theologi
Wolfgangus a Seubolsdorf, D. Praepositus Monacensis, Consiliarius
Ioann. Eckius, Canonicus Eystetens. D. Protonot. &c
Matthias Kretz, D. Decanus Monacensis.

Ducis Cleuensis et Iuliacensis
Consiliarius et Theologi
Ioannes a Flatten, D. Praepositus Xancensis &c.
Conradus Heresbachius, D.
Albertus Koenig, D.

Sequitur
Status Protestantium

Electoris Saxoniae
Consiliarii et Theologi
Ioannes Doltzer, Eques auratus
Franciscus Burcardi, Cancellarius
D. Kilianus Golstein a Kitzing
M. Philippus Melanchthon
D. Caspar Crutziger
Iustus Menius, Concionator Isenacensis
Fridericus Mecum

Ducis Saxoniae Henrici
Andreas Francus Camitianus D. Consiliarius
Nicolaus Scheubelius, Licentiatus Theologiae

Landgrauii Hassiae
Consiliarii et Theologi
Ioannes Fayg, Cancellarius
Alexander de Tann
Hartmannus Slayer
Magister Adam Kraft de Fulda
Gerardus Nouiomagus
Ioannes Pistoris Nidanus

Georgii et Alberti March. Brandenburg.
Consiliarius et Theologi
Fridericus a Knobelsdorf, Consiliarius &c
Ioannes Kurer, Concionator Onspachens.
Simon Schneuueis, Pastor Krelsheymens.

Ducis Brunsuicens. et Luneburg.
Nicolaus Holstein, D. Consiliarius
Vrbanus Regius, Theologus, aegrotus in uia.

Ducis Wirtenbergensis Vlrichi
Consiliarii et Theologi
Bernardus Goeler de Rauensburg
Balthasar de Gultingen
Philippus Lang. D.
Balthasar Wilberger D.
Magister Erhardus Schneppius

Ducis Pomeraniae
Wolfgangus a Wedelen, Capitaneus in Heldenam
Iacobus Philippus Osler D.
Nicolaus Glassinus, Licentiatus Theologiae

Alberti Comitis de Mansfelt
Iacobus Braun Cancellarius

Argentinae
Theologi
Iacobus Sturm, Magister Ciuitatis
Matthias Pastor
Martinus Bucerus
Wolfgangus Capito D.
Ioannes Caluinus
Ioannes Sturmius
Simon Grineus
Ambrosius Amerbachius

Nurenbergae
Erasmus Ebner, Senator
Vlricus Venthaimer
Andreas Osiander, Concionator
Wenceslaus Lincus, D. Concionat.

Augustae
Matthias Langmantel
Iacobus Herbort
Conradus Hel, D.
Wolfgangus Musculus, Concionator

Hallis Sueuiae
Ioannes Brentius, Concionator

Vlmae

Georgius Besserer
Martinus Weckman
Martinus Frech, Theologus

Magdeburgi

Nicolaus Amsdorfius, Licentiatus Theologiae

Bremae

Daniel a Buren
Mag. Ioannes Amsterdam, Concionator

Francfordiae Moeni

Oier a Molen

Constantiae

Mag. Ioachim Maler, Syndicus

Hamburgi

Martinus Gobel, Secretarius

Alii Oratores
non deputati ad Colloquium

Dominus Bernardus Sanctius, Hispanus, Episcopus Aquilanus
Dominus Petrus Paullus Vergerius, Episcopus Iustinopolitanus
Orator Ducis Subaudiae

V

Der Protestirenden andere den Praesidenten gegebene Antwort des Gespreches Form halben

Gnädige und günstige Herren

DJe Räthe, Gesandten und Botschafter der Augspurgischen Confession-Verwandten haben E. G. und Gunsten fernere Anzeige und Bedenken etlicher Artickel halben, wie solches gestern zu Abend vorgetragen worden, allenthalben vernommen. Erstlich belangend die übrigen Personen, so von wegen unserer gnädigsten, gnädigen Herren und Obern zu diesem Gesprechs-Tag anher gefertigt und gleichen Befehl haben mit denen, die in Dero übergebnen Verzeichnis ausgedrücket worden, daß dieselben auch bey solchem Gespreeh als Zuhörer seyn möchten ꝛc Hätten gemeldte Räth und Gesandten sich versehen und verhoft, es sollte solches bey E. G. und Gunsten kein Bedenken gehabt, nachdem Hagenaischen Abschied ohngemäs angesehen worden seyn; dieweil dasselbe in solchem Abschied nicht benommen noch abgeschnitten. Denn obwol von 11 Stimmen eines Theils und daß zu ieder einer oder drey Räthe mögen verordnet werden, Meldung geschieht: so ist darinnen nicht ausgedrückt, daß nicht mehr Personen, so die mit sämtlichen Befehl geschickt und also in eine Stimme gehörig, nicht auch als Zuhörer sollten zugelassen werden, in Erwegung, daß solches den Sachen auch mehr dienstlich, denn nachtheilig, auch daß dies ein Christlich unverpünctliches Gespreeh und Handel seyn soll ꝛc Dieweil aber bey E. G. und Gunsten solches anderst bedacht und dann hie zuvor zu Hagenau und sonst unsre gnädigste, gnädige Herren und Obern allerley Ungleichheit hingehen lassen, damit Ihren Churf. und Fürsten G. und Gunsten ie nicht möchte zugemessen werden, daß Ihrenthalben in Christlicher Handlung, Vergleichung und Reformation der Kirchen einiger unbilliger Mangel vermerket würde: so müssen die Räthe, Gesandten und Botschafter solches auch geschehen lassen und das Ihren gnädigsten, gnädigen Herren und Obern berichten. Und soll dies Punctes halben das Gespreeh nicht dürfen aufgezogen oder gehindert werden. Zum andern der Stimmen halben verstehen die Räthe und Gesandten dies Theils den Hagenoischen Abschied und E. G. und Gunsten Meinung auch dahin, daß eines ieden der 22 redenden Personen Stimme im Gespreeh insonderheit gehört und,

und, wieviel derselbigen sich auf einen ieden Artickel vergleichen würden oder nicht, das solches mit Fleis und unterschiedlich durch die niedergesezten Notarien verzeichnet, darum sie es auch also darbey wenden lassen. Zum dritten so viel die zugeordneten Substituten den Notariis belangend, hielten es die Räthe, Gesandten und Botschafter dafür, daß dieselbigen ohne iemands Beschwehrung bey der Hand seyn möchten, damit sie im Fall der Nothdurft auch im Gesprech zu gebrauchen. Sollt es aber ie so gros Bedenken haben, so wollen sie es auch bey E. G. und Gunsten Vorschlag beruhen lassen. Aber die Form des Eids betreffend, daß dieselbige den Räthen, Gesandten und Botschaftern zuvor untergeben und zugestellt, das nehmen sie zu dienstlichem und freundlichem Danck an, doch mit Vorbehalt, daß sie sich alsdenn ihrer Nothdurft darauf mögen vernehmen lassen. Zum vierten, so viel die Nahmen etlicher übrigen Stände belangend, ist solche Verzeichnus derselbigen Begehren nach anderweit umgeschrieben und thun es E. G. und Gunsten hiemit zustellen. * Lezlich der Schriften halben, daß dieselben gedrippelt, auch Teutsch und Lateinisch möchten verfertigt werden, wissen sich E. G. und Gunsten zu erinnern, daß man in einem Christlichen Gesprech auf die Confession und Apologia vermöge der Kais. Maiestet Ausschreibens anher erfordert, darzu die Räth und Gesandten abgefertigt und erschienen, sich auch hie zuvor dessen erbotten und darauf gezogen haben wollen. So sich aber zu tragen, daß sich beede Theil in Schriften etwas zu übergeben vergleichen würden, auf solchen Fall wollen sie sich mit Ueberreichung der Copeyen gedrippelt, das auch solches in Lateinischer und Teutscher Sprach geschehe, unverweislich zu halten wissen und lassen es sonst bey den vorigen geschehenen Anzeigungen und Erbieten bleiben 2c.

V. I.

Protestantium altera Consiliariis praesidentibus data responsio respectu formae in Colloquio habendae

Venerabiles ac spectabiles Domini

CONsiliarii, Legati ac Deputati Ordinum Augustanae Confessioni addictorum uestram, Domini uenerabiles spectabilesque, sententiam de nonnullis articulis, ceu hesterno uespere proposita fuit, satis distincte perceperunt. Primum quod ad reliquas personas attinet, quae a nostris Electoribus, Principibus Superioribusque ad haec colloquii comitia missae sunt et idem mandatum habent cum iis, qui exhibito in catalogo indicati sunt, ut illis etiam dicto colloquio liceat interesse tanquam auditoribus, sperarunt quidem Consiliarii et Legati, fore, ut id Vobis, Domini uenerabiles et spectabiles nullum dubium moueat neque contra Recessum Hagenouiensem uideatur; quum tale quoddam in dicto Recessu neque sublatum neque remotum sit: licet enim de undecim suffragiis unius partis, ac de singulis, ad quae unus uel tres Consiliarii ordinandi sunt, mentio fiat; tamen non expressis uerbis prohibitum est, quo minus plures personae, quae uno instructae mandato ad idem suffragium pertinent, tanquam auditores admittantur, ea de caussa, quod talis res isti colloquio proficiat magis quam offici-

* Solche Verzeichnis ist der Personen halben gar nichts geaendert, sondern allein in dem, da Augspurg und Ulm bey einander gestanden, ist Ulm ausgelassen und da Bremen, Hamburg und Magdeburg sämtlich gesezt gewesen, ist allein Bremen blieben, also, daß es eine schlechte Aenderung und in der Substanz gar nichts

officiat quodque etiam colloquium hoc esse debeat liberum et Christianum. Quum autem Vobis, Domini uenerabiles et spectabiles, aliter uisum est nostrique Principes ac Superiores in conuentu Hagenouiensi et alibi multarum rerum iniquitatem facili animo tulerunt, ne sane tribuatur et imputetur Electoribus Principibusque nostris, quasi ex ipsorum parte defectus aliquis Christianae collocutionis, conciliationis et reformandae Ecclesiae culpandus interuenerit: id etiam aequa mente patientur Consiliarii, Legati et Deputati, sed tamen ad Superiores suos referent; ubi uero non ulla interim caussa est, cur ea de re colloquium differatur aut sufflaminetur. Secundum, de suffragiis Consiliarii et Legati huius partis Recessum Hagenouiensem uestramque, Domini, sententiam ita interpretantur, ut putent, singula uiginti et duarum personarum suffragantium sigillatim suffragia audiri atque etiam, quot suffragia in uno eodemque articulo conueniant aut non conueniant, diligenter accurateque per Notarios destinatos exscribi et in album referri debere. Hinc et ipsi in eandem sententiam pedibus eunt. Tertium, quantum ad Substitutos Notariis adiunctos pertinet, Consiliarii, Legati ac Deputati non alienum a re putant; si forsan illi citra ullam alies molestiam ad manus esse possint, ut in casu necessitatis ad colloquii exscribendi rationem adhiberi queant. Sin uero res ista difficulter admittenda uideatur: sane in uestram, Domini, sententiam descendere non grauantur. Quod iurisiurandi formula Consiliariis, Legatis ac Deputatis ante actum offerri atque exhiberi debeat, id omni grati animi significatione agnoscunt et praedicant, sic tamen, ut ipsis liceat in medium proferre, si quid in hac re monendum duxerint. Quartum, quod ad nomina caeterorum Ordinum pertinet, ex ipsorum placito mutata et transcripta est personarum designatio; cuius etiam formam hinc descriptam offerunt. * Tandem de scriptis, quae in triplo exhibeantur itemque Latine et Germanice composita tradantur, in memoriam Vobis, Domini, reuocetis uolunt Consiliarii et Legati, ad Christianum Colloquium secundum materiam Augustanae Confessionis et Apologiae substratam ex autoritate Caesarearum litterarum se uocatos et missos apparuisse eoque etiam iam ante se obtulisse; quod idem nunc enixe contendunt. Si tamen contingeret, ut ex utraque parte conueniretur de scriptis mutuo exhibendis: eo demum casu lubentes uolentesque promitterent, fore, ut scriptorum exemplaria in triplo offerantur eademque Latine et Germanice composita tradantur. Caeterum de prioribus monitis et promissis semel iterumque dictum uolunt.

W

Austheilung der Päbstlichen Stände zur Gesprechs Session verordnet

Verzeichnus der Personen / so von wegen der Catholischen Seiten zum Gesprech verordnet sind

Mainzische Churfürstliche	Trierische Churfürstliche
Herr Michel Hellding, Weihe-Bischof zu Mainz	Johann von Enschringen, Doctor, Canzler
Ambrosius Pelargus, Doctor Theologiae Prediger-Ordens	Jörg Herr zu Elz, Amtmann zu Pfalz

* haec designatio non mutata est personarum caussa. Sed quum Augusta Vindelicorum et Vlma simul ponerentur: Vlma est omissa, et, quum Brema, Hamburgum et Magdeburgum coniunctim et una scriberentur, Bremae nomen remansit. Ita quidem mutatio non magni momenti aut nullius fere haberi debet.

Nicolaus Meinreich, Doctor Theologiae

Cöllnische Churfürstliche

Bernhart von Hagen, Canzler

Eberhart Billigk, Doctor und Prior Carmeliter-Ordens

Pfälzische Churfürstliche

Magister Heinrich Stoll, Prediger zum heiligen Geist

Magister Matthias Kailer, beede Ordinarien zu Heidelberg

Brandenburgische Churfürstliche

Leonhardus Keller, Licentiat, Dum-Probst zu Havelberg

Alexander Alesius Scotus, Doctor

Herr Johann Ludenis * Ecclesiastes zu Franckfurt an der Oder

Erzbischofs von Magdeburg ꝛc

Johann Mennsinger, Doctor, Suffraganeus zu Halberstadt

Conradus Micosus Lehrmeister in Prediger-Closter zu Mainz

Erzbischöfisch zu Salzburg

Leonhardus Marstaller, Doctor, Ordinarius zu Ingolstadt

Nicolaus Appel, Doctor, Praedicator Maspurgensis

Johannes Wennzler, Doctor Minister, Provincialis Ordinis Minorum

Bischöfisch zu Strasburg

Johann Armbruster Theologiae Licentiat

Herzog Wilhelmisch zu Baiern

Johann Eccius, Doctor ꝛc Protonotarius ꝛc

Herzog Ludwigisch zu Baiern

Matthias Krezius, Dechant zu München

Jülichische

Johann von Flatten, Probst Scholaster zu Ach

Conradus Herzpachius, Doctor

Albertus Künig, Doctor Theologiae

V. L.

Distributio Ordinum Pontificiorum ad Colloquii sessionem destinatorum

Designatio Virorum, qui ex parte Pontificiorum ad Colloquium destinati sunt

Moguntini Electorales

Dom. Michael Hellding, Suffraganeus Moguntinus

Ambrosius Pelargus, Doctor Theologiae Ordinis Praedicatorii

Treuirenses Electorales

*Ioannes ab Enschringen **, Doctor, Cancellarius*

Georgius Dominus ad Eltz, Praefectus Palatii

Nicolaus Meinreich, Doctor Theologiae

Golonienses Electorales

Bernhardus ab Hagen, Cancellarius

*Eberhardus Billigk, Doctor et Prior Ordinis Carmelitani ****

Palatini Electorales

Magister Henricus Stoll, Praedicator ad Spiritum Sanctum

Magister Matthias Kailer, ambo Ordinarii Heidelbergenses

Brandenburgenses Electorales

Leonhardus Keller, Licentiatus, Praepositus Ecclesiae cathedralis Hauelbergensis

Alexander Alesius Scotus, Doctor

*Dom. Ioannes Ludenis ****, Ecclesiastes Francofurtanus ad Oderam*

Archiepiscopales Magdeburgenses

Ioannes Mennsinger, Doctor, Suffraganeus Halberstadiensis

* Lüdecken liest Salig in der Historie der Augspurgischen Confession I Theil pag. 506

** Eintzingen in Spalatini Annal. Reformat. pag. 458

*** Ioannem Grobherum D. Canonicum addunt Spalatini Annales pag. 458

**** Ludecken legit Salig in Historia Augustanae Confessionis pag. 506 et Spalatini Annales p. 458. Sed Ludenis legitur in App. Ddd, n. 3.

Conradus Micosus, Praedicator in Coenobio Praedicatorum Moguntino

Archiepiscopales Salisburgenses

Leonhardus Marstaller, Doctor, Ordinarius Ingolstadiensis

Nicolaus Appel, Doctor, Praedicator Maspurgensis

Ioannes Wennzler, Doctor Minister, Prouincialis Ordinis Minorum

Episcopales Argentinenses

Ioannes Armbruster Theologiae Licentiatus

Ducales Guilielmi Bauarici

Ioannes Eccius, Doctor &c Protonotarius &c

Ducalis Ludouici Bauaricus

Matthias Krezius, Decanus Monachiensis

Iuliacenses

*Ioannes de Flatten, * Praepositus, Scholasticus Aquisgranensis*

Conradus Herzpachius, Doctor

Albertus Kunig, Doctor Theologiae

X et Y

Oratio in Conuentu Wormatiensi per Legatum Apostolicum habita cum adiuncta responsione desuper data

Oratio Legati Pontificii Archiepiscopi Veltrensis habita d. VIII Decembr. ad uerbum ex ore dicentis excepta

Dominus et Seruator Iesus Christus, illustrissime Domine, reuerendi, magnifici et nobiles Viri, Fratres et Maiores obseruandissimi, Dominus, inquam, et Seruator noster Iesus Christus ob immensam erga nos charitatem Deus homo factus, quum ad Patrem omnipotentem oraret nedum pro iis, qui crediderant, sed etiam pro iis, qui credituri forent, precatus est, ut omnes unum essent, sicut ipse in Patre et Pater in eo, mandatum appellauit nouum, quod dedit discipulis suis, ut inuicem diligerent, ea re omnes cognituros esse, quod eius essent discipuli; nihilque frequentius eorundem auribus inculcauit, quam mutuam beneuolentiam, mutuam charitatem. Vas etiam electionis Paullus docuit nos ante omnia habere charitatem, quod illa sit uinculum perfectionis, diligere proximum sicut se ipsum, et quod hac omnis lex compleatur, et quod, in quibus non exerceatur charitas, illi aberrantes in uaniloquium conuertantur et tanquam aes sonans ad omne opus bonum inutiles reddantur. Huius praecepti, Domini et Fratres amantissimi, si memores fuissemus: profecto non tot dissensiones, tot contentiones inter nos exortae essent. Quae etsi forte ex aliquo charitatis fonte exordium habuisse dici possent: eo tamen res processit, ut a mutua charitate et mutua beneuolentia discedentes in apertissimas inimicitias et acerbissimas contentiones inciderimus. Mox bella saeuissima suborta detestandaeque clades nec non tot animorum Christianorum dissidia nobilissimam hanc Prouinciam in eum statum deduxerunt, ut uix illam agnoscam, quam ante XX annos uiderim. Cuius calamitati opem ferre cupientes nonnulli Romani Pontifices nullis occasionibus, nullis precibus, nullis ad conuentus Germaniae missis legationibus hoc efficere potuerunt, ut haec dissidia relligionis tollerentur. Paullus etiam Tertius Pontifex Maximus indicto ad Vincentiam libero et Christiano Concilio illucque missis Legatis nihil proficere potuit. Quum enim illi duos illic menses expectassent et pauci admodum aduentassent: Concilium in aliud tempus et locum reiicere coactus est, ea tamen mente, ut illud praesente Caesarea Maiestate celebraret. Nuperrime uero Carolus V Imperator inuictissimus hoc colloquium Christianum uelut praecursorem quendam instituit, deinde Ratisponensem Conuentum indixit, ut salutare aliquod remedium

* Ioannes de Platen in Spalatini Annal. pag. 459

medium nimis inueterato morbo adferret. Hic, ut sacrae Romanae Ecclesiae primogenitus et obediens filius et propterea ipsius protector et aduocatus, maxime optans, ut haec nobilissima prouincia pacata pientissimam matrem suam agnosceret, uoluit, mandante etiam mihi summo Pontifice, ut uobiscum hic adessem utque ad ea, quae pacis et reconciliationis essent, hortator essem, ut qui etiam peculiari quadam beneuolentia et amore uos omnes prosecutus sum et prosequar. Quamobrem, Domini et Fratres amantissimi, iam satis perspectum esse Vobis existimo, quantum oneris Vobis incumbat quantumque a consiliis uestris maximarum rerum momenta pendeant. Propterea hortor fraterneque moneo per aeternam illam salutem, quam propitiatore Domino nostro Iesu Christo post hanc mortalem et miseram uitam consequemur, ut, quae reconciliationis et pacis sunt, ea ratione curetis, quam prudentissimos uiros delectos habere decet. Ego uicissim polliceor omnem operam, omne studium, omnem diligentiam et curam, quam summus Pontifex pro Ecclesiae communione, salua pietate, impertiri poterit. Vos itaque operam date, ut demandatam Vobis prouinciam, solum Deum prae oculis habentes, ita administretis, ut omnibus constet, Vos communionis Sanctae Ecclesiae et uniuersalis pacis et tranquillitatis rationem habuisse. DEVS sapientiae et bonitatis dirigat gressus uestros, ut unanimes uno ore collaudetis communem Patrem Domini nostri Iesu Christi et pax Christi, quae exsuperat omnem sensum, custodiat sensus et intelligentias uestras. Dixi.

Responsio data per Doctorem Iacobum Reuter, Scribam Moguntinum

Reuerendissime Domine, illustris ac magnificus Sacratissimae Caesareae Maiestatis Orator et Commissarius, item reuerendi, generosi, nobiles, spectabiles et clarissimi Electorum caeterorumque Principum Consiliarii hic praesentes audiuerunt reuerendissimae Dominationis uestrae orationem sane grauem, piam et Christianam et libenter etiam audiuerunt ob eam caussam, quod exhortati sunt, ut ne desint officio suo. Ipsi uicissim pollicentur et se exhibebunt, ut uideantur quaesiuisse gloriam DEI et ea, quae faciunt ad pacem et tranquillitatem Christianam, et ita se exhibebunt, ne uideantur defuisse officio. *

Z

Ad Legatum Pontificium in Conuentu Wormatiensi. Anno 1540 Responsio scripta a Philippo Melanchthone sed non recitata, quod impetrari hoc non posset a Praesidentibus Colloquii, ut publice recitaretur

conf. Pezelius in Consil. Phil. Melanchth. pag. 423 et Epist Phil. Melanchth. ex edit. Londinensi pag. 72

INstat dies, in quo celebratur historia de nato Filio Dei liberatore nostro, cui prodeunti in mundum pii angeli hymnum canunt, quo beneficia praedicant nascentis Christi, qui patefacturus sit gloriam Dei, facturus pacem in terra et laetitia sempiterna cumulaturus homines. Ideo uero praecinunt angeli, ut nos admoneant de nostro officio ac maxime gubernatores. Hi fiunt illius chori socii, quum gloriam Deo canunt, i. e. quum ueram doctrinam illustrant, quum Ecclesiis pacem concedunt et inter homines disciplinam tuentur, non quum oppressa ueritate saeuitiam in Ecclesias exercent et uastitatem efficiunt. Erant socii chori caelestis Theodosius, Constantinus et alii pii Principes: quum doctrinam caelestem de uero Dei cultu propagabant et tollebant impiorum Principum edicta atrocia, constituebant

* Bigam hanc orationum legere etiam licet in Libro illo Moguntiae 1541 de Colloquio Wormatiensi edito: ubi fere, paucis uerbis exceptis, eiusdem tenoris sunt.

bant Ecclesias. Ita inuictissimi Imperatoris Caroli Augusti uoluntas laudanda est, quod hunc conuentum indixit, ut patefacta ueritate pax constituatur. Ac nos quidem et Ipsi et Eius Commissario gratiam habemus et reuerenter oramus, ut ita res constituat, ut patefiat ueritas, qua gloria Dei celebratur. Ita et concordia feliciter constitui poterit. Audiuimus autem iam Pontificii Legati orationem: in qua etsi erat communis adhortatio; tamen aculei quidam ad nos proprie pertinebant. Etsi scimus, genus hoc responsionum odiosum esse: tamen, ne crimina nobis obiecta uideamur agnoscere, magna nobis imponitur necessitas, ut nos purgemus; quod quidem uerecunde ac breuiter faciemus. Atrox crimen est Ecclesiae desertio; multo atrocius est seditionem excitare in Ecclesia, sparsis falsis dogmatibus. Dicam igitur pauca de utroque crimine. Non adeo rudes omnium rerum sumus, ut ignoremus potentum iudicia de his discordiis, nec adeo sine sensu communi, ut soli pericula nostra non uideamus, nec adeo ferrei, ut aerumnis nostris, quas sustinemus non exiguas, nihil afficiamur. Quid nobis optatius est, quam ut liberati periculis et aerumnis, praesertim tot iam annis experti uarias difficultates, tranquillitate fruamur. Sed hanc caussam, in qua uersamur, non possumus sine scelere abiicere. Ideo semper expetiuimus ueram cognitionem, cum ut Eccesiae consuleretur, tum ut nos quoque periculis liberaremur. Scimus etiam, plausibilem esse orationem, dicere de concordia ciuium, de pace, execrari seditiones, uituperare contumaciam. Scimus ex his fontibus multa speciosa contra nos dici. Nec leuiter mouentur animi mediocres hoc genere obiurgationum. Sed tamen uidendum est, in quibus culpa haereat. Non sumus Ecclesiae Christi desertores, non sumus auulsi a corpore Christi. Nam qui ueram Euangelii doctrinam retinent et ei obtemperant, manent membra Christi; etiamsi Pontifices eos ex coetu suo expulerint. Non propterea Ieremias auulsus fuit ab Ecclesia; etiamsi sacerdotes eum ex suo coetu eiecerant. Praedicit Christus, fore, ut pii eiiciantur e synagogis, ac uetat frangi animis propter eam iniuriam. Natum est hoc dissidium initio ex reprehensione turpissimae nundinationis indulgentiarum. Hinc Pontifex et eius satellites concurrerunt. Editum est fulmen excommunicationis. An propter illa iniusta decreta dicimur auulsi ab Ecclesia? Sed pergo ad alterum crimen. Iure eiicimur: si genus doctrinae, quod profitemur, dissentit ab Euangelio. Hic constanter asseueramus, hanc ipsam doctrinam, quam profitemur, uere esse consensum Catholicae Ecclesiae Christi, ut testantur Prophetica et Apostolica scripta et tota Ecclesiae antiquitas, ueteres Synodi et Scriptores saniores. Sed hoc non dissimulamus, nos improbare quasdam superstitiones et opiniones pugnantes cum Euangelio, quae paullatim ante haec tempora in Ecclesiam irrepserunt. Nec deterremur illorum sapientum iudiciis, qui disputant, ut in amicitiis quaedam uitia amicorum ferenda sunt, ita esse in Ecclesia quaedam errata dissimulanda. Habent haec praecepta suum locum sed non ubique ualent. Regula Paulli tenenda est: *si quis aliud Euangelium docuerit, anathema sit.* Doctrinae et cultuum peccata non sunt probanda. Quis est autem paululum modo amans religionis, quem non res ipsa fateri cogat, plurimum superstitionum irrepsisse in Ecclesiam. Traditiones, ut uocantur, qualis carnificina piarum mentium diu fuerunt; quantos tumultus saepe excitarunt? Quantum est uanitatis et tenebrarum in illa disputatrice Theologia? Annon aliud genus doctrinae saniores Theologi etiam multo ante flagitarunt? Quantum flagitium est in inuocatione mortuorum? Monasteria emendanda esse nemo, opinor, negat. Nihilne offendi Deum putatis horribilibus profanationibus coenae Dominicae, quae ad quaestum collata est. Sed nolo omnia persequi. Nota sunt uaticinia, quae praesertim concionantur de praesenti aetate Ecclesiae, in qua futurum praedicunt, ut superstitione et auaritia cumulentur falsi cultus, et monent, accessuras

esse

esse tyrannides et ambitionem. Quum igitur negari non possit, multos non leues morbos haerere in Ecclesia: cur irascuntur potentes iis, qui initio pio studio meliora et quaesiuerunt et pleraque monstrauerunt? Dedit Deus imperia potentibus: sed uult etiam locum esse suo Filio; uult, hunc quoque regnare. Nec possunt pii Doctores otio potentum semper parcere. Sed tamen uiderint, ut uera, recta et necessaria Ecclesiae doceant. In hanc curam incubuisse aliquos ex nostris, Deus testis erit. Et semper ostendimus, nos non defugere uera Ecclesiae iudicia nec unquam defugiemus. Sed iniquum est, ea tantum colligere, quae contra nos dici possunt, et dissimulare alterius partis uitia. Ac propemodum, ut in Apologo, lupus queritur, turbari aquam ab oue bibente ex inferiore fluminis parte, ita aduersarii obliti sua uitia nos tantum accusant; quos sciunt semper expetiuisse pacem atque otium et propter rem publicam et propter priuatas difficultates. Interea quum nulla sit hactenus instituta legitima diiudicatio: multa uera dogmata et Ecclesiae necessaria opprimuntur, stabiliuntur uitiosi cultus, trucidantur sacerdotes, passim fit Ecclesiarum uastitas. Haec etiam agnoscant emendanda esse, nec tantum in nos censuram agant. Nec nos nostra uitia uel errata defendemus, sed in hoc ipso colloquio libenter emendabimus admoniti ueris et rectis iudiciis; sicubi, ut sunt humana, lapsi sumus. Nunquam certe uoluimus ab Ecclesia Christi dissentire: etsi fatemur, nos quaedam iniusta decreta Pontificia non probare. Quumque profiteatur Pontifex ipse, se hostem esse nostrarum Ecclesiarum: non possumus eum facere iudicem nec tribuere eius Legatis auctoritatem gubernandi huius colloquii aut similium synodorum; etsi nos quidem facile patiemur, interesse quoscunque. Atque utinam exaudiri nostra explicatio a bonis uiris ubique gentium posset. Excusaui hactenus Doctores et Ecclesias et doctrinae genus, quod nostra confessio continet. De Principibus et Ciuitatibus est breuis responsio. Quum ideo accusantur, quod hospitium praebent sacerdotibus et piae doctrinae, quid reprehenditur nisi quoddam pium officium, de quo Christus in extremo iudicio concionaturus est: *esuriui et pauistis me.* Quid facerent Magistratus? An trucidarent et tollerent sacerdotes aut pudicas et pias matronas eorum coniuges cum paruis liberis extorres agerent? Cum omnis iniusta asperitas detestanda est, tum maxime ea, quae in sacerdotes, honestas matronas et pueros exercetur. Et nondum ulla facta est legitima diiudicatio. Quare non accusandi sunt nostri Magistratus, quod duriores esse in sacerdotes noluerunt. Haec praecipua laus est politiarum, praebere hospitium piae doctrinae. Haec breuiter respondimus ad diluenda crimina nobis obiecta ac summa reuerentia obtestamur omnes bonos uiros, ut boni consulant hanc nostram purgationem: quam nisi arbitrati essemus necessariam esse, intermittere maluissemus, ac rursus petimus, ut quaerantur uera remedia publicarum discordiarum. Nos quoque pollicemur, non defuturas esse nostras uoluntates piis consiliis concordiae instituendae.

Aa und Bb

Der Notarien und Substituten Eid

Der Notarien Eid

DJe Notarien sollen schwören, daß sie alle und iede Handlung, so in ofner Praesidenz in Sachen dieses Christlichen Gesprechs mündlich oder schriftlich vorgebracht, getreulich aufschreiben, protocolliren und registriren und, was also durch sie aufgeschrieben, protocollirt und registriret wird, nicht davon oder dazu thun, dergleichen solche Handlung niemand offenbaren oder einige Copey oder andern Schein hinaus geben, ausgescheiden die zu diesem Ge-

sprech gehörig, (dergleichen solche Handlung iemand, der zu diesem Gespräch nicht gehöret, nicht offenbaren noch einige Copeyen oder andern Schein hinaus geben), auch ihre Bücher und Protocollen, damit niemand frembdes, der zu diesem Gespräch nicht verordnet, darüber kommen möge, mit Fleis bewahren, sondern, so bald die Substituten die Copeyen gemacht, dieselben samt den Acten wieder zu Handen nehmen und die Copeyen, an die Ort sie gehören, übergeben und die Originalia bewahren. Und so solch Gespräch vollendet, gemeldte Acta und was sich in diesen Sachen verlaufen, eigentlich mit einander collationiren und ieder dem andern seine Acta subscribiren sollen und wollen, damit solche Acta und Handlung durch sie, so es die Nothdurft erheischen und solches die Kaiserliche Maiestet von ihnen erfordern würde und wie ihnen zu thun gebühren würde, erlegt werden mögen; doch daß eines ieden Theil Notarien ein Original denselben Theilen und Sachen zu gut behalten.

Der Substituten Eid

Die Substituten sollen schwören, daß sie alle Handlung dieses Gesprächs, so ihnen von den Notarien befohlen, getreulich ausschreiben, auch, was sie ausschreiben, samt den Acten ihren Notarien überantworten, die Acta und Copeyen, so lang sie dieselben unter ihren Händen haben, getreulich bewahren und in keine fremde Hand kommen noch iemand sehen lassen, sondern, so bald sie solche Acta der Notarien Befehl nach gebraucht, dieselbigen samt den Copeyen den Notarien unverzüglichen wiederum zustellen und sonst niemand übergeben, auch, was sie in diesen Sachen erfahren, bey ihnen in geheim behalten und gar niemand weder schriftlich noch mündlich, ausgescheiden Ihren Obern, eröfnen wollen, alles getreulich und ungefährlich

Der Augspurgischen Confession und ihrer Religions-Verwandten Theils verordnete Notarien zu dem Christlichen Gespräch

Caspar Kreuzinger Doctor
Wolfgang Musculus
Substituten
Joachim Goler, Secretarius zu Costniz
Martinus Webel, Hamburgischer Secretarius

MIt Vorbehalt und Bedingung, so iemand gemeldter Notarien und Substituten von Ihren Herren und Obern abgefordert oder mit Schwachheit und andern Ehehaften also beladen, daß er dieses Handels nicht abwarten könnte, daß an desselben statt ein anderer dazu tauglicher gesezt und verordnet werden möchte. Auch daß die Substituten, die weil sie gleich andern Gesandten mit Befehl anher abgefertigt, in dem, da sie bisweilen Ihren Herren und Obern, so viel noth, Bericht thun müssen, nicht bestrickt noch gefähret würden.

L. V.

Iuramenta Notariorum et Substitutorum

Iusiurandum Notariorum

NOtarii iurent, se uelle omnem actionem, quae in publico consessu de rebus ad Christianum

ſtianum colloquium pertinentibus uerbo aut ſcripto fiat, ſincere fideliterque deſcribere, conſignare et in commentarios referre neque iis, quae deſcripſerunt aut conſignarunt, quidquam aut demere aut addere itemque talem actionem nemini detegere aut copiam deſcripti exemplaris facere, *exceptis*, qui ad colloquium pertinent, (itemque *nulli*, *niſi* qui ad hoc colloquium deſtinatus eſt, talem actionem detegere *nec* ullam copiam deſcripti exemplaris facere) libros etiam commentariosque, ne quis extra colloquium conſtitutus in manus accipiat ſuas, diligentiſſime cuſtodire et, quam primum Subſtituti exemplaria deſcripſerint, ea cum autographis recipere et, quo exemplaria pertinent, transferre et originalia cuſtodire. Et ſi tale colloquium finitum eſt, dicta acta et, quicquid in his rebus contigit, inter ſe conferre alterumque alterius actis ſubſcribere, ceu debent, ut acta haec ab illis, ſi quidem neceſſitas poſtulabit et Caeſarea Maieſtas requiret, pro ea, qua decet, obſequii ratione, proponi et exhiberi queant; *ſic tamen, ut cuiusque partis Notarii unum originale ſuae parti reſeruent.*

Iusiurandum Subſtitutorum

Subſtituti iurent, ſe uelle omnia in hoc colloquio acta, quae ipſis a Notariis deſcribenda dantur, fideliter exſcribere et, quae exſcripſerunt, cum actis ad Notarios deferre, acta et copias, quam diu ſub manibus habent, ſancte cuſtodire neque in alienas tradere manus aut ſubiicere oculis aliorum, ſed, quam primum ex Notariorum uoluntate penſum ex actis datum abſoluerint, ea cum copiis citra moram Notariis reddere neque ulli alii tradere. Etiam, quae reſciuerint ex his rebus, ſecum animo recondere neque ulli, *niſi Superioribus ſuis*, aperire. Ita omnia fideliter et ſincere.

Auguſtanae Confeſſioni et eiusdem religioni addictorum ex parte conſtituti ad Chriſtianum hoc colloquium

Notarii

Caſpar Kreuzingerus Doctor
Guolfgangus Muſculus

Subſtituti

Ioachimus Goler, Secretarius Conſtantienſis
Martinus Webel, Secretarius Hamburgenſis

HAc tamen cum reſeruatione et conditione, ut, ſi qui dictorum Notariorum aut Subſtitutorum a Principibus aut Superioribus auocentur aut imbecillitate corporis aliisque cauſſis ſonticis impediti huic negotio intereſſe non poſſint, eorum loco unus et alter iurciurando adſtringatur et conſtituatur. Neue etiam Subſtituti, quoniam ipſi, ut alii Deputati, cum mandato huc miſſi ſunt, ea de cauſſa, quod interdum Principibus et Superioribus ſuis pro neceſſitate rerum facta tranſcribere debent, in conſcientiam et diſcrimen inducantur.

Cc

Antwort der Proteſtanten, den Eid der Notarien und Subſtituten betreffend

Ehrwürdige, Edle, Wohlgebohrne, Ehrenveſte, Würdige, Hochgelehrte, Gnädige und Günſtige Herren

E. G. und Gunſten voriges Tages beſchehene Anzeige belangend etlich wenig und doch nothdürftige Veränderung und Zuſaz in der übergebnen Notel und Form der Notarien und Subſtituten Eids ſind die Räthe, Geſandten und Bot-

Botschafter der Augspurgischen Confession und derselbigen Religions-Verwandten durch die Verordneten des Ausschusses berichtet worden und wissen darauf E. G. und Gunsten dienstlich und guter Meinung hinwieder nicht zu verhalten. Erstlich so viel belangend die Veränderung folgender Worte (ausgeschlossen derienigen, so zu diesem Gesprech gehörig) das solches allein von wegen klärers und lauteres Verstandes desselben Punctes bedacht worden, nemlich daß niemand durch die Notarien diesen Handel zu offenbaren auch Copeyen der Handlung zu zustellen auserhalb derienigen, so zum Gesprech gehörig, verstanden wurde. Darum auch dieselbigen Limitations-Worte hernach zu sezen für deutlicher und klärer geachtet worden. Damit es aber E. G. und Gunsten nicht dafür halten möchten, als wollte man in unnöthigen Sachen Verzug suchen; wie dann solches dieses Theils Will und Meinung nicht ist, sondern daß sie vielmehr um Förderung der Haupt-Sachen des Christlichen vorstehenden Gespreches zum höchsten geneigt. So ist man auch zu frieden, daß solche Worte dergestalt verbleiben, wie sie von E. G. und Gunsten erstlich gesezt. Doch das gleichwol denselben kein anderer Verstand gegeben, denn wie oben gemeldt, und also, daß denienigen, so zum Gespreche verordnet, der vorstehenden Handlung von den Notarien nothdürftiger Bericht beschehen und Copeien derselbigen auf ihr Begehren zugestellet werden mögen. Zum andern belangend den Anhang, so im Beschlus gemeldeten Eides von diesem Theil bedacht, daß eines ieden Theils Notarien ein Original demselben Theil und Sachen zu gut behalten möchten rc. haben die Räthe, Botschafter und Gesandten obgemelt vernommen, daß von E. G. und Gunsten, auch dem Kais. Oratorn die Dinge dahin bewogen, daß der Kaiserlichen Maiestet alle solche Acta und Handlung zu zustellen und Ihrer Maiestet Relation daraus vorzuwenden sich gebühren wolle. Darum solch Anhang, wie von diesem Theil für gut angesehen, nicht statt haben könnte. Denn ein ieder Theil, wann ihme die Originalia vonnöthen, solches bey der Kais. Maiestet zu suchen und daselbst zu erlangen würde. Darauf geben die Räthe und Gesandten folgenden Bericht und Antwort, daß die beeden Notarien diesem Theil zustehend und ihre Notarien oder Exceptores seyn sollen, wie solches ihnen zu Hagenau und durch der Kais. Maiestet gnädigst zuschreiben nachgelassen und bewilligt. Daß nun zu Bericht des Handels, so auf künftigen Reichs-Tag der Kaiserlichen Maiestet und allen Ständen des Reichs solchen Christlichen Gesprechs und Handlung halben beschehen sollt, der Kais. Maiestet ein oder zwey Originalia unterthenigst zugestellt, solches bedencken die Räthe und Botschafter obgemelt gut und billig seyn. Denn sie ie nichts liebers wollten, denn daß die Kaiserliche Maiestet dieses groswichtigen Handels der Religion gründliche und eigentliche Bericht haben möchten, der unterthenigsten und ungezweifelten Hofnung, Ihre Kaiserl. Maiestet werden die Dinge viel anderst befinden, dann sie vielleicht von etlichen widerwertigen dieser Christlichen Religion berichtet werden. Darum sie auch vielmals um Verhör dieser Christlichen Sachen angeregt und gebeten, und noch nichts liebers sehen, denn daß dieses Christliche Gespreche Inhalts der Kaiserl. Maiestet gnädigsten Bewilligung und Zuschreiben zum allerförderlichsten vorgenommen werde. Aber daß derhalben alle Originalia dieser Handlung hin-

hinzugeben und nicht einem ieden Theil zum wenigsten eins zu seiner Nothdurft bey ihren verordneten Notarien zu behalten, solches wollte ihres Bedenckens fast beschwehrlich angesehen werden. Denn dieweil der Notarien vier gesezet werden sollen: so könnte die Kaiserliche Maiestet aus zweyen Originalien des ganzen Handels genugsamen Bericht erlangen; neben dem, daß man so viele glaubwürdige Abschriften, als man haben wollt, auch machen lassen, und, da es nöthig, mehr Notarien niedersezen könnte, auf daß iedem Theil aufs wenigst ein Original bliebe, dasselbe in vorfallender Noth zu gebrauchen. Und dieweil solches auch in geringen Sachen üblich und gebräuchlich ist: so werden E. G. und Gunsten die Räthe, Gesandten und Botschafter obgemeldt nicht verdencken, daß sie Ihrer gnädigst und gnädigen Herren und Obern Nothdurft halben diesen Anhang gemacht; wie sie denn auch nochmals vor nöthig achten. Denn es möchten die Sachen also vorfallen, daß es dieses Theils höchste Nothdurft wäre solche Originalia bey der Hand zu haben und zu gebrauchen. So hat man sich zu erinnern, was sich auch hie zuvor der Handlung halben zu Augspurg zugetragen: da etliche Privat-Verzeichnis pro autenticis haben wollen gehalten werden, welches doch viel anders im Grund gewesen. Darum weis man sich dies Theils der Originalien solcher vorstehenden Handlung und Gespreches nicht zu verzeihen. Dann da durch GOttes Gnaden allhie die Sachen zu gütlicher Christlicher Vergleichung kommen, hätt es seine Maas. Wo aber nicht und die Dinge in einem oder mehr Artickel anhängig bleiben, wollen iedem Theil die Originalia zu behalten vonnöthen seyn, auf daß man sich daraus zu ieder Zeit der Nothdurft zu ersehen und zu erhohlen, auch daß sie zu ewigem Gedächtnis verwahrlich bey einem ieden Theil möchten behalten werden. So ist auch E. G. und Gunsten sonder Zweifels unverborgen, daß von diesem Theil zu Hagenau um Niedersezung und Verordnung der Notarien angesucht und gebetten, welches von wegen oberzehlter und anderer Ursachen dazumal bedacht, und durch denselbigen Abschied auch folgends der Kais. Maiestet gnädigste Bewilligung und Ausschreiben ihnen verstattet und zugelassen worden ist. Und dieweil die zween Notarien diesem Theil zugehörig von ihrentwegen niedergesezt und verordnet; und dann unsern gnädigsten, gnädigen Herren und Obern an diesem Handel treflich und viel gelegen; auch diese Sachen der streitigen Religion ihr Ehr und Glimpf, Leib, Gut, der Seelen Heil und Seeligkeit belangen thut: so bitten die Räthe und Gesandten nochmals E. G. und Gunsten wollen es bey solchem ihren nothwendigen Zusaz bleiben lassen und sie mit dieser Beschwehrung, daß ihnen die Originalia benommen werden sollen, günstiglich verschonen. Zu dritten der Substituten Eid betreffend vermercken die Räthe und Gesandten obgemeldt, daß E. G. und Gunsten des Anhanges halben, daß die beeden Secretarien zu Costniz und Hamburg als verordnete Substituten Ihre Herren und Obern der Dinge berichten möchten, Bedencken haben, mit Anzeige, daß ihnen solches als Substituten, auch angesehen, daß dieselbigen nicht unter den Ständen, die zum Gespreche verordnet wären, nicht gebühren wollte. Dieweil nun die Kais. Maiestet unsere gnädigst und gnädige Herren den Chur-Fürsten zu Sachsen ꝛc und Landgrafen zu Hessen ꝛc samt Ihren Religions-Verwandten in diesen Christlichen gütlichen Gesprechs-

Tag beschrieben und dann Costniz und Hamburg von Ihnen Chur-und Fürsten G. neben etlichen andern als ein Ausschus anher erfordert und verordnet, welche ihre Secretarien darauf abgefertigt, die vor Substituten von den Räthen und Gesandten angegeben: so wollte es verweislich seyn nicht allein ihnen den Secretarien sondern auch den Räthen und Gesandten, da dies der Verstand seyn sollte, sich dahin zu begeben und zu bewilligen, daß denselben Bericht dieses Handels, so viel nöthig, zu bergen und zu verhalten seyn sollt. Dieweil auch diese Stände alle als für einen Mann in der Religion Sachen stehen; auch von der Kais. Maiestet, wie berühret, anher beschrieben und erfordert; so sind auch obgemeldte beede Secretarien solchen Städten mit sonderlichen Pflichten verwandt: darum sie auch im besten als Substituten zum Gespräch von den Räthen und Gesandten verordnet. Derhalben wird nochmals gebetten, E. G. und Gunsten wollten es bey solchem Anhang, so deshalben in dem Eid gesezt, bleiben lassen. Da es aber gemeldter beeden Secretarien halben ie sollten Bedencken haben, als man doch nicht erachten kan: so müssen die Räthe und Gesandten dieses Theils es dahin sezen und andere Substituten verordnen, auf daß sich die gemeldten beeden Secretarien, wenn sie als Substituten gebraucht, nicht desienigen verzeihen und verstricken thäten, das ihnen sonsten frey stünde und unbenommen wäre. Dann dieweil sie von ihren Herren und Obern anher abgefertigt, ob sie wol nicht mit unter den Ständen und Personen, so zum Gespräch benennt, begriffen: so wöllen doch die Räthe und Gesandten, so zum Gespräch verordnet, nachdem diese Sache die Christliche Religion und alle derselbigen verwandte Stände anlangt, die auch alle Stände wie oftgemeldt von der Kaiserl. Maiestet anher geschrieben ihnen vorbehalten haben, denselbigen auch andern Mitgesandten der Sachen Bericht zu thun, mit gebührlicher Erinnerung dieselbigen sonsten nicht zu publiciren, wie man sich des hievor gegen E. G. und Gunsten auch vernehmen lassen. Dann ihre Meinung auch nicht ist diesen Handel noch zur Zeit öffentlich auszubreiten, sondern allein denen, so die Sachen mit belangen, nothdürftigen Bericht nicht zu benehmen; welches sie auch mit keinem Fug als in einer Sachen, die sie sämtlich mit betrift, thun könnten. Denn obwol etliche Chur-Fürsten, Fürsten und Stände ihre Räthe und Gesandten allhie zur Stette haben: so sind doch dieselben gleichwie ein Ausschus von ihren und allen andern Mitverwandten wegen zum Theil in der Protestation begriffen zum Theil nicht begriffen und doch der Christlichen Confession und Religion verwandt sind, verordnet; denen sie auch zum Nachtheil nichts zu begeben oder zu verhalten wissen. So möcht es sich auch wol zutragen, daß dieienigen, so zum Gespräch verordnet, mit Rath und Bedencken der andern Mitgesandten handeln müsten. Bitten derhalben nochmals, E. G. und Gunsten wöllen sich in beeden Puncten, nemlich der Originalien halben und daß den andern Religions-Verwandten der Sachen Bericht nicht versperrt noch begeben, günstiglich und freundlich bedencken und derwegen die Ding aus erzehlten andern Ursachen ihrer Bitte nach zur Billigkeit richten und fördern, in Betrachtung, daß gemelte Räthe und Gesandten dieses Theils (ohne Ruhm zu reden) mit dem ersten allhie ankommen, nun mehr bis in sechs Wochen allhie gewesen und über ihr vielfältig Bitten, Erinnern und Anregen zum Anfang des

des vorstehenden Christlichen Gesprechs noch nicht kommen mögen, ungeachtet daß sie hiezuvor viel Ungleichheit, der sie sich billig zu beschweren, eingeräumt und geduldet, damit ie zu vermercken, daß an Ihren gnädigsten, gnädigen Herren und Obern, auch ihnen den Räthen, Botschaftern und Gesandten dieses Theils kein Mangel, auch nochmals an allem dem, das ihnen zu thun geziemet, nicht gern ichtes wollten erwinden lassen. Und hätten solches E. G. und Gunsten hinwieder dienstlicher und guter Meinung auf die geschehene Anzeige nicht verhalten wollen.

V. L.

Responsio Protestantium de Notariorum et Substitutorum iureiurando

Reuerendi, generosi, nobiles, magnifici, spectabiles Viri, Domini gratiosi et benigni &c

VEstram hesterno die factam in ea, quae pro necessitate in formula iuris iurandi a Notariis Substitutisque praestandi mutanda et addenda duximus, promulgationem Consiliarii, Legati ac Deputati Augustanae Confessioni eiusdemque religioni addicti per delectos communicatam acceperunt uicissimque Vobis, Viri gratiosi ac Fautores, prolixo sinceroque animo rescribere sequentia non noluerunt. Primum, quod ad mutationem succedentium uerborum attinet (*exclusis*, qui ad colloquium hoc requiruntur) censuimus quidem, ad clariorem et distinctiorem sensum uerba sic ponenda esse, scilicet *nemini* a Notariis huius res colloquii manifestandas aut copias rerum descriptarum exhibendas esse, *nisi*, qui ad hoc colloquium pertinent. Atque adeo putauimus, uerborum sensum explicatiorem fieri: si haec limitationis uerba postponantur. Sed ne credatis, nos in scripo nodum quaerere, id enim nunquam nobis in mentem uenit; multo autem magis ad promouendam rerum in hoc Christiano colloquio primariarum rationem paratos maxime et promtos esse: non repugnamus ultra, si Vobis firma stat sententia in uerbis, quae hic allegamus, retinendis. Attamen cauemus, ne iisdem uerbis alius sensus, quam supra dictus affingatur simulque uolumus, ut, qui ad colloquium instantis actus ordinati sunt, iis per Notarios momenta summa referantur eorumque descripta exemplaria, si pro necessitate postulant, exhibeantur. Secundum de appendice uerborum in fine iuris iurandi additorum, ut scilicet cuiusque partis Notarii unum originale suae parti reseruent &c Consiliarii, Legati ac Deputati, ceu supra, perceperunt, eo rem a Vobis, Viri gratiosi et Fautores, et Caesareo Oratore deductam esse, ut Caesareae Maiestati omnia illa acta exhibeantur illincque relatio deducta Imperatori Augustissimo fiat, ceu decet, atque ita talem appendicem, quae non aliena nobis uidebatur, locum habere nequaquam posse; quum utrique parti liceat, si uelit ac debeat, originalia a Caesarea Maiestate repetere et recipere. Sed huic sententiae Consiliarii et Legati nostri talem in modum respondent, duos illos Notarios huic parti permissos suos esse debere Notarios aut Exceptores: uti iam in Recessu Hagenouiensi et per litteras Caesareas indulgentissime datas concessum ac permissum fuit. Quod ad relationem acti olim colloquii attinet, quae in futuris comitiis Caesareae Maiestati omnibusque imperii Ordinibus de Christiano illo colloquio et actu fieri debet, aequum et iustum esse censent dicti Consiliarii et Deputati, ut Caesareae Maiestati unum alterumque Originale pro ea, qua par est, submissione offeratur: si quidem nihil unquam magis in uotis habuerunt, quam ut Caesarea Maiestas huius grauissimi ad religionem pertinentis actus relationem sincerissimam et uerissimam accipiat, spe freti certissima et firmissima, fore, ut Caesarea Maiestas longe aliter deprehendat res, quam a quibusdam huius religionis aduersariis delatae sunt. Vnde etiam semel iterumque

rerum istarum Christianarum audientiam quaesiuerunt et expetierunt sibi. Quid? quod et in praesenti nihil magis optant, quam ut Christianum hoc colloqium ex mandato et uoluntate Caesareae Maiestatis promtissime inchoetur. Sed tamen quod omnia rerum tractatarum originalia extradantur neque singulis partibus unum saltim ad casus necessitatis inter manus constitutorum Notariorum reseruetur, hoc sane, quantum colligere licet, durum et molestum uidetur. Dum enim Notariorum quatuor admittuntur; ex duobus utique Originalibus et toto actu satis superque ad Caesaream Maiestatem referri potest; quum praeterea tot fide dignae exarari possint copiae, quot uelint, et, si necessitas postulat, plures assumi queant Notarii, ut singulis certe partibus unum Originale restet, quo in casu necessitatis uti liceat. Quum talis etiam mos et consuetudo in rebus leuioribus minoribusque inualuerit: non in malam partem accipietis, Viri gratiosi ac Fautores; si supra dicti Consiliarii, Legati ac Deputati pro suorum Principum et Magistratuum necessitate limitationem hanc adiecerint, uti ad huc conditionem istam necessariam ducunt. Ita enim facile res euenire possent, ut casus esset summae necessitatis, in quo haec rerum actarum Originalia ad manus haberi et in usum uocari deberent. Neque non recenti memoria uersari potest, quid iam ante rerum Augustae Vindeliciae gestarum caussa obtigerit: quum priuati quorundam commentarii pro autenticis haberi uoluerunt; quod tamen longe aliter in ipso fundamento erat. Quapropter non est caussae, cur ex hac parte colloquii et actus instantis Originalia extradi uelimus. Equidem si per Dei gratiam ad concordiam consensionemque Christianam res uenirent; statueret exitus finem modumque: at si res succederent minus et in uno alteroque articulo dubiae remanerent; necesse esset, ut singulae partes Originalia retinerent. Ita enim consilium ex his in casu necessitatis semper quaeri et peti potest taliaque etiam rerum gestarum monimenta in aeternam memoriam a singulis partibus conseruari queunt. Vobis etiam, Viri gratiosi et Fautores, sine dubio non incognitum est, ex hac parte rogatum et postulatum esse, ut in consessu Hagenouiensi Notarii constituantur; id quod ex iam dictis et aliis caussis tunc decretum et per eundem Recessum atque porro Caesareae Maiestatis indulgentissimam uoluntatem et litteras permissum et concessum fuit. Quum itaque duo Notarii ad nostram partem pertinentes nostrâ caussa constituti sint nostrorumque Principum ac Magistratuum satis multum referat de hac re et actione controuersaeque religionis momenta famae, uitae, bonorum et salutis discrimen inuoluant: enixe precantur Consiliarii et Legati, ut in ista limitatione necessaria acquiescatur ipsorumque Originalium copia et facultas haud grauatim permittatur. Tertium de iure iurando Substitutorum uident Consiliarii et Legati supra dicti, Vos de illa uerborum appendice, quibus nempe liceat duobus Scribis, qui a secretis sunt, Constantiensi et Hamburgensi tanquam legitimis Substitutis res caussasque ad Dominos Superioresque suos transcribere, contrarium sentire; quum illis non permissum sit tanquam substitutis quumque etiam ciuitates illae non inter Ordines ad colloquium pertinentes deprehendantur. Quum igitur Caesarea Maiestas nostros Principes clementissimos indulgentissimosque Electorem Saxoniae &c et Landgrauium Hassiae &c cum eiusdem religionis Coniunctis ad hoc Colloquium Christianum inuitauerit atque inde Ciuitates Constantiensis et Hamburgensis praeter alias ab Electoribus Principibusque electus nomine accitae et constitutae fuerint, quae suos ablegarunt Secretarios, iam a Consiliariis et Legatis Substitutos denominatos: non Secretariis tantum sed et Consiliariis Legatisque uitio uertetur, quod, si hic uerborum sensus esse deberet, in colloquium uenissent et approbassent, ut ipsis notitia rerum ibi gestarum, quantum fas est, detraheretur et auferretur. Quum porro illi Ordines omnes in caussa religionis ad unum conueniant et pro uno capite haberi uelint

lint ac possint ; huc etiam a Caesarea Maiestate, ceu supra dictum est, uocati et postulati sint; quid? quod duo illi Secretarii a Ciuitatibus suis iure iurando singulari obstricti teneantur atque ita uel maxime pro Substitutis ad colloquium a Consiliariis Legatisque constituti sint: rogamus iterum et flagitamus, ut hanc appendicem iuris iurandi pro uestra aequanimitate, Viri gratiosi ac Fautores, permittatis et admittatis. Si tamen, quod non uidere possumus, de duobus istis Secretariis dubium Vobis esse uideatur: eo rem dirigere uolunt Consiliarii Legatique nostrae partis, ut alii decernantur Substituti, ne supra dicti Secretarii, si pro Substitutis adhibeantur, eo iure decedere cogantur, quod ipsis alias liberum integrumque fuisset. Quum enim a Dominis Superioribusque suis huc missi sint, quanquam non in eorum Ordinum et uirorum, qui ad colloquium denominati sunt, numero contineantur: tamen Consiliarii Legatique ad Colloquium destinati, postquam haec res ad Christianam religionem omnesque eidem addictos Ordines pertinet, quam sibi singuli et uniuersi isti Ordines, qui huc a Caesarea Maiestate uocati et inuitati sunt, reseruarunt, ad caeteros Collegas rerum hic gestarum memoriam deferre non intermittent, monentes tamen, ceu par est, ne huius actionis monimenta publicentur, uti iam ante Vobis, Viri gratiosi et Fautores, promisimus. Neque enim nostra mens est actionem istam in praesenti promulgare sed iis tantum, quorum interest, necessaria referre; quod etiam nullo iure nisi in rebus, quae ad communem caussam pertinent, facere possemus. Quamuis enim non nulli Electorum Principumque et Ordinum suos in hoc loco Consiliarios Legatosque habeant: tamen illi delectus nomine omnium eiusdem religionis Coniunctorum caussa, qui partim in Protestatione continentur partim non continentur et tamen Christianae Confessioni et Religioni addicti sunt, constituebantur; quibus igitur nihil in detrimentum aut derogare aut celare possumus. Fieri etiam posset, ut, qui ad Colloquium destinati sunt, caeteros Legatos in Consilium commune uocare deberent. Petimus igitur secunda uice, ut de duobus punctis, puncto nimirum Originalium non tradendorum et puncto relationis in caussa colloquii libere aliis eidem religioni addictis faciendae pro uestra, Viri gratiosi et Fautores, humanitate et facilitate consulatis talesque res ex dictis iam et aliis caussis pro petitione nostra ad aequitatem dirigatis ac promoueatis, perpendentes, si placet, Consiliarios Legatosque nostrae partis (absit iactantia uerbis) mature aduenisse, ultra sex hebdomadas permansisse et omni licet adhibita contentione, hortatione, precatione et postulatione ad principium tamen colloquii Christiani nondum accedere potuisse; quanquam ante multam iniquitatem, de qua conquerendum fuisset, aequo animo ferrent et sustinerent, ut inde colligatur et intelligatur, neque Dominos suos clementissimos indulgentissimosque Superiores neque Consiliarios, Legatos ac Deputatos huius partis ulla in re defuisse aut in posterum etiam in omni negotio, quod sibi conuenire uidetur, ulla ex ratione defuturos esse. Hoc est, quod Vobis, Viri gratiosi et Fautores, Consiliarii nostri ad factam hanc promulgationem debita honoris et officii praefatione rescribere et indicare uoluerunt.

Dd

Colloquium cum Domino Granuela super Iuramentis Notariorum Substitutorumque habitum

Die Lunae XIII Decembris obtulimus D. Granuello scriptum Latinum, quare peteremus, ut ex quatuor Originalibus conscriptis a quatuor Notariis apud unam quamque partem unum remaneret et duo Caesari praesentarentur. Deinde ut Constantiensi et Hamburgensi Secretariis integrum esset, ea, quae hic agerentur, dominis suis renunciare, a quibus missi essent, tum, quum illis necessarium uideretur. Respondit ad primum, quia illa collo-

cutio hic non esset obligatoria, ideo non esse opus, ut partes haberent acta. Deinde quia periculum esset, ne per nos ederentur et sequerentur multa scandala: nam praeterita exempla terrere alteram partem; ubi multa essent in lucem edita, quae satius fuisset mansisse sepulta. Multos etiam editos libros: qui si non essent editi, res meliore loco starent nec cogeremur hic esse. Ideo satius esse, ut illa exemplaria essent penes Caesaream Maiestatem. Si quid boni hic concluderetur: Caesarem bene posse illa publica facere; sin minus, posse illa non publicari. Tandem proposuit hoc medium, ut Principes nostri ad Caesareae Maiestatis decisionem referrent, an essent communicanda uel non. Saepe obiecit, quum persisteremus, non licere nobis id concedere insciis Principibus; uos uultis ergo impedire actionem: hic ob caussas minime necessarias subinde repetens; ubicunque praedicatum fuerit hoc Euangelium, de nobis in uniuerso mundo dicetur, uos fuisse in culpa, quod non processerit colloquium. Quum regereremus: dicebat; non potest esse alia caussa, quam quod cogitatis publicare. Quum negaremus, sed ideo fieri, ut possemus respondere iis, qui per calumniam, sicut fit, illa aliter acta esse dicerent. Respondit: permittatur hoc Caesari, ut in illius uoluntate situm sit habere acta uel non. Quum diceret, rem ad Praesidentes relaturum: subiecit: quae hactenus egissent illi, bene eos egisse neque posse se hoc, quod illi praescribunt, reiicere; se esse eiusdem sententiae cum illis. Rogabat saepe, ne intricaremus negotium et daremus sic occasionem parti alteri etiam quaedam petendi; audituros esse, quae nollemus, ut quae displicitura essent. Vix obtinuisse se apud illos, ut quaedam, quae petebant, remitterent, nempe excludendos eos ab hoc colloquio, qui non fuissent in protestatione tempore Comitiorum Augustensium, quum erigeretur postea pax Nurnberg. Nam quum illi hoc maxime urgerent: se tanquam non audiret nec intelligeret, omnia neglexisse; illos interim dicere et clamare, quam se perdat. Item de bonis ecclesiasticis restituendis se quotidie sollicitari, ut hoc primum tentaret, se hoc dissimulare. De Constantiensi et Hamburgensi uidebatur hoc aperte innuere, ut nemo, qui in colloquio non esset, de eodem informaretur; nam omnes deputatos ad hoc colloquium iam non esse ministros suorum dominorum sed personas publicas. Item ut Notarii nullas copias darent etiam iis, qui in colloquio essent, nisi prius decreto Praesidentium et suo hoc Notariis permitteretur. Et hi, qui essent personae colloquii, nullis aliis etiam coniunctis in religione illa patefacerent quam suis dominis neque collegas suos de hoc informarent. Nam si hoc futurum esset: perinde fore, ac si essent etiam in colloquio, quum tamen exclusi sint. Quum diceremus, ea de caussa Principes nostros, ut haberent autenticum exemplar actorum, petiisse adiunctionem Notariorum a partibus. Respondit, Regem Hagenoiae et Caesarem, quum ratificaret acta Hagenoiae, non aliter intellexisse, adiungendos a partibus Notarios, quam ut Caesari fideliter fieret relatio, atque illam esse Caesaris et Regis mentem.

Ee

Antwort der Praesidenten den Eid der Notarien und Substituten betreffend

Antwort von wegen des Kais. Commissarien und Orators der Protestirenden Ausschusse auf derselben mündlich und schriftliche Anzeige gegeben

Zum ersten. So viel die Eids-Form der Notarien belangend, liesen es der Kais. Commissarius und Orator auch die Herren Praesidenten nochmals bey derselben, wie dieselbe anfänglich begriffen und derselben Copey beeden Theilen

Theilen zugestellt wäre und bey dem Verstand, den die Worte derselben Form mit brächten, bleiben. Zum andern die Originalia betreffend, wäre des Kais. Commissarii und der Herren Praesidenten Bedenken nochmals, daß die Notarien von beeden Theilen darum alle Handlung eigentlich aufschreiben, protocolliren und registriren, auch ihre Protocolla und Bücher gegen einander collationiren und subscribiren sollen rc. daß der K. M. auf künftigen Reichs-Tag gewiese, richtige und beständige Relation geschehen, auch Ihrer K. M. auf Erforderung solche Originalia zugestellt werden mögen, wie denn die Form der Notarien Eid mitbrächte. In solchen wissen die Herren Praesidenten der K. M. kein Maas vorzuschreiben noch zu geben. Aber nichts destoweniger werden den Ständen zu diesem Gespräch verordnet mittler Zeit aller und ieder Handlung Copey mitgetheilet und denn die Originalia bis auf der Kais. Maiestet Erforderung bey den Notarien verwahret bleiben. Es wäre auch ihnen und dem andern Theil unbenommen bey der Kais. Maiestet solcher Originalien halber Ansuchung zu thun und zweifelten die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet gar nicht, Ihre Kais. Maiestet werde sich auf solch Ansuchen gnädigst und aller Gebühr erzeigen. Zum dritten ist der Substituten halben des Kais. Commissarii und der Herren Praesidenten Bedenken nochmals: dieweil der Hagenauisch Abschied in Verordnung der Stand-Personen und Anzahl derselben eine gewiese Maas gibt und denn auf dem andern Theil eilf Stänð ernennt und es mit der Ernennung der Anzahl der Stände und Personen denn gleichermassen gehalten werden soll; so lassen es der Kais. Commissarius und die Praesidenten bey solchem Abschied und ihrem vorigen Bedenken der Eids-Form der Substituten auch bleiben.

V. L.

Responsio Praesidentium de Notariorum et Substitutorum iure iurando
Responsio data a Caesareo Oratore et Legato Selectis Protestantium Legatis ad eorum postulata coram et scripto exposita

PRimum, quantum ad iurisiurandi a Notariis praestandi formulam attinet, perseuerant Orator et Legatus Caesareus itemque Praesidentes in eius formulae tenore, qui ab initio statim probatus et utrique parti descriptus communicabatur, simulque in eo sensu, quem uerba huius formulae prae se ferunt. Secundum, de Originalibus ita sentiunt Caesareus Orator ac Praesidentes, ceu iam ante sentiebant, fieri nimirum debere, ut Notarii ex utraque parte omnem actionem curate perscribant, in commentarios indicesque referant itemque commentarios suos inter se conferant et subscriptione confirment eum in finem, ut inde Caesareae Maiestati in comitiis futuris certa, constans et explorata relatio fiat, ut etiam Caesareae Maiestati, si iubeat, ista originalia exhibeantur, ceu formula iurisiurandi a Notariis praestandi declarat. Hac in re Caesareae Maiestati Praesidentes modum praescribere ac determinare nesciunt. Verum enim uero nihilominus Ordinbus ad hoc colloquium delegatis omnium interea et singularum actionum copiae communicari et Originalia usque ad Caesareae Maiestatis requisitionem inter manus Notariorum conseruari debent. Ipsis etiam et alteri parti licitum est a Caesarea Maiestate petere, ut talia Originalia exhibeantur. Neque sane dubitant Consiliarii praesidentes, quin Caesarea Maiestas sese huic desiderio procliuem facilemque praebeat. Tertium, de Substitutis iterum iterumque censent Orator Caesareus et Praesidentes ita: quoniam Recessus Haganoicus in constituendo personarum numero et ordine certum praescribit modum et ex altera parte undecim suffragia denominata sunt itemque in constituendo ordinum et personarum numero aequalitas

haberi

haberi debet; ab isto Recessu et a priori mente sua de substitutorum astringendorum formula recedere nec possunt nec uolunt.

Ff

Protestanten begehrte Läuterung nechstgegebner der Praesidenten Antwort

Gnädige und günstige Herren

Als E. G. und Gunsten vorigen Tags durch die Mainzische und Strasburgische Verordnete dem Ausschusse der Räthe, Gesandten und Botschafter der Augspurgischen Confession Verwandten ihre und des Kaiserlichen Commissarien schliesliche Meinung auf die Puncten, so in der Notarien und Substituten Eid dieser Tag her erregt und angezogen, vermelden lassen: solches seind die Räthe und Gesandten samt Inhalt der schriftlichen Verzeichnis, so ihnen E. G. und Gunsten auch zustellen lassen, berichtet worden. So viel die Originalia belangen, hätten die Räthe und Gesandten verhoft, daß zum wenigsten derselben eins bey ihren Herren und Obern oder ihren Notarien ohne einig Bedenken hätte bleiben mögen und sich des gegen E. G. und Gunsten keines Abschlags versehen. Denn obwol dieser Handel und Gespreche unverbindlich und derhalben gesagt will werden, daß unsern gnädigsten, gnädigen Herren und Obern die Originalia nicht vonnöthen: so folgt doch solches der Räthe und Gesandten Ermessens daraus nicht; dieweil dieser Tractat und Gespreche eine Vorbereitung des künftigen Reichs-Tags seyn, darauf Kaiserl. Maiestet, Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs Relation zu beschehen und für die Sachen der streitigen Religion durch den Weg eines Christlichen Concilii oder sonsten Christentlicher Vergleichung zu gebührlicher Erörterung zu bringen. Derhalben unserer gnädigsten, gnädigen Herren und Obern Nothdurft erfordern will des, was allhier gehandelt, eigentlichen Bericht zu haben, welcher aber nicht gewieser und richtiger, denn durch die Originalia beschehen mag, der Ihnen billig in diesen groswichtigsten Sachen, als ob sie Ihnen unnöthig, nicht zu wegern noch vorzuhalten. Dergleichen ob wol die Kais. Maiestet dies Gespreche gnädigst bewilligt und zugelassen und Ihre Kais. Maiestet mit betreffen thut: so belangt es doch auch nicht weniger unsre gnädigste, gnädige Herren und Obern: denen an diesem Handel, wie E. G. und Gunsten leichtlich zu ermessen und vormals auch angezeigt, treflich und viel gelegen. So ist auch der Räthe und Gesandten Erachtens der Verstand des Haganaischen Abschieds gewesen, daß die Notarien nicht allein darum, damit der Kais. Maiestet und den Reichs-Ständen desto gewieser Bericht geschehen möge, in gleicher Anzahl verordnet, sondern auch auf daß man sich zu ieder Zeit der Nothdurft aus den Acten zu erhohlen, und also die Originalia bey Handen bleiben möchten. Dann die Räthe, Gesandten und Botschafter dies Theils, so auf dem Tag zu Hagenau gewesen, haben um Niedersetzung der Notarien folgender Gestalt angesucht und gebetten. Nehmlich daß von beedem Theil zu solchem Christlichen Gesprechе Schreiber und Notarien in gleicher Anzahl verordnet und die Handlung zum fleisigsten registrirt und in Acta redigirt werden sollten, damit sich derhalben zu ieder Zeit zu ersehen und erhohlen. Auf welche Meinung und Bitten dies

dies Theils in dem erfolgten Abschied mit diesen Worten die Notarien zu gelassen. Nehmlich, und auf der Protestirenden Begehren das Wort Apologia zu den Worten der Augspurgischen Confession zu sezen, dergleichen die Schreiber und Notarien, dieweil solches der Sachen Nothdurft erfordert, in gleicher Anzahl hiemit zugelassen seyn. Daraus klärlichen erscheint, daß keine Meinung, denn wie gemelt, die Schreiber und Notarien zu dem vorstehenden Christlichen Gesprech gebetten und zugelassen. Derwegen man sich unzweifentlich versehen, es sollte dieses Artickels halben ganz kein Bedenken oder Weigerung vorgefallen; wie wir dann noch des Verhoffens seyn, es soll von E. G. und Gunsten solches nicht abgeschlagen werden. Auch hiemit dieselbigen deshalben nochmals dienstlich und freundlich gebetten und ersucht haben wollen, angesehen, daß solches allen Rechten und Billigkeit gemäs. Im Fall aber daß solches ie nicht bey E. G. und Gunsten wollt zu erhalten seyn, als doch nicht zu verhoffen: damit E. G. und Gunsten und männiglich spühren und vermerken möge, daß der Räthe und Gesandten halben an allem dem, das Ihnen zu thun nüzlich und verantwortentlich kein Mangel erscheine, dies Christliche Gesprech zum förderlichsten vorzunehmen, und Sie aus E. G. und Gunsten geschehener schriftlichen und mündlichen Anzeige verstanden, daß Ihnen aller und ieder Handlung Copeien von den Notarien mitgetheilet werden sollen, so müssen Sie es auch geschehen lassen, dergestalt, daß Kais. Maiestet die Originalia zu fordern zu Bericht der Sachen, Ihrer Maiest. und den Churfürsten, Fürsten und Stände auf künftigen Reichs-Tag, desgleichen unsern gnädigsten Herren und Obern nöthig in dem auch unbenommen, und daß E. G. und Gunsten solche Puncten (den Verordneten zum Gesprech aller und ieder Handlung sämtlich und sonderlich glaubwürdige Copeyen auf Ihr Begehren zu zustellen) in der Notarien Eid auch sezen lassen, damit künftig deshalben kein Misverstand entstehen und die Notarien sämtlich oder sonderlich, welche unter ihnen erfordert, verpflicht seind, den Verordneten zum Gesprech die Copien, wie gemelt, zu kommen zu lassen. Was die beeden Secretarien zu Costniz und Hamburg als angegebene Substituten belangend, damit dieselben nicht ferner, denn es sich ihrer Pflicht halben gegen ihre Herren und Obern gebühren will, verstrickt, thun die Räthe und Gesandten zween andere, nemlich Crasten Rauh und Johann Spizenberger benennen und angeben mit Vorbehalt, wie in nächstgegebener Antwort vernommen, daß sie die Verordneten zum Gesprech, Räthe, Gesandten und Botschafter Ihren Herren, Obern, Mitgesandten und Botschaftern, auch verwandten Ständen nothdürftigen Bericht vorzuwenden mit nichten zu begeben wissen, und seind erbietig die benannten beede Notarien samt den Substituten unverzögentlich vorzustellen, damit der Eid von ihnen vorgenommen und die Handlung des Christlichen Gesprechs begiren gewesen und nach angeregt ohne längern Verzug in dem Nahmen des Allmächtigen fortgängig seyn möge. Und bitten E. G. und Gunsten sie in dem allen als die Diener und Befehlshaber nicht zu verdenken und sie wider ihren habenden Befehl nicht beschwehren

V. L.

Proteſtantium poſtulata in explicanda reſponſione Praeſidentium, quae proxime facta fuit

Domini gratioſi ac benigni

QVam ſuperiori die per Delegatos Moguntinos et Argentoratenſes Selectis Conſiliariis Nunciisque Principum et Magiſtratuum Auguſtanae Confeſſioni addictorum ueſtro et Oratoris Caeſarei nomine ſententiam ſtatutam ac decretam in iis punctis, quae de Notariorum et Subſtitutorum iure iurando huc usque tr ctata ſunt, indicaſtis, eam Conſiliarii et Legati cum ſcripto, quod adieciſtis, relatam acceperunt. Quantum ad Originalia pertinet, Conſiliarii et Legati ſperarunt, fore, ut ſaltim unum a Dominis et Superioribus ſuis uel a Notariis reſeruetur, neque hac in re ullam praeſumſerunt a Vobis repulſam. Etſi enim, quod colloquium hoc liberum eſſe debet, non neceſſe eſſe putatur et affirmatur, ut a Dominis noſtris Superioribusque originalia reſeruentur: non tamen hoc ex Conſiliariorum et Legatorum opinione ſequitur; quum tractatio illa et colloquii actio futurorum Comitiorum praeparatio eſſe debeat, in quibus Caeſareae Maieſtati, Electoribus Principibusque et Ordinibus Imperii relatio fiat et cauſſa religionis controuerſae per uiam concilii Chriſtiani uel alius Chriſtianae collationis ad iuſtam legitimamque dilucidationem reducatur. Vnde Principum ac Superiorum noſtrorum neceſſitas poſtulare uidetur, ut exactam eorum, quae hic tractantur, cognitionem habeant et relationem, quae uero nullo modo certius exploratiusque fieri poteſt, quam per originalia. Quare ipſis praeter fas et aequum in rebus his grauiſſimis ſub praetextu ullius neceſſitatis deneganda et retinenda originalia non uidentur. Similiter quamuis Caeſarea Maieſtas colloquium hoc inſtitutum probauerit et conceſſerit et pro ſua ipſius cauſſa habeat: non tamen minus ad noſtros Principes Superiores pertinet, quorum multum intereſt huius colloquii et actionis inſtituta ratio, ceu facile ſuſpicari poteſtis nosque ipſi iam indicauimus. Idem etiam, quantum Conſiliarii et Legati putant, Receſſus Haganoici ea fuit intentio, ut Notarii non ſolum propter relationem Caeſareae Maieſtati et Ordinibus Imperii certius diſtinctiusque exhibendam pari numero conſtituantur, ſed etiam, ut ex actis in caſu neceſſatis conſilium peti et ſumi queat atque ita in promto et facili originalia uerſentur. Nam Conſiliarii et Legati et Nuncii huius partis, qui conuentui Haganoico intererant, pro conſtituendis Notariis ſequentem in modum ſupplicarunt ac deprecati fuerunt. Nimirum, ut ex utraque parte ad tale colloquium Chriſtianum Scribae et Notarii pari numero conſtituantur et actio diligentiſſime perſcribatur et in acta redigatur, quo de iis rebus, ſi neceſſitas poſtulat, exinde conſilium peti et ſumi poſſit. Huius igitur opinionis et petitionis ergo, quae a noſtra parte facta eſt, in Receſſu ſecuto his uerbis Notarii permittebantur; ſcilicet et ex Proteſtantium deſiderio uerbum Apologiae uerbis Auguſtanae Confeſſionis apponendum eſt itemque Notarii et Scribae, quum rerum id neceſſitas poſtulat, pari numero ſunt admittendi. Conſtat igitur liquido, nulla mente alia, quam cuius mentionem fecimus, Notarios et Scribas ad inſtans colloquium Chriſtianum fuiſſe expetitos et exoratos. Quapropter ſine dubio ſperauimus, nullum huius articuli obſtaculum et impedimentum fore: quemadmodum et adhuc ſperamus, non id a Vobis, Domini gratioſi et benigni, recuſatum iri. Vnde etiam hoc in praeſenti pro ea, qua decet, obſeruantiā et humanitate rogatum et flagitatum uolumus; ſiquidem id omnibus iuris et aequitatis rationibus conuenit. At contra ſi illud ipſum nullo modo a Vobis impetrare poterimus, quod quidem non ſperamus: ut tamen Vos et alii omnes cognoſcatis et intelligatis, nulla in re, quae Conſiliariis Legatisque

tisque conducebat et conueniebat, eos defuisse, quin Colloquium Christianum promouissent et protulissent, quum ex uestro ore et scripto percepissent, fore, ut ipsis omnium et singularium actionum copiae et exemplaria per Notarios communicentur, in uestram descendunt mentem, ita, ut Caesareae Maiestati Originalia tradantur ad rerum potissimum relationem, sed tamen Regiae Maiestati, Electoribus Principibusque at Ordinibus in futuris Comitiis proponantur itemque etiam Dominis nostris Superioribusque, quantum necesse est, permittantur, utque porro istae conditiones (quibus nimirum legatis ad colloquium uiris de singularum actionum generibus publice priuatimque copiae fide dignae, si uelint ac petant, exhibeantur) in formulam iurisiurandi a Notariis praestandi inserantur, ne in posterum huius rei caussa uerborum ambiguitas et dissensio oriatur sed Notarii singuli et uniuersi, qui ad hanc fidem obstricti requiruntur, uiris ad colloquium delegatis copias et exemplaria, ceu dictum est modo, exscribant et exhibeant. Quod ad Secretarios duos Constantiensem et Hamburgensem, substitutos destinatos attinet, ne maiori religione, quam qua Dominis et Superioribus suis deuincti sunt, obstringantur, duos alios Consiliarii et Legati sufficiunt *Krafftium Raulnum* et *Ioannem Spizenbergerum* in priorum locum denominatos et designatos, ea tamen reseruatione, ceu in proxima responsione factum est, ut Deputati ad colloquium Consiliarii, Legati et Nuncii Dominis Superioribusque suis itemque Collegis et aliis coniunctis Ordinibus debitam necessariamque relationem exhibere nullo modo ac iure non possint. Hinc uero parati sunt et promti ad sistendos iam ante dictos Notarios cum Substitutis, ut iureiurando obstringi et colloquii Christiani, cuius semper cupidi fuerunt, ratio sine ulteriori mora secundum praescriptum in Omnipotentis nomine inchoari continuarique possit. Rogamus denique Vos, Domini gratiosi et benigni, ne nos tanquam ministros et mandatis instructos in omni hac re grauiter incusetis aut contra praescriptionem oneretis.

Gg

Excerptum ex Philippi Melanchthonis Consilio de iudiciis ecclesiae constituendis etc

conf. Pezelius in Conf. Ph. Melanchthon. pag. 437

DE conuentu non multa possumus scribere. Aduersarii non hoc agunt, ut Ecclesiis pie consulant et emendent doctrinam uitiosam et impios cultus, sed ut confirment tius fucosa aliqua conciliatione. Nos nondum auditi sumus. Ipsi hactenus inter se deliberarunt et, quia aliqui pii eis admixti fuerunt, trium Principum praecipuorum legati testati sunt, se probare doctrinam Ecclesiarum nostrarum, uidelicet Legati Palatini Electoris et Marchionis Electoris et Ducis Iuliacensis. Multa tentarunt aduersarii, ut hos ad se retraherent. Sed Legati, quos diximus, constantes in sententia dicta manserunt. Dum igitur cum illis litigant, nobiscum nondum congressi sunt.

Hh

Clauis in Epistolas Philippi Melanchthonis

A

A. B. Carolstadius

Achates, Princeps aliquis.

Αχιλλέως Γερμανικοῦ ἀπόγονος, Albertus Marchio Brandenb.

Aeacides, idem Albertus

Αγκῶνος ἐπώνυμος, uidetur fuisse quidam Medicus, cui nomen Ellnbogen

Agricola, Georgius dux Saxoniae

Alcibiades Francicus, Albertus March. Brand.

ὁ Αλεκτρύων, Nicolaus Gallus

Alphabetum D. A. B. Carolstadius

Ὀ Αλωπεκῆθεν

Ambrosius Schurerius

N 2 Amphi-

Amphictyones, Proceres Imperii in Comitiis congregati
Arerius Felinus, Martinus Bucerus (Buſe-Raʒ)
Αρκεσίλας, Lutherus ex interpretatione Sculteti
Αρκτόχειρ, Georgius Princeps Anhalt. ab urſi pede anteriori, qui eſt in inſignibus
Aſcanius, idem: ſunt enim Principes Anhaltini Comites Aſcaniae
Αυτοκράτωρ, Romanus Imperator

B

Βελγικὸς contator, idem
Βλάκιος, Math. Flacius Illyricus

C

Chalcis, Smalcaldia
Charitinus, item dux Charitinorum, dux Wirtenbergicus
Cleon, Oſiander
Corax, Coruinus quidam
Cynicus Pragenſis, Caniſius p. 215

D

ὁ Δημήγορος, fortaſſe Oſiander
ὁ Διδάσκαλος, Lutherus
Δρυοπολίτης, Epiſcopus uel alius quidam Aichſtedtenſis
Δύσοσμος, Franc. Stancarus

E

Ephrata, prata, pagus Wittebergenſis Albi propinquus
Epigoni, Familia quaedam Principum ex ſentent. Thomaſii
ὁ ἐρίζων περὶ ἐντελεχείας, Vitus Amerpachius a libro de anima, quem ſcripſit, ſic dictus
ὁ ἔχων ὄνομα υἱοῦ θετοῦ τοῦ σκιπίωνος, Maximilianus tunc temporis adhuc Rex Bohemiae quaſi Maximus Aemilianus, qui inſertus eſt in familiam Scipionum

F

Felinus, Mart. Bucerus

G

L. Gellius. Praeſes aliquis in colloqu. Wormatienſi uel Ratisponenſi. Vide, an fuerit Iulius Pflug, ut quidam putant, uel Thomas Campegius uel Petrus Vergerius conf. Sleidan. et Bucholc. chronol. p. 587. Eſt autem Granuellanus, qui praeſidebat colloquio Wormatienſi anno 1541. Conf. Epiſt. Philipp. Melanchth. ex edit. Lond. p. 233 ad Iuſt. Ionam et pag. 777 ad Io. Camerar. et Epiſt. LI ad Vitum Theodoricum ex edit. Io. Sauberti Libr. IV
Γεφυραῖος, Lutherus uel Superintendens Witteberg. quem Pontificem uocat
Gorgias
Gorgias Hyperboreus, Andreas Oſiander
Gorgias Prutenicus, Pruſſiacus, Andreas Oſiander
Gypaeetus

H

Hippias, Oſiander
Ὁ Αὐλος, Matth. Lauterwald
Hyperboreus Orator, Oſiander
Hyperboreae gentis nouus hoſpes, Andreas Oſiander
ὁ Ὑπερήφανος, Io. Stolſius

I

Iaſon
Ibericus, Ferdinandus
ὁ Ἰξίων, An Sabinus

K

Η καθόλου μήτηρ
ὁ κερασφόρος, forſan Dux Wurtenb. qui cornua fert in inſignibus

L

Laterenſis, Bernh. Ziegler. Vid. Camer. in Vita Mel. 70
Leocrates, Nicolaus Amsdorfius, idem qui Nicolaus
Lithuanus hoſpes, Petrus Conyza
Lycaon, Henricus dux Brunſuic. ab arce Wolfenbytelenſi, quam Lycaoniam aliqui appellant

M

Macedo, Philippus, Haſſiae Landgrafius, ob nomen cum Rege Maced. commune
ὁ Μαργίτης, Marchio Brandenb.
ὁ Μαργίτου κόλαξ, item
ὁ Μαργίτου σπερμολόγος, Islebius fortaſſe, dicitur ſcripſiſſe refutationem Canonis

οἱ Μαρ-

ὁ Μαργῖται, Brandenburgici ſ. Marchiaci
Μεϐώνη, Vinaria
Μεϐωναῖοι, Vinarienſes
Mezentius Brunſuicenſis, Henricus, Dux Brunſuicenſis propter Concubinam, quam aluerat, mortuam et ſepultam perhibenes. Conf. Virg. L.VIII Aeneid. p. m. 318
Mezentii Paedagogus, Georgius Saxoniae Dux
Mica, Michael Rolingus
Muſtela, Wicelius, qſ. Wieſel in op. Ph. Mel.

N

Νικόλεως, Wenceslaus Lincus

O

Οἰνοχόος, Iacobus Schenck, ut opinatur Iac. Thomaſius

P

Padornus, Badehorn
Parthenope, Magdeburgum
Pericles, Lutherus, ita et a Caluino appellatus Epiſt. ad Philipp. p. 152 ab intemperie ex mente Caluini
Pericles Prutenicus, Andr. Oſiander ad diſſ. Saxonici
ὁ Φαιόκαμος
Φρεάτιος, Caſpar Bornerus (Lipſ. Prof.) Φρέαρ, ein Born
Ποιμὴν, Io Elector Saxoniae
Polyphemi filii (υἱοὶ) Math. Flacius Illyr. et Nicol. Gallus etc
Portunnus, Io. Francus, uid. Camer. Vit. Eob. Heſſ. p. 17
Πορφυρος, Huttenus,
Pothinus, Zwinglius (Huldreich ποθεινος) al. Deſid. Eraſmus ex ſententia Thomaſ.
πρεσβευτὴς ὁ ὑμέτερος, Eraſmus Ebnerus
Pyrron, Πυῤῥων Princeps Francicus, Zobel, Epiſcopus Herbipolit.

P

ὁ Ράπτης, Eraſmus Sarcerius, a ῥάπτω ſarcio
ὁ Ρῆσος, Mauritius forte Saxon. Princ.
ὁ Ροίβου ἐπιβάτης, Henricus Dux Brunſuicenſis, Rhoebus enim equus perhibetur Mezentii

S

ὁ Σεβαςὸς, fort. Auguſtus dux Sax.
Simon, Simon Grynaeus
Σπινθὴρ, Io. Funccius
Σταυροφόρος, Cruciger

T

Ταυροκέριος, Zwinglius,
ὁ Τετραγωνιςὴς
Θαυμᾶς, Carlſtadius
Therſites, (Ratisbonnenſis) Nicolaus Gallus
Thraſo, de hoc Sabell. Chemnitius legi poteſt in reg. uit. p. 8
Θρασύβουλος, Baſilius Monnerus
ὁ Τυδεὺς

X

ὁ Ξαντιππίδης, an intelligitur aliquis uxorem habens Xantippae ſimilem?

Ii

Proteſtantium Theologorum Supplicatio ad Dominum Granuela ac Praeſidentes in petitione Legatorum latius exhibita

ILluſtris domine, reuerendi, generoſi, nobilitate et doctrina praeſtantes uiri. Non dubitamus, Vos meminiſſe, quam ſaepe iam et diligenter ac reuerenter petiuerimus, ut colloquium iuxta decretum Haganenſe inſtituendum tandem inchoetur; quod quum duos pene menſes expectatum ſit, non tamen ſucceſſit, ſed potius obſeruatum eſt, contrariam partem quosdam congreſſus habere, qui pariant praeiudicia, praeter decretum Haganenſe et conceſſionem inuictiſſimi Imperatoris domini noſtri clementiſſimi. Quae res non mediocrem ſollicitudinem adfert Legatis Principum et Statuum coniunctorum Auguſtanae Confeſſioni. Eam ob cauſſam Concionatores Eccleſiarum noſtrarum et caeteri Profeſſores doctrinae Chriſtianae, qui una adſunt, nobis ſcientibus ad Dominationes ueſtras reuerenter ſcripſerunt et exemplum huic petitioni additum exhibent. Si igitur aliquid praeter decretum Haganoenſe

et Caesareae Maiestatis litteras editas de hoc conuentu ageretur : facile potestis existimare, quam grauis esset haec dilatio Legatis Principum et Statuum coniunctorum Augustanae Confessioni. Et si quid tale ageretur : mandata non habent assentiendi. Petimus igitur diligenter et reuerenter, ut inchoetur colloquium iuxta Haganoense decretum et concessionem Imperatoris inuictissimi, Domini nostri clementissimi. Sicut speramus, Dominationes uestras habere mandata hoc negotium ad eam formam et non aliam dirigendi. Et uicissim pollicemur ea in re nostrum studium et offerimus ac dabimus operam, ne cunctatio nostra uel negligentia uel morositas accusari iure possit. Haec bono studio et reuerentia duximus indicanda esse uestris Dominationibus et petimus, ut benigne respondeatur.

Ad illustrem dominum de Granuella inuictissimi Caroli Augusti Commissarium etc et reuerendos, generosos et nobiles dominos Praesidentes colloquii de religione. *

Illustris domine, reuerendi, generosi, nobilitate et doctrina praestantes uiri. Non adeo sine sensu communi sumus, ut ignoremus hominum iudicia *de nobis et* de his concordiis ecclesiasticis. Sed tamen Deus Pater Liberatoris nostri Iesu Christi Conditor omnium rerum testis est, nos ex animo piam concordiam expetere et bono studio profiteri hoc doctrinae genus, in quo uersamur: quod quidem iudicamus uere esse ipsum consensum catholicae Ecclesiae Christi, quem illustrari et patefieri in ecclesia necesse est. Ac pericula, aerumnae et odia, quae sustinemus, possunt testari, nos non cupiditate aliqua, non petulantia aut morositate alere dissidia (a caeteris dissentire). Quum igitur bona conscientia hoc genus doctrinae, quod profitemur, amplexi simus et huc uenerimus propter communem Ecclesiarum caussam: reuerenter oramus, ut boni consulatis, uos iam interpellari. Differri colloquium ideo audimus, ut articuli cudantur ab aduersariis, proponendi nobis postea, et fortassis hanc rationem constituendae concordiae aliqui fore putant, si cogamur illis articulis assentiri. Haec uia ad conciliandas Ecclesias non compendiaria sed regia esset et aliena ab Ecclesiae iudiciis et a decreto Hagenoensi. Nos enim, ut de doctrina placide et pie conferamus, aduenimus (huc missi sumus): non ut recipiamus articulos flexiloquos et insidiose scriptos, qui non tollent sed magis inflammabunt dissidia. Accedit et illud, quod iniquum est, non audita utraque parte ire in suffragia. Fortassis auditis argumentis aliqui ex utraque parte abiicerent sententias, quas nunc amplectuntur. Itaque graue praeiudicium est, suffragia praeripere. Recusauimus Synodum Pontificiam: quia iniquum est, aduersarios et hostes esse iudices. At in Synodo minus erat periculi futurum, quam si hic aduersarii uelint nobis imponere articulos. Nam in Synodo conuenissent plures docti et moderati et exterarum gentium homines minus occupati affectibus, quam qui hic adsunt; fortassis etiam nos auditi essemus et res erudite disputata. Sed saepe iam audimus a sapientibus quibusdam dici, ne quidem opus esse disputatione: quia non sint rerum sed uerborum controuersiae, quas prosit obruere potius quam agitare; quum res sit eadem et leniri quaedam horridiora uerba possint, si interpretatio concinna addatur. Hoc consilium laudandum esset, si tantum essent logomachiae. Sed utraque pars hoc iudicio grauiter laeditur. Cur nos interficiunt aduersarii, cur deleri tot gentes uolunt; si tantum uerbis dissidemus, non rebus? Hoc perinde est, ac si Sarmata uelit interficere Germanum; propterea quod lingua est alia. Profecto duras poenas damus iustitiae (inscitiae): si ideo plectimur, quia non satis facundi et diserti aduersariis uidemur. Deinde et nos scelerati sumus, si Ecclesiae et Reipublicae tranquillitatem turbamus non necessariis rixis uerborum. Quum exarserunt ciuiles dissensiones, etiam in ea parte,

* conf. Epist. Ph. Melanchth. ex edit. Londinensi pag. 229

parte, quae iustam caussam tuetur: tamen interdum impetu minus moderate certatur. Ideo non omnino nullae sunt in utraque parte uerborum rixae. Sed hae facile tolli possunt. Et ubicunque res conuenit, non reprehendemus uerba; quum iisdem et ipsi sine cauillatione utamur; etsi nos quoque sentimus, proprietatem sermonis in Ecclesia tuendam esse: sed non litigamus de genere sermonis. Verum (Rerum) magnae controuersiae sunt, de ueris Dei cultibus, de uera inuocatione. Has non decet obrui hoc praetextu, quia uideantur esse logomachiae. Fortassis aliqui omnium religionum dissidia tantum logomachias esse cogitant. At Christianos a tali philosophia prorsus abhorrere decet. Nos unam esse ueram religionem sentimus, quae est certo uerbo Dei tradita et est consensus catholicae Ecclesiae Christi, uidelicet Patrum, Prophetarum et Apostolorum. In hac uera religione regnat Filius Dei et exaudit et salutem aeternam impertit. Quum igitur non tantum uerbis dissideamus, sed uariae et magnae sint rerum controuersiae; reuerenter oramus, ne praeiudiciis nouorum articulorum praegrauemur neue rebus nondum agitatis suffragia praeripiantur sed collocutio iuxta decretum Haganoensem instituatur. In qua dabimus operam, ut omnes honesti uiri intelligant, nos non abhorrere a moderatis consiliis. Vere enim possumus affirmare, nos sic affectos esse, ut etiam morte nostra piam Ecclesiae concordiam redimere cupiamus. Sed utrum aduersarii piam Ecclesiarum conciliationem quaerant, an uero prauarum superstitionum confirmationem, facile est iudicare moderatis et piis. Nec fucosae conciliationes tranquillitatem restituent. Et (si de rebus ipsis integre disputari uolent, nobiscum potius agant quam cum aliis. Speramus enim, declarationem nostram piis mentibus satisfacturam esse). Existimamus (autem) inuictissimi Imperatoris (Caroli) Augusti eam esse uirtutem, ut ueritatem patefieri et ueris modis consuli saluti Ecclesiarum uelit. Ideo oramus, ut hanc nostram petitionem boni consulatis eamque proficisci non ab impudentia sed a pio quodam studio iudicetis. Nam si pergant aduersarii suffragia praeripere: quale sit futurum iudicium bonorum ubique de hoc conuentu, non est obscurum, qui hunc iam conuentum et gubernatores animis intuentur et a *Vobis* expectant Ecclesiarum emendationem et pacem. Necesse enim erit nobis de talibus praeiudiciis queri. Sed speramus, Vos auctoritatem uestram interposituros esse ac daturos operam, ut ueritate patefacta aliquando uno pectore et una uoce omnes Ecclesiae Deum celebrent. Quod ut perficiatis, oramus Deum, ut mentes uestras et consilia et uoluntatem omnium piorum gubernet. Postremo reuerenter petimus, ut nobis respondeatur *

Concionatores Ecclesiarum Augustanae confessioni coniunctarum

Kk

Der Protestirenden Theologen *Duplum* an Herrn Granvela und die Praesidenten in der andern Räthe und Gesandten beygelegten Petition und Begehr/ wie es alles Teutsch übergeben

Edle, Wohlgebohrne, Ernveste, Gestrenge, Hochgelehrte, Gnädige und Günstige Herren

DEr Chur- und Fürsten, Stände und Städte der Augspurgischen Confession und derselben Religions-Verwandten Räthe, Gesandten und Botschaffter zweifeln

* uerba, quae litteris minoribus scripta sunt, apud Pezelium in Consiliis Philippi Melanchthonis non leguntur; ea autem, quae lunulis includuntur, reperiuntur aliter, quam in MSC Ebneriano prostant.

zweifeln nicht Eu. Gn. und Gunsten seyen günstlich eingedenck der vielfältigen dienstlichen und freundlichen Erinnerung und Ansuchung um Förderung des vorstehenden Christlichen Gesprechas, dasselbe vermög und Inhalts der Römisch. Kaiserl. Maiestet unsers allergnädigsten Herrn gnädigster Bewilligung und Ausschreibens auf den Haganoischen Abschied vorzunehmen, darauf man nun mehr fast zu zwey Monat gewartet und doch über solche geschehene Anregung zu keinem Anfang desselbigen kommen mögen. Ob wol iezt in die drey Wochen verlaufen, da sich die Räthe und Gesandten obgemelt ihres Befehls und Gemüts des Christlichen Gesprechas halben endlich vernehmen lassen und ihnen noch nicht angezeigt, ob der ander Theil solch Gesprech leiden wollte oder nicht, sondern wurdet gleichwol so viel vermerckt, daß sie tägliche Unterredung und Berathschlagung haben sollen, zum Nachtheil und entgegen gemeldten Abschied und der Kais. Maiestet Bewilligung, welches den obgemeldeten Räthen, Gesandten und Botschaftern zu allerley Nachdencken Ursach gibt, und haben derhalben die Praedicanten und Gelehrten der heiligen Schrift, so mit anher zu dem vorstehenden Christlichen Gesprech von unsern gnädigsten Fürsten, Herren und Obern abgefertigt, eine dienstliche und freundliche Erinnerung mit ihrem der Räthe und Gesandten Vorwissen und Willen an E. G. und Gunsten auch an der Kaiserlichen Maiestet Comissarien und Oratorn zu thun im besten bedacht, wie E. G. und Gunsten hieneben zu vernehmen befinden werdet. Und dieweil denn E. G. und Gunsten günstlich und freundlich zu bedencken, daß dieser Verzug den Räthen und Gesandten von wegen ihrer Herren und Obern sonderlich, so dem Haganoischen Abschied und der Kaiserlichen Maiestet Ausschreiben ichtes, so dem entgegen, vorgenommen werden solle, nicht wenig beschwehrlich, sie auch dasselbe wider ihren habenden Befehl und Mandata nicht einzunehmen wissen. So ist derselben dienstlich und freundliche Bitt und Ansuchuug E. G. und Gunsten wollten nochmals die Sachen dahin richten, damit das Christliche Gesprech Inhalts und vermöge der Kaiserl. Maiestet gnädigster Bewilligung und Ausschreiben nach so langwierigem Verzug ins Werck gebracht werden möge, wie sie denn verhoffen, E. G. und Gunsten werden auf solchem und nicht einem andern Weg oder Mas diese vorstehende Handlung vorzunehmen und zu dirigiren Befehl haben. Dazu sich die Räthe, Gesandten und Botschafter obgemelt ie und alleweg erbotten und noch erbieten thun, also, daß mit GOttes Hülfe ihnen mit Billigkeit keine Schuld einiger Verlängerung soll mögen aufgeleget werden. Und haben solches E. G. und Günsten dienstlicher und freundlicher Wohlmeinung zu vermelden nicht unterlassen wollen, desselbigen günstigen und freundlichen Antwort hiemit bittend.

Edle, Ehrwürdige, Wohlgelehrte, Ehrenveste, Gnädige und Günstige Herren

WIr können wohl achten, welche Auflag wir von wegen dieser Uneinigkeit in der Religion dulten und tragen müssen. Aber GOTT ist unser Zeug, daß wir von Herzen nichts höhers wünschen noch suchen, denn daß eine Christliche Einigkeit in der Kirchen gemachet würde, daß wir auch mit gutem Gewissen

wissen sagen mögen, daß die Lehr unser Bekenntnis und Confession eigentlich die wahrhaftig einträchtige Lehre sey der heiligen Catholischen Christlichen Kirchen, die man zu erhalten schuldig ist. So weis männiglich, daß wir nicht geringe Verfolgung, Haß und Elend dieser Lehr halben tragen müssen, und ist nicht zu achten, daß wir uns solche Beschwehrung allein aus Fürwiz so lang zu ziehen wollten. Dieweil wir denn mit gutem Gewissen die bekannten Lehr halten und anher gesandt seyn nach unserm Verstand und Vermögen die Lehre zu erklären und Einigkeit zu fördern, bitten wir hiemit ganz dienstlich E. G. und Gunsten wolle ob diese unsre Suchung kein ungnädig und ungütlich Misfallen haben. Dann wir vor etlichen Tagen vernommen, daß dieses angesezte Christliche Gesprech derhalben verzogen werde, daß der Gegentheil Arrickel stellen, dieselbigen uns hernach vorzuhalten, vielleicht der Meinung, als sollte dieses eine Zurichtung zur Vergleichung seyn, so man uns dahin bewegen und treiben möcht in bemeldte Artickel zu bewilligen. Solches aber achten wir mehr für eine gefährliche Geschwindigkeit, denn für eine Zurichtung zur Einigkeit. Und ist dem Haganoischen Abschied, auch allen Processen in Kirchen-Sachen ungemäs. Denn wir nicht anhero gesandt zweifelhaftige und gefährliche Artickel vom Gegentheil gestellt anzunehmen, dadurch grosser Zanck zu besorgen. Dazu ist auch beschwehrlich, daß iemand zu vor stimmen soll, ehe beede Theile gegeneinander gehöret sind: denn vielleicht auf beeden Theilen etliche nach gehörtem Bericht anderer Meinung seyn möchten. Des Pabsts ausgeschrieben Concilium haben wir abgeschlagen und recusirt vornehmlich derhalben, daß es uns beschwehrlich, ia auch unbillig gewesen, daß unsre Widersacher selbst wollten Richter seyn. Aber wie beschwehrlich und nachtheilig uns dasselbe immer gewesen: so hätt es demnach so grosse Gefahr nicht gehabt, als es hie haben würde auf den Fall, da der Gegentheil uns mit so fährlichen Artickeln beladen wollte. Dann im Concilio wären ie gar mehr gelehrter und unpartheyischer Leute aus fremder Nation gewesen, dann hie seyn, die uns vielleicht auch gehört, und wären diese groswichtigste Sachen fleisiger disputiret worden. Aber wir vernehmen, daß etliche reden, diese unsre Händel bedürfen keiner Disputation, derhalben, daß es allein Wort-Gezäncke seyn sollen, sonst sey es eine Meinung; dadurch aber beide Theile nicht wenig beschwehret. Denn so es nur allein Wort-Gezäncke ist: warum braucht man Grausamkeit wider unschuldige Leut allein der Lehr halben. So es allein um Wort zu thun: ist es gleich, als so iemand einen Menschen tödet, nur darum, daß er andre Sprache redet. Weiter thäten wir ganz unrecht; so wir um bloser Worte willen und nicht von wegen nöthiger Sachen so grosse Spaltung erregten. Wol ists wahr in allen Sachen, so Partheyen auf einander erhizt sind, daß auch Wort-Gezäncke mit unterlaufen. Aber so fern kan man sich leichtlich vergleichen und wollen uns dieses erbotten haben, daß in allen Artickeln, wo die Meinung im Grund nicht streitig, wir kein Wort-Gezänck anrichten wollen. Ist uns auch nicht entgegen andre Worte zu gebrauchen: wiewol es gut ist in der Kirchen eigentlich und gewiese Rede zu erhalten. Aber es hat die Meinung gar nicht, daß es allein Wort-Gezäncke seyen: sondern es sind grosse

wichtige Sachen von rechten Gottesdiensten, daran GOttes Ehre und aller Christen Seeligkeit gelegen. Diese Sachen lassen sich nicht also vermumlen, ob wir gleich gerne schweigen wollten. Derowegen bitten wir ganz fleisig E. G. und Gunsten, wollen die Sachen nicht dahin richten, daß wir mit Artickeln vom Gegentheil beladen werden, wollen auch nicht zuvor stimmen lassen, ehe die Sachen gegeneinander gehört, sondern gnädiglich und günstiglich darob seyn und fördern helfen, damit das angesezte Gesprech vermöge des Haganoischen Abschieds seinen Fortgang erreichen möge. So wollen wir, so viel an uns allen, möglichen Fleis auch vorwenden, daß von uns kein Mangel vermerckt werden soll. Dann wir mit Wahrheit das sagen wol mögen, daß wir der heiligen Kirchen Wohlfahrt, Friede und Einigkeit auch mit Darstreckung unsers Lebens gerne fördern wollten. Ob aber dagegen unser Gegentheil Christliche Einigkeit auch suche oder aber die ärgerliche offenbarliche unchristliche Misbräuche lieber erhälten und vertheidigen wolle, das können vernünftige, fromme Christen-Leute auch leichtlich erkennen Und ob man schon gefährliche Vergleichung aufrichten wollte: so würde es doch keinen Bestand haben. Und so der Gegentheil nach Nothdurft von diesen Sachen will disputiren: wäre billiger solches mit uns, denn mit andern vorzunehmen. Wir halten es auch dafür, daß der Kaiserlichen Maiestet unsers allergnädigsten Herrn gnädigste und ganz ernste Meinung dahin gerichtet seye, daß die heilsame Wahrheit zum allerbesten erkläret und Wohlfahrt und Friede der heiligen Kirchen zum treulichsten gesucht und gefördert werden solle. Und bitten demnach E. G. und Gunsten ganz dienstlich, sie wollen diese unsre Suchung in Gnaden und Gunsten aufnehmen und sie nicht anderst, denn ganz Christlicher und herzlicher Wohlmeinung beschehen, vermercken. Dann wo unser Gegentheil also, wie sie vorgenommen, fortfahren und die Stimmen, ehe dann man auch gehört, einzunehmen nicht ablassen werden: haben E. G. und Gunsten als die verständigen leichtlich zu ermessen, was wir dieselbe zu zehlen und also ein mehrers mit zu machen begehrten sondern allein, daß einem ieden unter den zwo und zwanzig Personen zu diesem Gesprech verordnet seine Meinung anzuzeigen frey gelassen würde, aus Ursachen, daß die Natur und Eigenschaft eines Christlichen und freundlichen Gesprechs solches erfordert: denn GOtt etwan dem leztern und geringern in diesen Christlichen und Glaubens-Sachen pflegt zu eröfnen, das er den mehrern und grössern verhält; wie man des viel Exempel in den Ecclesiasticis Historiis befindet. Zu dem so ist es ie und allweg in der Kirchen herkommen und üblich gewesen, daß, wo eine Versammlung in Sachen der Religion und Glaubens gewesen, alle, die zu solcher Handlung erfordert, frey vor allen andern gehöret worden und ungescheut ihre Meinung haben anzeigen mögen; wie dann solches die Acta und Handlung der Concilien zu Epheso, Chalcedon und anderer Oertern gehalten klärlich ausweisen. So ist dies auch unsers Verstandes die Meinung des Hagenauischen Abschiedes, auf welchem unsre gnädigsten, gnädige Herren und Obern von der Kaiserlichen Maiestet hieher beruffen und beschrieben sind; wie denn E. G. und Gunsten denselben Abschied auch im Anfang dieser Handlung selbst verstanden und in den Wor-

Worten des Vortrags dem 26 Novembr uns geschehen ausdrücklich angezeiget haben, nemlich, daß der Abschied, vermöge daß dies Gespreche unverpünctlich seyn soll und also die Anzahl der Personen und Stimmen allein darum gesezt, daß man der Anzahl der redenden gewies seye und nicht, daß man aus solchen Stimmen ein mehrers machen und zu der Sache schliesen solle ꝛc Zu dem vernehmen wir, daß dieser Verstand auch bey vielen des andern Theils zu Hagenau gewesen und allhie noch ist. So achten wir auch, daß dieser Weg, daß aller der 22 Stimmen Meinung gehöret werde, zu dem Ende, darum solches Gespreche angesehen, nüzlicher und fürtreflicher seye, denn der Weg, so uns iezt vorgeschlagen wird, aus Ursachen, daß dies Gespreche nicht allein darum, damit Kais. Maiestet berichtet werde, sondern auch darum angesehen, daß man die Augspurgische Confession und Apologiam vor Hand nehme, sich auf alle Puncten und ieden insonderheit freundlich, Christlich und unverpünctlich unterrede und allen möglichsten Fleis vorwende alle irrige Puncten zu Christlicher Einigkeit, Vergleichung und rechtem Verstand zu bringen, wie denn die Worte des Hagenauischen Abschieds lauten. Nun kan ie die Vergleichung viel besser folgen, so eines ieden Meinung, der mit Christlichen Eifer und Furcht GOttes zu der Sache redet, gehöret, denn so man zuvor ein mehrers macht und die andern, so nicht mit stimmen, von dem Gespreche ausschleust und ihre Meinung in Schriften zu übergeben dringet. Derhalben so wollen wir uns zu E. G. und Gunsten, die ie darum zur Praesidenz verordnet, daß sie vermöge des Hagenauischen Abschieds, die zum Gespreche ernennet sind, hören sollen, uns gänzlich getrösten, sie werden diesen Weg der freyen Stimmen zu Förderung Christlicher Vergleichung nicht allein nicht verhindern sondern möglichsten Fleisses fördern und, ob iemand dem zuwider handeln wollt, demselben solches nicht einräumen noch gestatten, wie wir nun solches zum östermal hievor gebetten und diesmal wieder zum fleisigsten gebetten haben wollen. Wo aber solches, des wir uns zu E. G. und Gunsten nicht versehen wollen, ie zu erhalten nicht möglich, so werden wir gedrungen solches unsern gnädigsten, gnädigen Herren und Obern anzuzeigen, auch ihren Chur- und Fürsten Gnaden, Gnaden und Gunsten ausdrücklich hiemit vorzubehalten, sich desselben bey der Kaiserlichen Maiestet und den Ständen des Reichs auf künftigen Reichs-Tag und wann und wo es sonst ihre Nothdurft und Gelegenheit erfordert, zu beschwehren und erhohlen, auch alle andere ihrer Chur- und Fürsten Gn. Gn. und Gunsten Nothdurft vorzuwenden, des wir uns hiemit öffentlich bezeugen und protestiren. Und also vorbehältlich dieser Protestation wollen wir uns in dies Gespreche einlassen, Christlichen und freundlichen Bericht unserer Lehr und Glaubens zu geben, damit niemand mit Wahrheit sagen möcht, wir hätten das Licht geflohen und unsers Lehrens und Glaubens Ursachen und Erklärung zu thun Scheuhe getragen, und also an allem dem, so zu Christlicher Vergleichung vermöge Göttlicher Schrift dienet, an uns keinen Mangel erscheinen lassen. Und diese Ungleichheit zu samt andern hievor auferlegten Beschwehrden und Ungleichheiten, die wir wol wissen darzuthun, aber im besten unterlassen, GOtt dem HErrn diesmal heim stellen. Doch mit folgendem Vorbehalt, daß

den unsern ihre Suffragia frey gelassen und von den Praesidenten ihnen nicht abgeschlagen sondern ihre Meinung vorzutragen zugelassen werde: wie wir es dann denen vom andern Theil, so viel an uns ist, auch nicht abschlagen wollen, sondern zu zu lassen nun zum oftermal begehret haben und noch begehren Daß dann ferner in E. Gn. und Gunsten Vorhalten gemeldet wird, daß der wenigere Theil nicht verbunden seyn soll, des mehrern Theils Meinung nachzufolgen, es würde dann anderst durch die Kaiserliche Maiestet und gemeine Stände des Reichs (wie sichs gebührt) erkläret, diesen Anhang achten wir in Religions-Sachen für beschwehrlich und unbillich, in welchen sich gebühret nach dem klaren Wort GOttes der Wahrheit und nicht dem mehrern zu folgen, und soll niemand wider sein Gewissen, das aus GOttes Wort recht unterrichtet, auf eine unrechte Meinung gedrungen werden. Derhalben unsre Nothdurft erfordert, diesen Anhang anzufechten und keines Wegs einzuräumen. Und als im andern Artickel wird gemeldt, daß die Notarien allein die endlichen Meinung und Sententias, in denen man eins oder strittig bleiben würde, verzeichnen sollen: wollten wir auch nicht gern die Handlung ohne die Noth verlängern; gleichwol fordert aber die Nothdurft beeder Parth Declaration und Argumenta und also die ganze Handlung mit Fleis zu vernehmen und aufzuschreiben, damit nach dieser Unterrede, darinnen die Wahrheit zu Christlicher Vergleichung gesucht werden, Kaiserl. Maiestet, Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen des Reichs berichtet werden mögen und nachmals weiter bedacht, wie durch Christliche Wege die Sachen zu gebührlicher Erinnerung gebracht. Nun kan solcher Bericht ohne Verzeichnus der Declaration und Argumenta nicht geschehen. Und würden die blosen Schlus-Reden auf beeden Theilen besonders bey denen, so diese strittige Sachen nicht gründlich verstehen, viel mehr Unwillens und grösser Gezänck erregen. Dann viele sind heftig erbittert auf solche blose Reden. Darum sie iezund auch ohne genugsamen Bericht und Declaration Scheube davor haben würden. So könnten wir auch unsre Herren und Obern der Handlung nicht gründlich berichten, so wir nicht Copias der ganzen Handlung haben sollten. Dazu findet sich aus den Worten des Eids der Notarien, daß zuvor E. Gn. und Gunsten Meinung gewesen, daß nicht die blosen Schlus-Reden sondern die ganze Erklärung zuschreiben: denn also lauten die Wort im Eid, Die Notarien sollen schwören, daß sie alle und iede Handlung, so in ofner Praesidenz in Sachen dieses Christlichen Gesprechs mündlich oder schriftlich vorgebracht, getreulich aufschreiben ꝛc So haben sich E. Gn. und Gunsten zuvor vernehmen lassen und zugesagt, sie wollen uns aller Handlung auf Erfordern Copeien zukommen lassen, dero wir auch also gewertig und können diesen Artickel nicht anderer Gestalt, denn wie iezund angezeigt, willigen. Auf den dritten Artickel, daß dieser Proces dem Augspurgischen, Hagenauischen und andern Abschieden unabbrüchlich seyn soll ꝛc Dieses verstehen und willigen wir unsers Theils nicht anderst, denn von den Abschieden, so von beeden Theilen angenommen und gewilligt und referiren uns auf unser vorige Protestationes ꝛc Und belangend des Kaiserlichen Commissarien Erklärung, wollen wir uns unsre Nothdurft auch vorbehalten haben.

ben. Und bitten hierauf die Sachen zu fördern und dieselben länger nicht auf zu halten

Der Churfürsten, Fürsten, Stände und Städte der Augspurgischen Confession und derselbigen Religions-Verwandten Räthe, Gesanndten und Botschafter

LI

Ad D. Nicolaum Granuellam Oratorem Caroli V Imperat. Epistola Philipp. Melanchth. scripta Wormaciae d. 22 Decembr. * *1540*

conf. Pezelius in Consil. Philipp. Melanchth. pag. 419

Illustrissime et Amplissime Domine. Vtinam ingenio et auctoritate tantum ualerem, ut mea opera aliquid ad ueram Ecclesiae concordiam conducere posset. Certe scripta mea testantur, me horridiores quasdam quaestiones praecidisse et conatum esse mitigare quasdam materias. Nec unquam a consensu Catholicae Ecclesiae Christi dissentiam. Videtur et hoc ad concordiam idoneum, quod toties obtulimus, nos Episcopis suam auctoritatem uelle tribuere. Nihil de potentia, dignitatibus aut opibus litigamus. Haec politica boni consulimus. Sed quosdam doctrinae et cultuum errores taxamus. Est autem Francofordiae deliberatum de uia concordiae, ut utriusque partis uoluntate deligerentur homines eruditi, pii, moderati. Nominaueram ipse quosdam in altera parte Reuerendissimo D. Lundensi, quos existimabam ad talem deliberationem utiliter adhiberi posse. Hanc unam uiam esse arbitror dirimendi has controuersias, nisi fatali aliqua mutatione dirimantur. Sed hic aliter res est instituta; adsunt monachi, inter quos si qui sunt eruditi, debebant minus duri esse. Sed aliqui etiam iactitant, se habere mandatum, ne quid nobis largiantur. Iam si hoc agitur tantum, ut nostra omnia damnentur et deleantur: non possumus eis assentiri damnantibus ueras sententias et Ecclesiae necessarias, ut maxime proponantur nobis extrema supplicia. Mouemur et nos publicis periculis; optaremus, patriam tranquillam esse. Ego, qualia sint humana praesidia, non specto, et quaedam incommoda mihi in oculos incurrunt. Sed tamen, qui pie de religione sentiunt, propter talia non debent approbare uitiosos cultus et publicam caussam piam et necessariam abiicere. Deinde quid opus fuit indicere hunc conuentum, ut de controuersiis eruditi colloquerentur; si tantum damnatio confirmanda fuit? Sed quia in hac controuersia aliqui nimis dura mandata habent et per se sunt tractabiles: optandum est, ut redeatur ad Francofordiensem formulam, de qua supra dixi. Arbitror tamen, hic etiam posse aliquas controuersias tolli placida disputatione; quia, si remoueatur sophistica, certe paucas habemus difficiles aut obscuras materias. Et expectat a me fortassis Excellentia tua aliquas articulorum mitigationes. De his ita sentio. Primum si condentur noui articuli flexiloqui, qui non funditus tollant sed tantum inuoluant controuersias: hi multo maiores dissipationes efficient; quia utraque pars detorquebit eos ad confirmandas suas res et alii aliter interpretabuntur. Denique puerile est et indignum sapientibus uiris in Ecclesia, sic ludere ambiguitatibus. Tutius est igitur hic in disputatione rebus agitatis uidere, in quibus articulis ueritas ita perspicua sit, ut omnes sani intelligant, re ipsa sublatam esse controuersiam; etiamsi fortassis aliqui monachi, qui habent deprauata iudicia, reclament. Profecto recta uia in his tantis rebus tutissima

* conf. Philipp. Melanchth. Epist. 2. L. II p. 227 edit. Londin.

ma est et pleraeque controuersiae facile possunt diiudicari. Duae fortassis sunt, quarum explicatio uidetur difficilior, articulus de iustificatione et articulus de missa; in reliquis nihil est obscuri. Et ego in quibusdam meis scriptis multas horridiores materias praecidi, ac satis iudicare prudentes possunt, me quasi manum directam habuisse ad hunc scopum, ut quasdam controuersias mitigarem et excerperem res Ecclesiae utiles. In illo ipso articulo de iustificatione tantum hoc in summa dicimus, quod agens poenitentiam debeat credere, remitti sibi peccata propter Filium Dei, non propter propriam dignitatem. Hic quid est absurdi? Et tamen hunc articulum inprimis flagellant monachi fascinati suis quibusdam imaginationibus, quae unde ortae sint, hic longum esset recensere. Arbitror autem, homini sano facile posse in hoc articulo satisfieri, qui propter deliramenta monachorum nec abiiciendus nec obscurandus est. De missae abusibus constat, multos bonos uiros aliquot saeculis questos esse. Et fortassis publicae calamitates multae sunt poenae contaminati Sacramenti. Nec dubium est, quin missae opus habeant emendatione. Nota est autem consuetudo ueteris Ecclesiae in usu missae. Et noster articulus mollissime positus est. Reprehendit applicationem; quia putant, missam mereri aliis remissionem et alia. Hinc creuerunt abusus. Quare utile esset de emendatione grauiter deliberari. Sed si de singulis materiis articuli condendi essent: prodesset hoc fieri a delectis ex utraque parte eruditis et moderatis et in hac caussa uersatis. Commoda ad pacem uia est, quod de Episcoporum dignitatibus et de politia Ecclesiastica nostri satis moderate loquuntur. Vicissim nobis Episcopi debebant piam doctrinam et emendationem aliquarum rerum concedere. Sed cur nihil aequi ab his impetrari possit, non est obscurum. Conspirant cum Pontificibus monachi; hi superstitiones defendunt propter quaestum, inscitiam et pertinaciam. Lego quotidie libros, qui recens eduntur, qui nihil nobis concedunt ac abusus manifestos ante haec saecula ab omnibus taxatos approbant, ut superstitiones monachorum. Cum talibus quid prodest de concordia pacisci: quum sint, ut Psalmus inquit, surdae aspides? Sed uaticinia praedicunt Ecclesiae postremi temporis non leuia certamina, quae quidem mitigare gubernatores non oppressione ueritatis sed ueris consiliis debent. Succurratur Ecclesiae sic, ut extet doctrina pia et utilis. Ego meam imbecillitatem agnosco sed tamen, quod ad me attinet, iudicia bonorum uirorum et doctorum non defugio. Nec a moderatis consiliis abhorreo. Non amo simulationes, occultationes, dissimulationes, quibus saepe uidi magis implicari negotia quam extricari. Ideo si uel in publico congressu uel in aliis deliberationibus adhibitus fuero, modeste, diligenter ac bona fide dicam, quod sentio. Et quod largiar, ingenue sine ambiguitate largiar. Quanquam autem, quales sint plerique, cum quibus rixandum est: tamen spero, aliquas controuersias in hoc ipso congressu posse tolli. Reliquae ad aliam deliberationem reiici possunt. Haec scripsi ad Excellentiam tuam simplici animo et bono studio, quae oro ut boni consulat. 22 Decembr. 1540

Mm

Der Praesidenten Räthe Antwort auf iüngst übergebne Begehr die Sachen zu fördern 2c mit angehengter Erklärung der 22 Stimmen halben 2c

Nachfolgende Meinung ist von wegen des Kaiserl. Commissarii und Orators auch der Räthe zu der Praesidenz verordnet der Churfürsten, Fürsten und Stände der Protestirenden Räthen und Botschaftern Ausschus am Tag Stephani

phani dem 26 Decembr. mündlich vorgehalten und am Tag Johannis dem 27 Decembr. schriftlich übergeben

Nachdem sie etlichmal schriftlich und mündlich und sonderlich in ihrer lezten dem 21 dieses Monats übergebnen Schrift bey den Herren Räthen zu der Praesidenz verordnet angehalten, daß sie die Sachen dahin richten wollten, damit das Christlich Gesprech Inhalt und vermöge der Kaiserlichen Maiestet gnädigster Bewilligung und Ausschreibens in das Werck gebracht werden möchte rc. Zweifelten die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet nicht, denn daß sie der Protestirenden Räthe sich aus aller mit ihnen bisher durch den Kaiserlichen Commissari und Orator und die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet gepflegten Handlung wol zu berichten hätten, daß bisher an ihnen den Praesidenten in diesen Sachen kein Mangel erschienen sondern daß sie dieselben ihres besten Fleises gefürdert; wie sie denn auch noch am allem, das zur Fürderung dieser Sachen immer dienstlich seyn mag, kein Fleis, Mühe noch Arbeit spahren wollten. So könnten sie sich auch wol erinnern, welchermassen die Herren Räthe zur Praesidenz verordnet mit Rath des Kaiserlichen Commissari und Orators auf Anhalten beeder Theile von der Form und Proces des Gespreches gehandelt und zu dem alle Mittel und Wege, so zu Freundschaft und Einigkeit dienstlich seyn mögen, gesucht hätten, wie denn solches alle bisher geübte Handlung mit sich brächte. Und damit iezund aber weiter in der Sachen fortgefahren werden und sie lauter verstehen möchten, wie der Proces dieses Gesprechs zu halten wäre, wollten die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet Ihnen den Räthen der Protestirenden Stände nicht verhalten, daß gleich im Anfang dieser Sachen der Kaiserliche Commissari und Orator und die Herren Praesidenten der Stimmen halben, davon in dem Hagenoischen Abschied und dem Kaiserlichen Ausschreiben Meldung geschehen, ihr Bedencken gehabt und daß auch der Kaiserl. Commissari und Orator ihnen den Herren Räthen zu der Praesidenz verordnet etlichmal zu erkennen geben, daß der Kais. und Königl. Maiesteten Meinung wäre, daß es in diesem Gesprech mit den Stimmen also gehalten werden sollt, nemlich, nachdem vermöge des Hagenoischen Abschieds auf iedem Theil eilf Stände wären und eines ieden Standes Personen allein eine Stimme und also ein ieder Theil nicht mehr denn eilf Stimmen haben sollte, daß die Stimmen nicht von beeden Theilen zusammen gerechnet und also zwo und zwanzig Stimmen gezehlet und von beeden Theilen ein mehrers gemacht werden sollt, sondern daß ein ieder Theil mit seinen Stimmen und Reden unter ihnen sich, so viel möglich, iederzeit auf die vorgebrachte Handlung einer einhelligen Meinung entschliesen und dieselbe durch einen Mund oder Schrift dem Kaiserlichen Commissari und Orator auch den Herren Räthen zur Praesidenz verordnet vorbringen sollt. Damit nun solcher der Kaiserl. und Königl. Maiestet Meinung genug geschehe, damit auch Zanck und allerley Wort, daraus Weiterung erwachsen mag, vermieden blieben, hätten die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet samt dem Kaiserlichen Commissari und Orator für gut angesehen, daß es mit den Stimmen nach der Kaiserl. und Königl. Maiesteten Meinung, wie obengemeldt, in diesem vorstehenden Gesprech gehalten,

gehalten werden sollt. Doch würde sich begeben, daß die Stände unter einem oder dem andern Theil sich nicht allweg einer gleichen Meinung entschliesen würden, so sollt dann einem ieden zugelassen seyn, seine Meinung insonderheit dem Kais. Commissari und Orator auch den Herren Räthen zu der Praesidenz verordnet zu übergeben und denn die Meinung des mehrern Theils dem andern, darauf weiter Handlung vorzunehmen, zugestellt, aber der andern Meinung des wenigern Theils bis zu der Kais. Maiestet Relation hinter dem Praesidenten erhalten und auf künftigen Reichs-Tag der Kais. Maiestet referirt und vorbracht werden. Dem allem nach und damit man einmal zum Handel käme, so ist der Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet in Nahmen des Kaiserlichen Commissari und Orators auch von ihrer selbswegen an sie die Räthe der Protestirenden gütliches und freundliches Gesinnen, sie wollen auf iezt angezeigten Wege zu handeln sich nicht beschwehren. Und, so es dann Ihnen dermassen gefallen wollt, wie sich dann die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet samt dem Kaiserl. Commissari und Orator zu Ihnen nicht anderst versehen wollten, so wären die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet erbietig Ihnen eine Schrift, so *pars Catholicorum* auf etlich Artickel übergebnen Confession und Apologia gestellt, darauf weiter, wie sich gebühren würde, zu handeln, zu übergeben

V. L.

Praesidentium Consiliariorum Responsio ad preces de colloquio promouendo nuper factas &c cum annexa uiginti et duorum suffragiorum explicatione

Sequens sententia nomine Caesarei Legati et Oratoris itemque Consiliariorum Praesidentium certis Electorum ac Principum Ordinumque Protestantium Consiliariis et Legatis die Stephani, h. e, XXVI Decembris coram proposita dieque Ioannis, h. e, XXVII Decembris scripto exhibita fuit

POstquam Ordinum Protestantium Legati iterum iterumque scriptis et uerbis potissimumque illo ad XXI diem huius mensis oblato scripto Dominos Consiliarios praesidentes rogauerunt, ut eo rerum praesentium statum dirigerent, quo tandem ex indultu et edicto Caesareae Maiestatis liberalissimo Christianum colloquium inchoaretur et promoueretur: nulli sane dubitabant Consiliarii Praesidentes Protestantium Consiliariis ex omnium cum ipsis per Caesareum Legatum et Oratorem itemque Consiliarios Praesidentes institutarum actionum fide demonstrare, se in his rebus nullo usquam modo defuisse sed potius omni studio contendisse neque etiam in praesenti de sua industria et opera quicquam remittere aut remissuros esse, quod ulla forsan ex parte ad huius negotii felicem et optatum successum conducere et pertinere uideatur. Ipsi etiam, si uelint, meminisse possint, qua ratione Consiliarii praesidentes ex consilio Caesarei Legati et Oratoris, quum utrinque flagitaretur, de forma et processu colloquii egerint et ad finem hunc impetrandum omnes uias ac modos, unde concordia et amicitia reduci queat, exquisiuerint: ceu id omne rerum huc usque gestarum fides testatur. Vt autem in tali negotio progressus fieri possit ipsique luculenter intelligant, quem ad modum huius colloquii processus institui debeat, non possunt non Consiliarii praesidentes Ordinum Protestantium Legatis indicare dubium, quod statim ab initio de suffragiorum ratione, quae in Recessu Hagenoensi et Rescripto Caesareo memoratur, ortum sit Caesareo Commissario et Oratori eidemque hinc occasionem dederit saepius saepiusque Consiliariis praesidentibus significandi, eam in colloquio habendo de suffragiis ferendis mentem

mentem esse, ut nimirum, quum ex praescripto Recessus Haganoici in utraque parte undecim Ordines essent et cuiusque Ordinis persona unum suffragium haberet atque ita singulae partes non undecim plus suffragiis gauderent, non ex utraque parte suffragia colligerentur atque adeo uiginti duo numerarentur illincque etiam pluralitas suffragiorum utrinque obseruaretur, sed ut singulae partes suis inter se suffragiis uotisque, quantum fieri possit, unam in re proposita sententiam decernerent eamque hinc ex uno quasi ore aut scripto ad Caesareum Legatum et Oratorem itemque Consiliarios praesidentes deferrent. Vt igitur hac in re Caesareae Regiaeque Maiestati satis fiat et abunde, ut etiam rixae et uerba, ex quibus offensiones concitari queant, euitentur, placuit Oratori et Legato Caesareo itemque Consiliariis praesidentibus, ut cum suffragiis ferendis ad Caesareae Regiaeque Maiestatis uoluntatem, ceu iam ante dictum est, in colloquio futuro agatur. Quod si uero contigerit, ut Ordines unius aut alterius partis non in unam conuenire possent sententiam, cuilibet permissum erit, suam sententiam sigillatim Caesareo Legato et Oratori itemque Consiliariis praesidentibus exhibere, porro etiam maioris partis sententia minori extradetur, ut colloquium propagari queat, sed minoris partis sententia apud Praesidentes usque ad relationem Caesareae Maiestati faciendam deponetur et in Comitiis futuris ad Caesaream Maiestatem referetur et remittetur. His igitur comparatis ut tandem ad ipsam rem progrediamur, Domini Consiliarii praesidentes suo et praecipue Oratoris et Legati Caesarei nomine petunt amice et benigne a Protestantium Legatis, ut ex dicto agendi modo tractare negotium ne recusent aut dedignentur. Si igitur placeret ipsis, quod sibi Domini Praesidentes cum Caesareo Oratore de iisdem large liberaliterque promittunt, tali ratione colloquium inchoare: offerrent ipsis statim Consiliarii praesidentes scriptum, quod pars Catholicorum in nonnullos Augustanae Confessionis et Apologiae traditae articulos exarasset, ut inde fusius res in controuersia positae agi et tractari iusto more possent.

Nn

Der Protestirenden Stände Bericht und Anwort auf der Praesidenten Erklärung der 22 Stimmen halben

Ehrwürdige, Wohlgebohrne, Ehrenveste und Hochgelehrte, gnädige und günstige Herren

ERstlich den Verzug belangend lassen wir es bey E. Gn. und Gunsten Entschuldigung wenden, hoffen E. Gn. und Gunsten haben auch vermerckt, daß wir nicht Ursach zum Verzug gegeben. Und auf den Artickel, darinnen eine Erklärung fürgewandt, daß im Haganoischen Abschied und Kaiserlichen Ausschreiben nicht die Meinung seyn soll durch die verordnete Stimmen ein mehrers zu machen sondern daß auf iedem Theil nur eine Stimme vorzutragen und, so etliche der weniger Theil nicht gleicher Meinung mit ihrem Theil seyn würden, daß dieselbigen ihr besonder Bedencken E. G. und Gunsten überantworten sollen, die würden Kaiserlicher Maiestet davon berichten rc. Auf diesen Artickel ist dies unsre Anzeige. Uns ist unverborgen, daß man allhie nicht zu schliesen hat, suchen auch nicht, daß mit den Stimmen ein mehrers zu machen. Wiewol wir aber nicht richten können, was Kaiserlicher Maiestet unsers allergnädigsten Herrn Meinung gewesen, wie bemeldt Ausschreiben und Abschied zu verstehen: so lauten doch die Wort also, daß ein Christlich Ge-

sprech soll gehalten werden von allen Artickeln ꝛc welches wir nicht anderst haben verstehen können, dann daß beede Part frey mit einander sich unterreden sollen und daß die Stånd oder Person dazu verordnet, so beede Part gegen einander gehört sind, mit gebührlicher Zucht und Christlich ein ieder seine Meinung sagen und daß der verordneten Stände keiner ausgeschlossen werden soll, also, daß seine Meinung nicht gehört oder nicht vor andre Stände gebracht würde. Wo nun diese Form iezund vorgeschlagen vorgenommen würde, daß der mehrere Theil unter den elfen den ihren eine besondre gestellte Meinung vorhalten sollen und arbeiten, daß die alle zugleich darein bewilligen: so müssen etliche zuvor ihre Stimmen geben, ehe dann der Gegentheil gehört ist. Dieweil nun solches eine Unordnung: haben wir das Kaiserliche Ausschreiben und den Abschied dermassen nicht verstanden. Zum andern ist viel beschwehrlicher, so derer Stimmen im Gespräch nicht sollen gehöret werden, welche nicht gleicher Meinung sind mit dem mehrern Theil auf ihrer Seiten. Denn was ist das anders, denn verordnete Fürsten und Stände aus dem Gespräch auszuschliesen? Welches unsers Achtens die Meinung nicht ist im Abschied und Kaiserlichen Ausschreiben, und kan dadurch wol geschehen, daß die wenige Personen ausgeschlossen werden, so zum Frieden und Vergleichung auf beeden Seiten mehr denn andre rathen. Zum dritten. Es haben E. Gn. und Gunsten neulich reden lassen, daß diese Zahl der Personen zum Gespräch nicht derhalben verordnet ein mehrers zu machen sondern daß eine gewiese Zahl sey der Personen, so reden sollen. Wo es nun noch diese Deutung, die uns iezund erst vorgehalten, nachdem wir zwey Monat allhie gewesen, haben sollt: so würden nur zwo Stimmen seyn. Zum vierten. Nachdem sich auch vornehmlich in Religion-Sachen zutragen kan, daß der wenigere Theil eine bessere Meinung hat, wie in Historien und Rechten anzeiget wird: sollt billich auch des wenigern Theils Meinung im Gespräch gehöret werden. Zum fünften. So halten wir es dafür, daß E. Gn. und Gunsten selbst das Ausschreiben und den Abschied vor dieser Zeit nicht anderst verstanden, da von den Notariis geredet worden, und mit claren Worten gesagt, daß die Meinung eines ieden zum Gespräch verordnet fleisig soll von den Notariis verzeichnet werden. Wiewol wir nun nicht suchen, daß man ein mehrers machen soll, wollten auch nicht, daß in diesen Sachen nach den mehrern Stimmen sondern nach GOttes Wort gesprochen würde. So halten wir doch, daß dieses des Ausschreibens und Abschieds Meinung sey, daß in der verordneten Zahl kein Fürst oder Stand ausgeschlossen werde. Und so iemands Meinung nicht sollte gehöret werden, können wir nicht anderst verstehen, dann daß dieselbigen als ausgeschlossen gehalten seyn sollten. Dieweil nun diese neue Erklärung den Worten des Ausschreibens und Abschied ungleich und diese Absurditet mit bringt, daß verordnete Fürsten und Stände sollten ausgeschlossen seyn, haben wir Bedencken dieser Form halben von wegen unsrer Mandaten. Im andern Artickel ist diese Condition und Maas angehengt, daß, wo uns bemeldte Anzeigung gefällig, so vom Gegentheil allein des mehrern Theils Meinung uns vorgehalten würde, so sollt in diesen Handlungen fortgeschritten werden. Auf diese Condition und

Maas

Maas ist unser Antwort iezund gehört. Darüber bringt dieser Artickel auch eine neue Form mit sich, nemlich, daß der Gegentheil eine Schrift gestellet hat, die wolle man uns zu stellen. Darauf ist dies unsre Antwort. Wiewol den unsern vielleicht mit Schriften zu disputiren leichter seyn würde, gleichwol, so diese Form dem Haganoischen Abschied wol ungemes, wissen wir nicht darein zu willigen. Dann solch Schreiben würde ohn Ende seyn. So wäre auch nicht Noth gewesen, daß so viele Personen anher zusammen kommen, so man schriftlich handeln und die Sach in so langen Verzug bringen wollt. Denn so der Gegentheil in so viel Wochen an einiger Schrift gearbeitet, wie langsam wird dieses Werck fürohin gefürdert. Weiter so allein dieses die Meinung ist, daß uns kurze Artickel vorgehalten werden, dadurch die Lehre in unsern Kirchen verdammt, oder sollen als Linderung seyn, die nicht in der Wahrheit gegründet sondern allein zum Schein gericht, können wir solche Artickel desto weniger annehmen. Diese Form ist dem Haganoischen Abschied vielmehr entgegen, welcher vermag, daß dieses ein Christlich Gesprech seyn soll, das ist, darinnen die Wahrheit gesuchet werde durch freundliche Unterrede, darinnen alle verordnete ihre Meinung mit erbarlicher Zucht sagen mögen. Wo nun die Lehre, so unsere Kirchen bekennen, recht befunden: bedarf es unsrer halben nicht neuer Artickel. Wo aber etwas unrecht befunden: ist besser dasselbig offentlich zu verwerfen, dann mit angestrichner Farbe die Leut in Irrthum lassen. Es sind grosse Sachen und Christlicher Kirchen nöthig, davon wir reden, die sich mit blosen Artickeln nicht lassen zuscharren; sondern ist noth, daß die Wahrheit gesuchet werde. Darum zu wünschen, daß dies Gesprech laut der Haganoischen Form vorgenommen. Und so darinn um Kürze willen bisweilen aus beeder Part Bewilligung schriftliche Declaration zu übergeben zu Fürderung der Sachen ist solches nicht zu verwehren. Daß aber E. Gn. und Gunsten den Gegentheil *Catholicos* nennen, haben wir vielmal bezeuget, daß diese Lehre, so unsre Kirchen bekennen, gewieslich die wahrhaftige einhellige Meinung seye der rechten Catholischen Kirchen Christi, haben uns auch alle Zeit zu Christlicher Verhör erbotten. So wird sich auch in diesem Gesprech finden, welche billig Catholici zu halten. Darum ist unsre Nothdurft diese Beschwehrung nicht zu verschweigen. Bitten derhalben abermals, daß das Gesprech laut des Haganoischen Abschiedes vorgenommen werde, welches, nachdem unsre Herren und Obern nicht anderst haben dann laut der klaren Worte verstehen können, haben sie uns nicht andere Mandata und Befehl gegeben dann bemeldtem Abschied gemäs. Wo eine andere Form uns zum Nachtheil gesuchet würde: protestiren wir, daß an Chur- und Fürsten, auch Ständen und Städten der Augspurgischen Confession verwandt unsern gnädigsten, gnädigen Herren und Obern und uns als Gesandten zu diesem Gesprech verordnet, dasselbige vorzunehmen, zu fördern und zu halten, kein Mangel gewesen

Der Churfürsten, Fürsten, Ständ und Städte der Augspurgischen Confession verwandt Räthe und Gesandte

Oo

Protestantes ad Responsionem Praesidentium nomine XXII suffragiorum &c

Reuerendi, generosi, nobiles et praestantes uiri

DVm moras excusamus, diutius res extrahitur et arbitramur constare, quod nec nos in mora fuerimus. In articulo de suffragiis dictum est, nequaquam hanc esse sententiam Rescripti ac Recessus Hagenoensis, ut pluralitas suffragiorum quaeratur, sed in qualibet parte unam sententiam proponendam esse. Et, si qui pauciores dissentirent a suis, horum paucorum sententiam non esse proponendam alteri parti sed adseruandam et Caesareae Maiestati exponendam. Ad hunc articulum breuiter respondemus. Scimus, hic non esse concludendum, nec petimus, ut pluralitas suffragiorum quaeratur: sed, quanquam de mente Caesareae Maiestatis, quomodo uelit intelligi Rescriptum et Recessum, non possumus iudicare, tamen uerba iubent, institui Christianum et amicum colloquium de singulis articulis, quae aliter non potuimus intelligere, quam de mutua et libera collatione, in qua delecti suo quisque loco rebus agitatis pie et modeste dicere possint, quod sentiunt, et ne qui delecti excluderentur, quo minus eorum sententiae audirentur et proponerentur. Iam si hac noua forma proxime proposita utendum est, ut undecim prius dictata proponant suis et petant, ut assentiantur: prius aliqui iubentur dicere sententias, quam altera pars audita est. Hoc quum sit absurdum, nos non sic intelleximus Rescriptum et Recessum. Deinde multo durius est, si aliqui pauci dissentiant a pluribus, quod horum sententiae non sint audiendae aut proferendae. Hoc, quid aliud est, quam delectos Principes ac Status excludere ex colloquio, quod uidetur alienum esse a sententia Rescripti ac Recessus. Et fortassis excluderentur hoc modo ii, qui dicent moderatiores sententias in utraque parte. Tertio dictum est nuper a nobis, numerum delectum esse, non, ut pluralitas suffragiorum quaeratur sed ut sint certae personae colloquentes. Iam secundum hanc interpretationem, quae nunc primum nascitur, postquam duos menses in Conuentu fuimus, essent tantum duae personae, quae dicerent sententias. Quarto quum fieri possit in talibus negotiis, ut paucorum sententia sit melior, sicut ipsa iura dicunt, cur non horum etiam sententiae hic audiendae et proferendae essent. Quinto, arbitramur, et a uobis non aliter initio intellectum esse Rescriptum et Recessum; quum de Notariis ageretur et clare diceretur, singulorum sententias fideliter perscribendas esse. Vt igitur non disputamus de pluralitate suffragiorum, ne uelimus ex numero suffragiorum sed ex uerbo Dei has res iudicari: ita sentimus, hanc mentem esse Recessus Hagenoensis, ut in hoc numero constituto sententiae singulorum Principum et Statuum audiantur et proferantur. Et, si quorum sententiae non audirentur, ii re ipsa ex colloquio exclusi essent. Quum igitur illa noua interpretatio cum uerbis Recessus et Rescripti pugnet, et gignat absurdam sententiam, uidelicet de excludendis aliquibus delectis Principibus uel Statibus: haec formula mandatis nostris non congruit. Alter articulus habuit conditionem: si placeret nobis, ut maioris partis sententiae proferrentur, inchoandum esse negotium. De hac conditione iam respondimus. Deinde ipse articulus nouam formam agendi proponit: ait, composuisse iam aduersarios scriptum, quod sint nobis exhibituri. Ad haec breuiter respondemus. Etsi nostri fortasse stilo facilius possent disputare: tamen, quia haec forma dissentit ab Hagenoensi decreto, non recipimus eam. Quis enim esset finis aut modus talium scriptionum? Nec opus fuisset tali Conuentu, in quo tot personae magno sumtu commorarentur. Aduersarii tot iam septimanis uix composuerunt scriptum, quid futurum est de caeteris? Deinde si hoc agitur, ut breues articuli tantum proponantur, qui

qui uel damnent nostros uel sint fucosae moderationes : multo magis repudiamus. Nam haec uia omnino dissentit ab Hagenoensi Recessu, qui uult esse Christianum colloquium, h. e, in quo ueritas mutua ac libera collatione inquiratur. Ac si constabit, genus doctrinae, quod Ecclesiae nostrae profitentur, uerum esse : nihil nobis opus erit nouis articulis, Quae non sunt uera, satius est ingenue damnare et reiicere quam fucosa interpretatione excusare. Magnae et graues res sunt, de quibus disputamus, et necessariae Ecclesiis. Quare hae controuersiae non possunt breuibus et nudis articulis obrui: sed ueritas patefacienda est. Seruetur ergo forma Hagenoensis et instituatur colloquium: in quo, si breuitatis caussa interdum consensu partium scriptae declarationes exhibendae erunt, ut citius negotia absoluantur, id non recusabimus. Nam magnitudo rerum postulabit fortassis interdum longiorem explicationem. Quod autem a uobis aduersarii uocantur Catholici, toties iam testati sumus, genus doctrinae, quod profitemur, uere esse consensum Catholicae Ecclesiae Christi, et semper obtulimus nos ad uerae Ecclesiae iudicia. Et res in hoc ipso colloquio patefiet, utri sint Catholici. Ideo praeiudicium est detrahere nobis Catholicorum adpellationem, quod non fuit nobis dissimulandum. Rursus igitur petimus, ut instituatur Colloquium iuxta formulam Hagenoensem. Quam quum non potuerunt intelligere Domini nostri aliter quam iuxta perspicua uerba, ut dictum est : non potuerunt alia mandata dare nisi consentanea illi formulae. Sed si aliae formae praeiudiciales quaerentur : nos protestamur &c &c, Principes ac Status coniunctos Augustanae Confessioni et nos horum Legatos et Nuncios destinatos ad colloquium non defuisse officio in hoc negotio.

Pp

Responsio Protestantium ad Dominum a Granuela ratione suffragiorum

Illustris Domine. Ea, quae nobis Excellentia uestra heri cum magna significatione bonae uoluntatis proposuit de redigenda colloquii forma ad paucorum congressum et collationem coram Excellentia uestra, quod haec forma uideretur utilior futura, diligenter retulimus ad Legatos et Nuncios Principum ac Statuum Coniunctorum Augustanae Confessioni. Animaduertimus autem et antea et in actionibus huius conuentus, Excellentiam uestram cupere tranquillitati communi consulere : pro hac uoluntate uestra merito gratias agunt Excellentiae uestrae omnes Principum ac Statuum Legati et Nuncii, qui adsunt, et Excellentiae uestrae magno studio commendant curam publicae pacis Germaniae. Quod autem ad formam colloquii mutandi attinet, ita res se habet. Principes et Domini nostri mandata suis dederunt, ne discedant a forma Hagenoensi et Caesareae Maiestatis Rescripti. Quare quum heri responderimus ad ea, quae nobis proposuerunt Domini ad gubernandum publicum colloquium constituti : decretum est a Legatis et Nunciis Principum ac Statuum huius partis expectare ipsorum responsum ac orant, ut Excellentia uestra boni consulat, quod a mandatis Principum et Dominorum suorum in re tanta discedere non possunt. Haec uoluerunt Legati et Nuncii Principum ac Statuum coniunctorum Augustanae Confessioni Excellentiae uestrae eorum nomine a nobis responderi, qui diligenter ac reuerenter et publicam caussam et sese Excellentiae uestrae commendant eamque rogant, ut hactenus fecit, ut consilia et auctoritatem ad Germaniae pacem retinendam conferat.

Qq

Der Protestirenden Antwort verteutschet, wie die dem Kaiserlichen Orator Lateinisch gegeben und auch mutatis mutandis den Cöllni-

 schen

schen und Pfälzischen Räthen vorgetragen worden / Ringerung der Stimmen belangend

Gnädiger Herr. Ew. G. gestriges Tages geschehene Anzeig und Begehr, daß die Handlung in den Religions-Sachen durch etliche wenige Personen möchte in E. G. und anderer Gegenwärtigkeit und Beyseyn vorgenommen werden, damit dieser Tag nicht ohn End und Frucht abgienge, dieweil der Weg des Hagenoischen Abschieds nicht möchte vorgängig seyn zc sind die Räthe und Gesandten der Chur- und Fürsten Stände und Städte der Augspurgischen Confession berichtet worden. Und daß sich E. G. in diesen Sachen, wie vermerckt, so viel bemühen, die Dinge zu einem fruchtbarn und guten Ende zu richten, das thun sie sich gegen E. G. ganz dienstlich bedancken, mit Erbieten, solches gegen ihre Gnädigsten, Gnädige Herren und Obern zu rühmen. Und wiewol sie geneigt E. G. dienstliche und freundliche Willfahrung zu erzeigen: so wissen sie doch E. G. nicht zuverhalten, daß sie von ihren Herren und Obern anher das Christliche Gesprech Inhalts der Kais. Maiestet gnädigsten Bewilligung auf dem Hagenauischen Abschied vorzunehmen mit Befehl und Mandaten abgefertigt, darauf sie sich auch viermals vernehmen lassen und gebetten, solch Gesprech ins Werck zu bringen und bitten nochmals darum, daß solches geschehen möge. Denn ihrenthalben soll, ob GOtt will, ganz und gar keine Ursache nicht befunden noch vermercket werden, warum solches nicht geschehen. Da aber dies Gesprech, wie zu Hagenau verabschiedet, und die Kaiserliche Maiestet gnädigst bewilligt, nicht möchte seinen Fortgang reichen: so müssen sie solches auch geschehen lassen Und dieweil sie mit Befehl auf solch Gesprech und kein anders, davon ihre Herren und Obern nicht wissen haben, auch nicht bedencken mögen, daß solche Veränderung allhie vorfallen sollte, abgefertigt, so wissen sie sich aus ihrem Befehl nicht zubegeben. Und lassen es bey der Anzeige, welche sie gestrigen Tags den Herren Praesidenten Teutsch und Lateinisch zugestellt, wenden, mit Bitte, daß ihnen darauf Antwort, sich darnach zurichten, wiederfahren möge zc

Rr

Protestantium Responsum Comiti de Manderschidt Coloniensi et Consiliariis Palatini exhibitum

Generose Comes, nobilitate et uirtute praestantes uiri

INtelleximus ea, quae iam iterum proposuistis, de forma colloquii mutanda, uerum ita, ut res agatur per pauciores, id idoneos ad dirimendas discordias saluis Recessibus superiorum conuentuum et praesertim Hagenoensis, et commemoratae sunt caussae, cur ad aliam formam nunc decurratur, quia de suffragatione inciderit quaedam dubitatio et quia periculum sit, in tanta multitudine uidelicet inter personas duas et uiginti non futuram placidam et sedatam collocutionem et fortassis has altercationes publicas magis accensuras esse animorum odia. Adhaec plerique dicta in publico et frequenti coetu maiore pertinacia tuentur. Vt igitur hic cum fructu aliquid agi posset et uitarentur offensiones maiores et Caesarea Maiestas certo informari posset, quae controuersiae reliquae essent, ut de iis in proximo conuentu deliberaretur, rursus petitum est, ne hanc formam arctioris colloquii recusamus.

reimus. Adiecta est et commemoratio de uoluntate illustrissimorum Principum Archiepiscopi Coloniensis et Palatini, quod mandata uobis dederint omnia diligenter agendi et promouendi, quae ad piam concordiam profutura uideantur, quam ad rem uos ipsos uestra uoluntate libenter omne studium et omnem operam collaturos esse ostendistis. Significastis etiam, optimam esse uoluntatem Caesareae Maiestatis Domini nostri clementissimi et illustris Domini Commissarii Imperatorii. Harum caussarum commemoratione ad hanc formam arctioris colloquii nos adhortati estis, quae quidem in oratione uestra luculenter expositae sunt. Postquam igitur Legatis et Nunciis Principum et Statuum coniunctorum Augustanae Confessioni petitio uestra exposita est, in hanc sententiam responsum est. Principio non dubitant, illustrissimos Principes Electores Archiepiscopum Coloniensem et Palatinum sic erga rempublicam Christianam animatos esse et eam beneuolentiam esse ipsorum erga Principes et Status coniunctos Augustanae Confessioni, ut cupiant piis et salutaribus consiliis concordiam ecclesiarum et pacem reipublicae constitui. Hunc animum suum aliquoties re ipsa declarauerunt, quum ipsorum labore et diligentia saepe pax constituta est. Vicissim uero Principes nostri et coniuncti Status semper cum singulari gratitudine hanc egregiam uoluntatem et haec beneficia praedicauerunt et illis gratias agunt. Speramus etiam in multis actionibus satis intellectum esse, nostros Principes et coniunctos Status maxime expetere pacem et semper optasse, ut concordia ecclesiarum piis modis constitueretur, nec defugere publicas deliberationes salutares ecclesiis. Itaque quum Francofordiae cum Oratore Caes. Maiestatis Archiepiscopo Lundensi deliberatum esset et conuenisset de instituendo colloquio, in quo ageretur de ecclesiis pie conciliandis: optabant nostri Principes et coniuncti Status colloquium illud ea forma institui, et hac spe miserunt consiliarios suos et theologos ad conuentum Haganoensem. Nec nostra culpa factum est, quo minus tunc procederet colloquium. Caeterum Regia Maiestas et Electores ac Principes, qui tunc adfuerunt, dederunt recessum de alia forma, quam eatenus acceperunt Legati et Nuncii nostrorum Principum et Statuum, ut dicerent, se relaturos ad deliberationem dominorum suorum. Quum autem Caesarea Maiestas clementer rescripsisset de colloquio hic instituendo: rursus huc missi sunt Legati et Nuntii nostrorum Principum et Statuum coniunctorum cum certis mandatis, ut colloquium iuxta formam in Rescripto Caesareae Maiestatis et Recessu Haganoensi perscriptum inchoaretur, sicut iam saepe petiuimus. Nec nos praebuimus morae caussam. Quanquam autem maxime cuperemus et uestrae petitioni et illustris Domini de Granuel Commissarii Imperatorii uoluntati morem gerere: tamen facile existimare potestis, nos non posse discedere a mandatis et omissa forma Haganoensi aliam amplecti, sicut antea etiam nos illustri Domino Commissario Imperatorio nos excusauimus. Videtis, quanta sit magnitudo caussae, quantum periculum. Agitur enim de gloria Dei, de ueris cultibus, de salute animarum. In tanta caussa sine mandatis relinquere uiam praescriptam magnum est periculum. Neque enim existimarunt Principes et Domini nostri, futurum, ut forma praescripta mutaretur; alioqui alia mandata dedissent. Multa enim concurrunt. Non fieret mutatio sine praeiudicio Recessus Haganoensis et aliorum superiorum Recessuum, quoquo modo id caueatur. Vix etiam duo aut tres uolent de caussa communi exclusis caeteris, qui adsunt, totum onus harum rerum agendarum in sese deriuare praesertim sine mandato et proposita alia forma et ubi non perscriberentur omnia dicta. Et hae controuersiae opus habent quadam examinatione. Iam si hoc agitur in illa arctiore forma, tantum, ut obiter cudantur articuli et quasi collusione quadam obruantur controuersiae, quantum in ea re periculi futurum esset, etiam atque etiam considerandum esset. Fortassis et in delectu perso-

narum

narum exclusis in altera parte moderatioribus adhiberentur iniquiores. Postremo si hoc quaeritur, ut Caes. Maiestati Domino nostro clementissimo clare et perspicue exponi controuersiae possint, multo commodior ad eam rem uia est, si iuxta formam Haganoensem fiat quaedam placida examinatio et argumenta et dictae sententiae diligenter perscribantur. Rogamus igitur, ut boni consulatis, quod in tanta caussa, tanto periculo, sine mandatis aliam formam colloquii praeter Haganoensem non amplectimur. Nosque diligenter illustri Domino de Granuel Commissario Caesareae Maiestatis excusatis, his caussis, quas recensuimus, commemoratis. Cuius uoluntatem quum intelligamus optimam esse erga Germaniam, nulla in re ei deesse nostra obsequia patiemur, quae saluo officio praestare possumus. Rogamus item, ut nobis ad scriptum proxime exhibitum reuerendis, generosis, nobilibus et praestantibus uiris destinatis, ut praesint colloquio, respondeatur, ut tandem aliquid certi habeamus. Vestram uero diligentiam, uestra studia commemorabimus nostris Principibus et Dominis. Quibus gratissimam fore hanc erga ipsos et rempublicam uoluntatem uestram non dubitemus. Nosque Vobis gratias agimus et nos ipsos studiose Vobis commendamus ac nostra officia deferimus

Responsum exhibitum Comiti de Manderschidt Coloniensi et Consiliariis Palatini ultimo Decembris

1540

Ss

Der Praesidenten Antwort auf der Protestirenden iüngst ihnen übergebnen 2 Schriften mit Nn und Oo signirt

Nachdem der Kaiserliche Orator und die Praesidenten bisher etlichen Wegen, wie das vorhabende Christliche Gesprech gehalten werden soll, nachgedacht. Und aber die Wege bisher vorgeschlagen bey beeden Theilen nicht einhelliglich angenommen haben werden wollen. Damit dann an allem ihren Fleise nichts erwinde, haben sie den Sachen weiters nachgedacht und nach vielerley Handlung, so dazwischen gelaufen, keinen andern Weg, der zu gehn verhoffentlichsten, finden mögen, dann nachfolgender Gestalt. Zum ersten, daß zween Collocutores, einer von den eilf Chur- und Fürsten Räthen, der andere von den protestirenden Chur-Fürsten, Fürsten und Stände Räthen und Botschaftern gegeben, und daß ein ieder derselben die Meinung des mehrern Theils seines Theils mündlich vertragen und sich dann dieselben zween Collocutores im Beyseyn aller Stände und Personen zu Colloquio deputirt und ernennt mit einander darüber freundlich und gütlich unterreden und Gesprech halten sollen. Es soll auch nach vollendeter Rede der Collocutorum den andern, ob sie etwas zu der Meinung ihres Theils zuthun wollten, doch nicht anderst denn mit Erlaubnis des Kaiserlichen Orators und der Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet, zugelassen seyn. Es soll ferner des wenigern Theils Meinung dem Kaiserlichen Oratori und Praesidenten zugestellt und nach des Orators Bedencken entweder hinter den Orator und Praesidenten bis zu der Kaiserlichen Maiestet und der Stände Relation behalten oder dem Gegentheil überantwortet werden. Doch soll dadurch der wenige Theil nicht verbunden seyn des mehrern Theils Meinung nachzufolgen; es werde denn anderst durch die Kaiserliche Maiestet

Maiestet und die gemeinen Stände des Reichs, wie sich gebüret, erkläret. Zum andern sollen in solchem Gesprech nicht alle Reden sondern allein die endliche Meinung und Sententiae, in den man eins oder strittig bleiben würde, durch die Notarien aufgeschrieben werden. Zum dritten. Doch soll dieser Proces den Augspurgischen, Hagenauischen und andern angenommenen Abschieden in alle Wege unabbrechlich seyn und dieselben bey ihren Würden und Kräften bleiben. Doch will ihme der Orator vorbehalten haben vermöge seines Gewalts ihme von Kaiserl. Maiestet übergeben der Kaiserlichen Maiestet Gemüt und Meinung nach Gelegenheit der Sachen in Fürgang derselben weiter zu erklären

V. L.

Responsio Praesidentium ad Protestantium scripta duo proxime tradita, quae litteris Nn et Oo signantur, data

POstquam Caesareae Maiestatis Orator et Consiliarii praesidentes de uariis modis colloquii Christiani in praesentia habendi, secum deliberarunt ; modi autem, qui hucusque proponebantur, ab utraque parte non unanimi consensu accipi uoluerunt ; ne igitur suam in ulla re industriam desiderari patiantur : totum hoc negotium ad examen ulterius uocarunt et post multiplices actiones, quae interuenerunt, nullum alium modum, quem ineundum sperare poterant, deprehenderunt, quam sequentem. Primum ut duo collocutores, unus ab undecim Electorum et Principum Consiliariis, alter a Protestantium Electorum, Principum et Ordinum Consiliariis et Legatis dentur utque singuli sententiam suae partis, quae ex plurium suffragiis constet, coram proponant atque adeo collocutores isti duo in praesentia omnium Ordinum et Virorum ad colloquium destinatorum et denominatorum secum amice et benigne caedant sermones. Porro etiam liceat post finitam Collocutorum disputationem aliis, si quid ad sententiam suae partis adiicere uelint, uerba facere, non tamen aliter quam ex concessione Caesarei Oratoris et Consiliariorum praesidentium. Adhaec minoris partis sententia Caesareo Oratori et Praesidentibus exhibeatur, quae secundum Oratoris uoluntatem aut in manibus Oratoris et Consiliariorum praesidentium usque ad relationem Caesareae Maiestati et Ordinibus faciendam reseruabitur aut parti contrariae tradetur. Sed tamen minor pars non tenetur maiorem sequi ; nisi uero per Caesaream Maiestatem et Ordines imperii, ceu par est, statuetur. Secundum ut in tali colloquio non omnes propositiones sed tantum conclusiones et sententiae, in quibus aut consensus aut dissensus est, per Notarios excipiantur et transcribantur. Tertium ; sed tamen ut res ista et caussa non Augustanis et Hagenoicis et aliis acceptis Recessibus ullo modo noceat officiatque ; quum illi suo ualore et pretio constare semper debeant. At uero Caesareus Orator reseruat sibi ex plenipotentia, quam a Caesarea Maiestate accepit, augustissimi Imperatoris animum et uoluntatem pro re nata in ipsius successu fusius explicare

Tt

Protestantium responsum ratione suffragiorum &c

Reuerendi, generosi, nobiles et praestantes uiri

TOties obtulimus nos ad colloquium iuxta Recessum Hagenoensem et Rescriptum Caesareae Maiestatis Domini nostri clementissimi. Nam Deus testis est, nos ex animo optare, ut concordia ueris modis constituta et gloria Dei fiat illustrior et Germania sit tranquilla. Rursus autem die dominico nobis forma proposita est, in qua nouis conditionibus circumscribitur

Q

Theilen vorgebracht durch die Notarien aufgeschrieben werden sollen. Zum dritten. So viel aber die Vorbehaltung der Protestationen, so hin und wieder geschehen, auch die Abschied belangt, item ob die Meinung des mehrern Theils der Meinung des mindern Theils nachtheilig seyn soll oder nicht, und denn ob solches zu der Kaiserl. Maiestet und der Stände dieses Reichs Erkenntnis und Erörterung zu stellen sey, ist für gut angesehen, daß es keiner längern Disputation bedürfe sondern daß ein ieder Theil, was sie deshalben vorbringen wollen, auf künftigen Reichs-Tag der Kaiserlichen Maiestet und den Ständen des Reichs, so derhalben Resolution und Bescheid geben werden, anbringen mögen.

V. L.

Praesidentium responsio et explicatio ulterior in Protestantium libellum proxime traditum facta, quae ad duos Collocutores et alia plura pertinet

SAcrae Caesareae Maiestatis Domini nostri clementissimi Commissarius et Orator itemque Domini Consiliarii praesidentes acceperunt a Protestantium Ordinum Consiliariis et Legatis ad decretum nuper factum et utrique parti iniunctum responsionem ex eaque computarunt rationes atque hinc sequentia monenda dictisque iam ante Consiliariis et Legatis proponenda decreuerunt. Primum indicetur Protestantibus, liciturum esse, ut, si quis ex ipsorum parte de rebus ad se pertinentibus conformiter luculenterque agere et loqui uelit, in medium sententiam producat suam. Secundum fieri debere, ut non conclusiones tantum sed et argumenta et rationes utrinque citata per Notarios excipiantur et conscribantur. Tertium, quantum ad reseruationem Protestationum passim passimque factarum et ad Recessus itemque ad dubitationem, num sententia maioris partis sententiae minoris partis detrahat, an non, porro etiam num ista res Caesareae Maiestatis et Ordinum cognitioni et arbitrio relinquenda sit, attinet, placuit Consiliariis praesidentibus non longiori inhaerere disputationi sed potius monere, ut singulae partes, quodcunque hac de re agere uelint, in Comitiis futuris ad Caesaream Maiestatem et imperii Ordines, qui pro auctoritate caussas decident, deferant et transmittant.

Ww

Protestantium Responsio Praesidentibus Latine exhibita

LEgati et Nuncii Electoris, Principum et Statuum coniunctorum Augustanae Confessionis ad articulos hodie datos nomine illustris Domini Oratoris Caesareae Maiestatis et Dominorum, qui destinati sunt, ut praesint huic colloquio, ita respondemus. Quanquam sperassemus, fore propter tot honestas caussas, quas recensuimus antea, ut colloquium sic institueretur, ut liberum esset duobus et uiginti destinatis palam in ipso consessu dicere, quod sentirent: tamen, quia in responsione de eo articulo nihil nominatim dictum est; intelligimus, id eo praeteriri, quia denegetur. Quum autem nuper in proxima responsione nos, etiamsi id, quod petebamus, de libera omnium destinatorum suffragatione non concederetur, obtulerimus tamen ad pium colloquium, ne quisquam queri possit, nos defugere explicationem caussae nostrae: ita nos rursus offerimus, iuxta illud nostrum responsum. Et quum hodie declaratio proposita sit, audita collocutoris sententia, nostris petentibus licere adiicere, quae uolent: hunc articulum amplectimur &c. Placet etiam, quod non nudas conclusiones sed declarationes et argumenta inter colloquendum scribi conceditis. Petimus autem, nobis exempla seu copias omnium Actorum tradi, sicut antea nobis promissum est. Tertius articulus de Protestationibus, de Conuentuum decretis et an reiiciendum sit

ad futurum conventum, utrum minor pars maiori adsentiri debeat, quia haec proprie non pertinent ad institutionem colloquii et tamen res extrahitur per tales disputationes alienas a praesenti negotio, respondemus breuiter eadem, quae nuper de hoc ipso tertio articulo respondimus. Exposuimus enim, quid non probemus. Et petimus, ne colloquium diutius differatur, quod non nostra culpa tamdiu dilatum est, ac nos offerimus, ut iam dictum est.

Der Protestirenden fernere Antwort und Begehr ꝛc den Praesidenten übergeben Teutsch den 12 January

DEr Churfürsten, Fürsten, Stände und Städte der Augspurgischen Confession und derselbigen Religions-Verwandten Räthe, Gesandten und Botschafter haben die Artickel, welcher sich der Kaiserlichen Maiestet unsers allergnädigsten Herrn Comissarius und Orator samt E. Gnaden und Gunsten entschlossen, heut vor Essens angehört und vernommen. Und hätten sich gänzlich versehen, E. Gnaden und Gunsten würden in Betrachtung der wohlgegründeten guten Ursachen in ihr der Räthe und Gesandte obgemeldten nechst übergebnen Schriften auch zuvor zu mehrmalen vermeldet, nicht geweigert haben, daß in diesem vorhabenden Christlichen freundlichen Gesprech eine iede Person, so zu den 22 Stimmen vermöge des Hagenoischen Abschieds, Kaiserlichen Maiestet Ausschreibens und E. Gnaden und Gunsten Selbst-Erklärung verordnet worden, ihre Meinung frey und unverstrickt hätte sagen und vorbringen, damit man destobas zu Christlicher Vergleichung vermittelst göttlicher Gnaden kommen mögen. Dieweil ihnen aber in iezigen E. Gnaden und Gunsten Antwort auf obgemelt und zuvor zum ostermal fleisig Anhalten und Bitten keine Antwort oder Bescheid gestellet, müssen sie es dahin stellen, daß keine Antwort (wie man zusagen pflegt) auch eine Antwort und das also verstehen, daß das solches abgeschlagen sey. Nachdem aber gemeldte Räthe und Botschafter sich in ihrer nechsten Antwort vernehmen lassen, wo der obgenannte Weg der freyen Stimmen ie zu erhalten ohnmöglich, daß sie nichts destoweniger Bericht ihres Glaubens und Lehre zu geben und sich zu solchem Christlichen Gesprech vermöge derselben ihrer gegebnen Antwort einzulassen ohne Scheu geneigt und E. Gnaden und Gunsten ihnen in dem ersten Artickel heutiger Verhaltung ihrer Bitte nach zu lassen, daß ihnen ihre Meinung, so sie solches begehren würden, vorzubringen, nicht abgeschlagen werden sollen, so lassen sie es auch dabey beruhen. Dergleichen, dieweil auf der Räthe und Gesandten vielfältig Begehren sich E. Gnaden und Gunsten erklären, daß nicht allein die Schlus-Reden sondern auch die Argumenta und Ursachen von beeden Theilen fürbracht und also die ganze Handlung durch die Notarien aufgeschrieben werden sollen, so lassen sie es auch dabey wennden, doch, daß solcher Act- und Handlung ihnen vollkommen Abschrift und glaubwürdige Copia zugestellt und nicht abgeschlagen werden; wie ihnen denn solches hievor durch E. Gnaden und Gunsten zugesagt und unsrer gnädigsten, gnädigen Herren und Obern Nothdurft erfordert. Und nachdem der dritte Artickel in E. Gnaden und Gunsten Antwort verleist nichts zu diesem Gesprache thut, sondern vielmehr allerley Disputation erregen möcht, so wissen die Räthe und Gesandten obgemeldt denselben

rimus huic collocutioni, ut nostris liberum sit in publico coetu dicere sententias et ne id denegetur eis, quum se audiri petant, sicut etiam omnibus in altera parte, quantum in nobis est, liberum hoc relinquimus et concedi antea petiuimus et nunc quoque petimus. Quod uero dicitur, minori parti concedi, ut habeat libertatem dissentiendi a caeteris, nisi Caesarea Maiestas et Status Imperii pronuncient, ut, sicut conuenit, assentiantur pluribus, hoc in caussis religionis durum et iniustum est, in quibus inquirenda est ueritas ex uerbo Dei nec cogendi sunt homines, ut contra conscientiam recte institutam ex certo uerbo Dei aliis adsentiantur. Nam oportet Deo magis obedire quam hominibus. Ideo illi particulae in forma nos refragari necesse est. In secundo articulo dicitur, non argumenta sed tantum conclusiones, de quibus inter partes conueniet uel non conueniet, scribendas esse a Notariis. Etsi uitari nos quoque otiosam prolixitatem uolumus: tamen petimus, perscribi utriusque partis declarationes et argumenta atque ita totius tractatus acta diligenter conscribi. Quum enim hoc colloquium instituendum sit, ut inquisita ueritate Caesarea Maiestas et Principes ac Status informari possent et postea de concordia pia deliberare: haud dubie opus est, recenseri declarationes et argumenta. Ac nudae conclusiones propter obscuritatem multo magis irritaturae essent animos eorum, quibus hae controuersiae non penitus notescunt, quam placaturae. Quà ex re maiores animorum offensiones aut maiores discordiae secuturae essent: praesertim quum nudae sententiae uariis calumniis deprauatae sint a multis, ut ne sit mirum, ignaros ab his abhorrere. Deinde nec nos possemus acta huius conuentus integre recitare Principibus et Dominis nostris, nisi copias haberemus totius disputationis. Et uerba iuramenti Notariorum ostendunt, uos antea hoc uoluisse, ut non nudae conclusiones sed totius tractatus acta perscriberentur. Haec enim sunt uerba iuramenti: ut omnia et singula, quae proponentur, fideliter perscribant &c uos omnium et singulorum actorum copias nobis promisistis. Ideo non possumus huic articulo aliter, quam iam dictum est, assentiri. Postremo, quod adiectum est, ut sint salui Recessus superiorum Conuentuum &c. assentimur de Recessibus utrinque receptis et non aliter, et referimus nos ad superiores protestationes. Et quod ad declarationes attinet illustris Domini Commissarii, ea, quae uicissim nostra necessitas postulabit, commemorabimus. Atque haec ad ea, quae nobis proxime proposuistis, respondenda duximus ac rogamus, ne caussa diutius extrahatur

Der Protestanten Antwort / die Stimmen belangend 2c

Ehrwürdige, Wohlgebohrne, Edle, Ehrenveste, Gnädige und Günstige Herren

EV. Gnaden und Gunsten wissen, daß wir uns nun vielmaln haben vernehmen lassen, daß wir zum höchsten begehren, daß das Gespreche laut des Hagenauischen Abschieds und Kaiserlichen Ausschreibens vorgenommen würde. Und haben uns darzu oftmals erbotten, der Hofnung, daß es zur Erklärung der Wahrheit und also zu Christlicher Einigkeit, deren wir zum höchsten begierig sind, dienen werde. Uns ist aber am nächsten Sonntag eine Vorhaltung geschehen, darinnen bemeldter Hagenauischer Abschied abermalen mit neuen Zusäzen eingezogen, welche etwas fährlicher und zur Erforschung der Wahrheit unbequemer, dann die erste Vorhaltung zu achten. Bitten derowegen E. G. und Gunsten wollen unsre Antwort darauf günstiglich vernehmen. Zum ersten Articel wurde angezeigt, daß zwo Personen sollen verordnet werden als Collocutores,

selben nicht zu bewilligen, sondern lassen es des Orts bey ihrer iüngsten Antwort dem 5 January davon obgemeldt übergeben auch allen andern hievor beschehenen Protestationen beruhen. Und bitten demnach das Gespräch als bald anzufahen, dazu sie sich nun zum oftermal erbotten und hiemit, unangesehen, daß es nun so lang ohne ihre Schuld verzogen, nochmals erbotten haben wollen.

Xx

Colloquium Wormatiense

Praefatio Philippi Melanchthonis *

- - - - - - FOrtasse prodest extare ἰωλοκρασίαν Eccianam eo, ut boni et graues palam uideant, sophistas illos nec candorem nec studium ueritatis ad has tantas deliberationes adferre. Audiui Eccium gloriose iactitantem, posse se utramque partem tueri. Putat, de laude ingenii certari, non quaerit ueritatem, non studet consulere Ecclesiae; denique in hac caussa deploranda erat omnium lacrumis humani generis miseria, quod propter malum originis haec praestans natura primum horribili ira Dei, deinde ingenti mole calamitatum huius uitae et morte ipsa oppressa est. Praeterea imagine Dei in nobis deformata nunc in tenebris et contumacia perpetua contra legem Dei uersatur. Hoc tantum malum isti Epicurei extenuant. Sed haec relinquo cogitanda pio lectori: quum conferet utriusque conciones. Non arbitror autem, quenquam pium adeo lentum esse καὶ ἄχολον, ut sine fremitu Eccii sophismata et ineptas uerborum praestigias legere possit. Ludit uocabulis criminis, culpae, peccati capitalis; conuerrit testimonia, quae scit nihil contra nos facere, denique Socraticus disputator est, perpetuo suam sententiam occultat, tantum hoc agit, ut oppugnet aduersarium. Ingenue dicam, quod sentio. Saepe mihi et stomachum et bilem hae insidiosae tergiuersationes, captiones, γοητεῖαι mouerunt, quae Phormionem aut Pseudolum in Comoediis, non Theologum in explicatione doctrinae decent. Haec eo commemoro, ut cogitent studiosi, quantum sit periculi cum his - - - - congredi, seque ad similia certamina maiore cura praeparent ac primum quidem uera et salutaria Ecclesiae dicere studeant, deinde luceat in oratione tanquam in uultu ingenuitas dicentis sitque propria et simplex orationis forma, qualis Apelleis est color in tabulis. Haec ut efficiam, conniti me non exigua animi contentione multi norunt. Eccii uero uoluntatem longe aliam in hoc ipso congressu fuisse ipsius declamationes ostendunt, qui de industria quaedam inuoluit, deinde aperte falsa et impia attexit. Nam in postrema peroratione, quum multa insulsa cumulasset, quae indigna erant responsione, tandem Stentorea uoce clamitans confirmabat uulgatam sui gregis opinionem, quae agentes poenitentiam iubet dubitare, an Deo reconcilientur, iubet hos inuocantes Deum dubitare, an placeant, an Deus eorum preces accipiat, ac detorquebat eo dictum Salomonis, nescit homo an amore uel odio dignus sit. Illi uero doctores odio digni sunt, qui Salomonis dicto affingunt ethnicam sententiam. Sic Epicurei aut Pyrrhonii loquuntur, odium et amorem Dei incertum esse. Estne incertum displicere Deo Neronem? Sic in Ecclesia loqui furor est, in qua et conscius sibi sceleris expauescere iram Dei debet et agens poenitentiam certo statuere, se in gratiam recipi et exaudiri propter filium Dei. Extat uox Euangelii, quae est promissio condonationis. Additum est iusiurandum. Viuo ego, inquit Deus, nolo mortem peccatoris. Extat mandatum, ut promissioni credamus. Et nominatim fides toties postulatur. Haec omnia simul

* conf. Epist. Phil. Melanchth. ex edit. Londinensi pag. 74

mul obruit et delet opinio Ecciana, quae iubet dubitare. Quid dicat et uelit Salomon, non eſt obſcurum: modo dextre accipiatur eius dictum. De uariis euentibus in hac uita diſſerit, ut doceat nos nec efferri blandiente fortuna nec frangi animis in rebus aduerſis ac de uoluntate Dei non ex his euentibus ſed ex aliis teſtimoniis iudicare. Eruditiſſimum et plenum pietatis praeceptum eſt: ſed accidit Salomoni idem, quod ille dicebat, dextra ſe praecepta tradere ſed quoſdam auditores ſiniſtra accipere. Haec eo recito, ut, qui legent has Eccii pagellas, admoniti citius deprehendant errorem ac ſimul deplorent Eccleſiae tenebras, in qua tales Pyrrhoniae ſententiae ab aduerſariis noſtris defenduntur et confirmantur, quae filium Dei manifeſta contumelia adficiunt. Cogitent etiam; omnes pios et ex animo debere execrari tam abſurdos errores et quaerere melius doctrinae genus. Hoc ſtudium etiamſi in odio eſt: tamen et Deo et Eccleſiae et nobis ipſis debemus. Scio, fruſtra haec dici iis, qui religiones iudicant fabuloſas eſſe et Eccleſiae certamina tanquam facem diſſidiorum publicorum execrantur. Et hac ultima aetate mundi uidemus, hanc cyclopicam philoſophiam late uagari et multos habere adplauſores. Sed ut Machabaeorum tempore non deleta eſt Eccleſia funditus: ita ſcimus, et nunc, quanquam atrociter graſſantibus Turcis et domeſticis hoſtibus reliquias Eccleſiae Deum ſeruaturum eſſe, apud quas has pias cohortationes de puritate Euangelii inquirenda et propaganda ualere ſperamus. Erat exigua Eccleſia; quum filius Dei penderet in cruce et ſubitae tenebrae medio die caelum ac terras inuoluerent: nec tamen funditus deleta eſt. Sed iam et latro et centurio agnoſcunt et praedicant Chriſtum. Ita nos in hac mundi ſenecta, quum propter εἰδωλομανίας et alia ſcelera mundum oppreſſit ira Dei, tamen clamore noſtro aduerſus atheos laudes Dei et Filii eius IEſu Chriſti ſonemus. Iraſcamur Epicureis ſapientibus, qui derident nomen Dei, dimicemus cum Turcis, qui Filio Dei maledicunt, refutemus impios ſacrificulos et monachos, qui idola colunt nec tribuunt filio Dei iuſtos honores, non agnoſcunt eſſe Mediatorem, non uolunt, eum fide inuocari. Magnum et multiplex bellum iam Eccleſia Dei gerit. Sed ſcriptum eſt de hoc tempore: tunc ſtabit pro Filiis populi ſui dux magnus, qui eſt Filius Dei uictor et triumphator. Huic nos piis et ardentibus uotis commendemus et ab eo auxilium et ſalutem perpetuam expectemus. Ego hac me conſolatione et alias ſaepe et adhuc ſuſtento; quod ex Deo eſt, non delebitur. Nec uero dubito, diuinitus patefactum eſſe genus doctrinae, quod fulget in noſtris Eccleſiis, nec ſum adeo ferreus, ut ſolus non adficiar uel publicis Germaniae periculis, cui iam aduerſus externum hoſtem conſenſu Principum opus eſt, uel domeſticis uulneribus noſtrarum Eccleſiarum, quae regi melius tranquillis temporibus poſſent. Nam diſcordia etiam in parte ſaniore diſciplinam impedit. Haeret autem diſcordia in republica aduerſariorum culpa, quorum duricies aſperrimos ſcopulos et Caucaſi rupes uincit. Negant enim pacem fore, niſi oppreſſerint ueritatem. Noſtras uero ſententias fuiſſe moderatas, acta publica ad omnem poſteritatem teſtabuntur. Toties flagitauimus ueram diiudicationem, toties ipſe ſupplex oraui potentes, ut ſaluti Eccleſiae conſulerent. Sed plane uiſus ſum, ut eſt in graeco uerſu, nauis quaſſata procellis ſupplicare ſcopulis. Quare Eccleſias noſtras Deo commendemus et noſtrum officium bona conſcientia faciamus ac precemur Deum, ut et Principum mentes gubernet, qui utrumque curare debent, ut et de Deo ac Filio eius IEſu Chriſto recte doceantur homines et armis patria aduerſus barbarum hoſtem defendatur, qui ſaeuitiam ſuam non tantum in uulgus exercet ſed multo crudelius in ipſos Principes. Neque tamen ſinet Deus, hac barbarie deleri funditus Eccleſias; nec quinta monarchia futura eſt. Bene uale

Inchoauit

Inchoauit Collocutionem

D. Doctor Ioannes Eccius

Data et facta iussione per illustrem Dominum Caesareae Maiestatis Oratorem, adiuncto sibi Regiae Maiestatis Nuncio et Dominis Praesidentibus, ego licet minimus inter fratres meos et dominos ex parte undecim Principum catholicorum delectus et deputatus pro hoc colloquio ante omnia unum praefabor, quod mora hactenus protracta iam in decimam septimanam partim facta fuit ob longas certationes interuenientes. Auxit autem non parum, quod domini aduersae partis obtulerunt nobis exemplar Confessionis et Apologiae minus consentaneum Recessui Haganoensi, uigore cuius confessio ipsa, sicut Caesareae Maiestati ac Principum Ordinibus fuit exhibita, nude, uere debebat nobis quoque fuisse exhibita. Vnde non parum temporis et negotii absumsimus in illis conferendis, ut iustissime habuissemus occasionem colloquium differendi. Verum quum simus ita animati, ut nihil magis pensi habeamus, quam ut Christianam concordiam cum illis inire possemus, qui ex nobis exierunt, etiam maiora libentius passuri pro unitate Ecclesiae reconcilianda et procuranda animarum salute. Illo ergo praetermisso, salua tamen protestatione, nomine Electorum et Principum coram Dominis Praesidentibus facta ad negotium ipsum conuertamus. Et hoc quidem pro mea parte polliceor, me id candide, amice, solius ueritatis et pacis gratia facturum. Quod si aliquando uerbulum excideret, quod posset asperius uideri: profecto non est mentis meae, neque collocutorem meum aut alios quoscunque praesentes uelle exasperare, paratus semper amicam atque mansuetiorem exhibere interpretationem, ut omnes intelligant, me magis ueritatem et charitatem quaerere, quam uerbis durioribus nostra tueri. Ita illis praelocutis statim accingar ad negotium

Quantum ergo ad Confessionem attinet, non moror proloquium

Articulus quoque primus post Arianam haeresin profligatam ab uniuersa Ecclesia Catholica est receptus, ut non opus sit in praesentia super eo contendere. Et ideo pergamus ad articulum secundum, nisi dominus Collocutor aliquid in primo desideret.

Respondit Collocutor Philippus Melanchthon

Potestis pergere, Domine Doctor

Doctor Ioannes Eccius

In articulo ergo secundo, ubi damnantur ueteres et noui Pelagiani negantes peccatum originale in pueris, sicut et Zuinglius definiuit peccatum originale, solum esse defectum quendam naturae recte in articulo peccatum originale adseritur. Sed duo sunt, quae petimus clarius explicari, ut ad cupitam concordiam perueniamus. Primum est in explicatione peccati originis, quae fit in confessione, non modo per deformationem illius peccati sed per grauia peccata etiam actualia. Apologia uero adeo non mollius sensit sed immodice auxit, ut tribueret habentibus peccatum originale non solum horribilem caecitatem, inobedientiam sed etiam odium Dei, contemtum Dei, infidelitatem cum multis aliis. Quum autem hactenus in Ecclesia et sanctis Patribus semper discrimen sit habitum inter peccatum actuale et originale, ne paruuli tantis criminibus onerentur: uidetur antiqua Patrum explicatio sufficere. Et per hanc commode expositam possumus uenire in concordiam. Nam ista etiam in Apologia non reiicitur, peccatum originale scilicet esse carentiam iustitiae originalis debitae inesse. Vnde non diffido, quin Collocutor meus cum suis, si concordiam quaerit, facile posset in unam sententiam nobis acceptabilem conuenire. Alterum uero, quod petimus, et difficilius, quod in Confessione sub nube proponitur, sed in Apologia deuelatur, puta, non solum peccatum originale esse uere peccatum damnans ante Baptismum

sed concupiscentiam post Baptismum relictam esse uere, per se et simpliciter peccatum, sicut contendit dominus Collocutor meus multis uerbis in Apologia, *Et scripsit in libro de Anima.* Et Luther, qui hanc contrarietatem Ecclesiae inuexit, adfirmauit, concupiscentiam illam non solum materialiter sed etiam formaliter esse peccatum proprie. Quare non immerito Luther fuit flagellatus (ut uerbo Apologiae utar) a Catholicis ab ea parte, qua adstruit tantum manere peccati post Baptismum formaliter, quantum materialiter. At forte omnes hic domini mei circumsedentes et circumstantes mallent, ut dictum ipsum principale prosequerer, his et aliis omissis, quae a diuersis fuerunt dicta uel scripta. Venio ergo ad principalem et est nodus negotii: nisi benigniorem uelitis dare interpretationem, facile hic non possumus conuenire; licet de illa nondum desperem. Ratio, quae nos Catholicos mouet, potest esse ista. Nihil est de nouo adfirmandum in Ecclesia, quod pugnet cum Propheticis, Euangelicis et Apostolicis dictis atque a sanctis Patribus est reiectum. Asserere autem post Baptismum in puero remanens esse peccatum, praedictis omnibus est aduersum: itaque a nobis ita crude recipi non potest. Nam amplissimum Baptismi beneficium in nouo Testamento a Christo Saluatore nobis datum Spiritus Sanctus, ut esset rota in medio rotae, per Propheticos uiros prius descripsit. Ita enim inquit per Micheam inter alia: deponet iniquitates nostras et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quod si aliquo glossemate mens Prophetae aliorsum torquetur: non permittet hoc idem Spiritus per Ezechielem dicens cap. 36. Et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Quem locum sancti Patres de Baptismo intellexerunt. Ponderat Beatus Hieronymus ad Oceanum, quod inquit, ab omnibus inquinamentis: nam, qui dixit, ab omnibus, nullum praeteriit. Porro Christi uerba ad Nicodemum hoc testantur: Amen, Amen dico tibi; nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Arbitratus, id quod res est, sufficere ad renouationem animae, si per lauacrum Baptismi regeneretur. Quod non fieret, si permaneret peccatum adhuc a protoplasto Adam descendens, concupiscentiae scilicet. Ita etiam Paulus testatur baptisatos alloquens: sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Quia non competunt in habentem peccatum damnabile siue capitale, habentem peccatum per se et proprie et simpliciter. Hieronymum audiuimus. De sententia Augustini tam certa est Ecclesia, quod iam non uno loco sed pluribus etiam libris expresserit in Enchiridio, in libro contra duas epistolas Pelagianorum, ad Valerium de nuptiis et quibusdam aliis, baptisatum carere omni peccato sed non carere omni malo, et improbat eos, qui existimarunt, Baptismum non aliter repurgare peccata, quam tonsor abradat capillos barbae iterum renascentes. Haec ita breuiter uolui conferre et amice cum domino collocutore. Qui si forte idoneam et Catholicis acceptabilem daturus est expositionem: superuacaneum esset coram tantis dominis et excellentissimis uiris plura uerba facere. At si quid desiderabitur: et plura adferre parati sumus cum ex Canonicis Scripturis tum ex sanctis Patribus; modo intelligam mentem dominationis suae.

Hactenus D. Doctor Eccius
Respondit Philippus Melanchthon

Facta potestate dicendi ab illustri Domino Caesareae Maiestatis Comissario et Oratore et generosis, nobilibus et praestantibus uiris Dominis Praesidentibus, sicut constitutum est, respondebo breuiter et qua decet moderatione. Et primum, quoniam sacra res agitur, auspicemur a precatione. Filius Dei Dominus noster IEsus Christus, qui pro nobis factus est uictima, aditurus mortem rogauit Patrem caelestem; Pater, sanctifica eos in ueritate, sermo

mo

mo tuus est ueritas. Quum autem certum sit, exaudiri preces Filii Dei, et hic propositus sit nobis Pontifex, propter quem exaudimur: nos quoque ipsius uoce et propter ipsum petimus, ut nos sanctificet sua ueritate ac mentes nostras et linguas regat, ut uera, pia et salutaria Ecclesiae suae dicamus. Flectat etiam omnium animos ad piam et sanctam concordiam. At nos quidem Deum testem facimus, nos non cupiditate aliqua iniusta aut morositate dissentire a caeteris. Sed quum statuamus, hoc doctrinae genus, quod profitemur, uere esse perpetuum Catholicae Ecclesiae Christi consensum: bona conscientia Ecclesiis nostris hanc doctrinam proponimus. Vt autem ueniam ad orationem clarissimi D. Doctoris collocutoris: primum, quod moram excusauit et caussam contulit in exemplarium dissimilitudinem; respondeo, rerum esse eandem sententiam, etsi quaedam alicubi in posteriore editione uel magis mitigata uel explicatiora sunt. Quod adiecit, exiisse nos ex ipsis, obiiciens uidelicet crimen desertae Ecclesiae: ad id respondere necesse est, etsi id faciemus hoc loco breuiter. Quum consensum Catholicae Ecclesiae Christi uere amplectamur ac tantum quosdam abusus alterius partis reprehendamus, quemadmodum cogit caeleste mandatum, non assumes nomen Dei uane, et Paullus, si quis aliud euangelium docuerit, anathema sit: non discessimus ab Ecclesia Catholica Christi sed reliquimus taxatos abusus. Ac ab ipsis uerius ex ipsorum coetibus expulsi sumus uiolentis edictis, excommunicationibus et noua acerbitate, quae in Ecclesia non fuit usitata. Non propterea Ieremias discesserat a populo Dei; etiamsi damnabatur ab iis, qui tenebant ordinariam potestatem: ita nobis quoque ratio nostri officii constat. Et iudicium Deo et uerae congregationi Ecclesiae permittimus. Deinde semper nos ad iudicium Ecclesiasticum non partiale obtulimus et adhuc nos offerimus. Quare nihil fuit opus praesertim in hac amica collocutione initio nos condemnare. Haec non uolumus hoc tempore copiosius persequi. Ac nos referimus ad ea, quae saepe antea in hanc sententiam a nobis priuatim et publice dicta et scripta sunt. Quod pollicetur, se amanter disputaturum esse, gratum nobis est. Hoc certe uere affirmare possumus, nos sine acerbitate animi sine odio dissentire. Libenter etiam uel iniquis conditionibus ac difficilibus sarturi communem tranquillitatem, quantum sine contumelia uerbi Dei facere possumus. Quod ad me priuatim attinet, tribuo D. Doctori collocutori eam laudem, quae homini erudito debetur.

Nunc ad articulos

De primo articulo non est controuersia, in quo constat, nostras Ecclesias fideliter defendisse communem consensum aduersus Seruetum et alios quosdam. Ac uolumus, et hoc loco testatum, nos in Ecclesiis nostris retinere symbola, Apostolicum, Nicenum et Athanasianum. Ac doctrinam de unitate essentiae diuinae et tribus personis sic intelligere et explicare, sicut in symbolis illis, in ueteribus synodis Nicena, Constantinopolitana, Ephesina et Calcedonensi exposita est et praecipuis Ecclesiasticis Scriptoribus Athanasio, Basilio, Nazianzeno, Epiphanio, Ambrosio, Augustino. Libenter etiam receptas in Ecclesia formas sermonis retinemus. Nam et nos uitandae ambiguitatis caussa proprie et perspicue loquendum esse sentimus. Et tantum de primo articulo.

De secundo articulo

Non existimabamus eo tempore, quum exhiberetur Confessio, futuram altercationem de hoc articulo cum his aduersariis: sed aliorum clamores retundendi erant, qui prorsus tollebant peccatum originis; ut semper fuerunt, qui de peccato originis incommode senserunt, propterea quod magnitudo infirmitatis humanae non satis iudicio rationis conspici potest. Eamque ob caussam hic articulus et de ipso peccato et de magnitudine infirmitatis tantum in uerbo Dei reuelatur

uelatur. Recte aurem dixit D. Doctor, de definitionibus facilius conueniri posse. Nam et nos recipimus ueterem definitionem utramque. In quarum altera peccatum originis dicitur esse carentia iustitiae originalis debitae inesse. In altera uocatur concupiscentia. Nec dissidere has definitiones nec discrepare eas a nostra sententia iudicamus. Nam carentia illa significat despoliationem ingentium donorum, quae in conditione primis parentibus data sunt, uidelicet lucis, qua firmiter agnoscebant Deum aut agnoscere poterant, et conuersionis uoluntatis ad Deum et rectitudinis omnium uirium. His amissis successit caligo in mente, auersio uoluntatis et ἀταξία omnium appetitionum uoluntatis et appetitus sensitiui. Haec conueniunt ad eam definitionem, in qua peccatum originis concupiscentia uocatur. Discernimus enim appetitiones ipsas diuinitus conditas a deprauatione, quae accessit, seu ab ataxia. Manent in uoluntate adfectus diuinitus additi humanae naturae, manent appetitiones in sensitiuo appetitu nec proprie concupiscentiam ueteres uocari uolebant appetitiones illas diuinitus additas sed earum deprauationem: ut, quanquam in Catone est amor et admiratio uirtutis, tamen uoluntas auersa est a Deo. Ex his nos quidem et ueteres definitiones et nostram sententiam cum illis congruere sentimus. Quod uero usi sumus uocabulis, quae significant actus, discernimus et nos originale ab actualibus. Sed quum negatiue descripserimus: significauimus donorum illorum despoliationem. Nec illud reprehendendum est, quod exaggeramus magnitudinem eius mali, modo intra metas legitimas consistamus. Arbitramur enim, non posse leuia mala caliginem illam in mente et auersionem uoluntatis a Deo, ex quibus tam horribiles dubitationes Epicureae, Academicae et infiniti errores de Deo orti sunt. Et accesserunt ad auersionem uoluntatis horribiles blasphemiae omnibus aetatibus. Nec prophetae leue malum describunt: quum inquit Ieremias; prauum est cor hominis et peruersum. Nec fuit exiguum ornamentum illa originalis iustitia, quam (ut nos quidem existimamus) significat similitudo uel imago Dei, qua uidelicet mens humana templum erat Dei, in qua luceret illustris notitia Dei, firma adhaesio et perfecta dilectio. Quare et Paullus renouari iubet imaginem. Et ut intelligi possit, quid uocet imaginem, addit, in sanctitate, ueritate etc. Haec si definitionibus satisfacient; nulla est discrepantia. Sed si non satisfacient: offerimus nos ad copiosiorem explicationem. Ac requirimus in iudicando candorem. De altero loco fortasse plus erit controuersiae. Quod enim D. D. citauit multa testimonia, quae confirmant, in Baptismo tolli peccatum, sentimus nos quoque, in Baptismo et remitti peccatum originis et caetera (ut in adultis) et dari Spiritum Sanctum, qui inchoat nouam lucem et conuersionem uoluntatis. Nec dubitamus, quin tota Ecclesia sic sentiat. Id autem est amplificare et ornare Baptismum, quod tanta est gratiae exuberantia, ut hoc malum, quod reliquum est, etiam tegatur et condonetur his, qui manent in gratia: sicut Paullus inquit, exuberare gratiam supra peccatum. Nunc manet hoc in controuersia, an morbus reliquus in sanctis sit poena tantum seu adiaphoron, an uero sit res digna aeterna morte sua natura, si non condonaretur. Porro hic *morbus non tantum est concupiscentia in appetitu sensitiuo nec tantum fomes seu qualitas corporis sed reliqua est in mente nondum prorsus dispulsa caligo, ut maxime experiuntur sancti, qui agnoscunt dubitationes de Deo, diffidentiam; nec ita uoluntas conuersa est ad Deum, ut tota ardeat dilectione, sed sancti etiam ruunt in admirationem et amorem sui.* Manet igitur et in mente et in uoluntate et in appetitu sensitiuo infirmitas, quam toties deplorant Sancti: ut Paullus inquiens; infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ait item, grassari hanc legem in membris hostili more et legem mentis captiuam rapi. Haec non est leuis querela. Nec illa leuis ducenda est in Psalmis; ecce in iniquitatibus conceptus sum etc. Item: ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, i. e. non recte sentiens de Deo. Quare malum illud

illud, quod reliquum est, non tantum poenam nec rem adiaphoram esse dicimus, sed rem sua natura dignam morte aeterna, nisi condonaretur. Et adultis opus est fide, quae et repugnet huic malo et petat condonationem: qua fide excussa, rursus id malum etiam meretur mortem aeternam. Testimonia in Scripturis expressa sunt. Nam Paullus diserte uocat peccatum hunc ipsum morbum loquens de se iam renato Rom. VII: habitat in carne mea peccatum. Et quidem hoc malum alias describit uerbis priuationem significantibus, alias positiue, ut quum inquit, sensus carnis inimicitia est aduersus Deum ac ne potest quidem legi Dei subiici. Item, uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Nec tantum loquitur de appetitionibus in sensu sed de superioribus malis. Nec peccatum aliud hic significat, quam quod ipse exponit in textu; uidelicet malum repugnans legi Dei. Huc accedunt alia testimonia passim in scripturis tradita: quia prophetae, ut ostenderent, hominem non esse iustum lege sed opus habere remissione peccatorum, saepe repetunt doctrinam de hoc malo; ut in Genesi, cor hominis prauum est omni tempore. Ieremiam et Psalmos supra citaui. Nec dubitamus hanc, quam tradimus, esse Augustini sententiam, qui toties dicit, remitti hoc peccatum in Baptismo, quod ad reatum attinet. Addit etiam, inchoari renouationem, sed tamen reliquum manere peccatum: nam hoc uerbo saepe utitur, ut tractatu XLI in Iohannem, non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Non ait; non sit, sed non regnet. Quam diu uiuis, peccata necesse est esse in membris tuis. Saltim illi regnum auferatur; non fiat, quod iubet. Hic certe de renatis loquitur. Et libro V contra Iulianum tria huic morbo tribuit etiam in renatis, quod sit peccatum, quod sit poena peccati et caussa peccati: uerba haec sunt; concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit Spiritus, et peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis, et poena peccati est, quia reddita est meritis inobedientis, et caussa peccati est defectione consentientis uel contagione nascentis. Alibi de Baptismo paruulorum: lege peccati, quod licet iam remissum est, in uetustate tamen carnis manet. In concione Domini in monte: etsi deleta est iniquitas, nondum tamen finita est infirmitas; adhuc dices, dimitte nobis debita nostra. Sentit igitur, sanctis opus esse huius ipsius uitii condonatione. Ad Iulianum taxans etiam hominum duritiam, qui non expauescunt, quum sentiunt infirmitatem, uidelicet dubitationes de Deo et multos errantes impetus, addit epiphonema; crede, si non pugnas, agnosce, si pugnas. Hac uoce significat, multos securos extenuare hunc morbum. Sed quia in hac materia satis constat sibi Augustinus: non est opus coaceruatione testimoniorum. Quod uero D. Doctor citat locum de nuptiis, quaestio est ibi, quomodo discerni debeat appetitio generationis a deprauatione. Et diserte ibi inquit, concupiscentiam in renatis non esse peccatum, quia remissum sit, uidelicet in eo laborans, ut creaturam et deprauationem discernat. Postremo quum tota nostra sententia habeat illustria testimonia propheticae et apostolicae scripturae et eruditiorum Patrum et nec incurrat in Pelagianas opiniones nec in Manichaeas: nihil habet absurditatis. Discernit enim naturam et deprauationem, et tribuimus uoluntati humanae suas partes, ut suo loco dicemus

Concludit D. Philippus

Haec dixi breuiter. Si D. Doctor uolet de ea re latius disputari: offero me ad declarationem huius sententiae, quantum opus est. Et peto, ut reliqui Domini assidentes in hac parte etiam dicant, si quid uelint. Non enim solus mihi sumo iudicium. Et est ecclesiastica consuetudo, ut singuli dicant sententias

Eccius respondit

Oportet, ut haec prius expediamus: postea dicant reliqui, quantum uolent. Quae sunt acceptanda, acceptabimus. Sed quae egent expositione, etiam exponantur.

Eodem die a prandio hora tertia continuata est collocutio a Doctore Eccio

Illustris Domine, reuerendissime Pater caeterique generosi et nobilissimi uiri, patres et domini semper obseruandi. Ad continuandum ea, quae hodie sumus exorsi, ne longo uerborum circuitu uos distineam, quam primum recurro ad domini collocutoris sermonem. Et quod primo attinet ad uarietatem exemplarium, quum facile possem responsionem suam infringere et oculari inspectione monstrare, ut non solum uerbis sed rebus ipsis oblata exemplaria a Confessione Augustana dissideant. Nam nisi dissiderent: Augustae non fuisset laborandum in uocula meriti, quam tum reiiciebant. Vt sim breuior, remitto me ad futuros articulos colloquii, ubi illa per me in apertum deducentur, ut in articulo decimo etc. Secundo Dominus meus collocutor rapuit uerbulum, quo dixeram, eos a nobis exiisse: quasi accusassem iam ab initio eos desertores Ecclesiae; quod uerba mea non significabant, quum multis modis exitus iste possit interpretari. Quod ut in praesentia non est necessarium, ita nec commodum: quum nihil ardentius cupiam, quam lucrari fratres et eos habere in unitate fidei et Ecclesiae comparticipes. Alioqui non deesset, quod responderem super edictis a gloriosissimo Imperatore nostro promulgatis, cum aliis magistratibus, de quibus forte, ut mihi uideor, minorem querelam debent facere, quam de aliis regibus Christianitatis, qui feruentius executi sunt mandata contra illos. Et quod abusibus nostris causam exeundi uult adscribere, meo paruo ingenio non satisfacit: quum in uiginti et uno articulis prioribus, quos dicunt esse fidei, a nobis plerumque dissentiant. Ieremiam non oportet adferre, qui patrum suorum et reuelationis diuinae sequebatur iussa. Itaque Dominum collocutorem meum pro candore ingenii sui et omnes, quotquot adestis, precor, quemadmodum hodie ab initio testatus sum; si unum uel alterum uerbulum exciderit, non uelitis in malam partem sed benigne interpretari, ne semper, quod uitio dari solet, extra chorum saltemus et circuitu uerborum ad confessionem non pertinentium excellentissimi huius consessus animos fastidio permoueamus. Quantum uero attinet ad primum articulum, qui est extra controuersiam receptus, mire mihi placuit, quod Dominus Collocutor sacrum concilium Nicenum laudauit. Vnde mihi amplior spes est facta ineundae concordiae: quod olim iuuenis uidebatur sacro detrahere concilio et Lutherus in sancta synodo Nicena adseruit fidem et Euangelium defecisse. Quantum uero ad articulum secundum attinet, placet etiam hoc, in quo concordamus, recte asseri peccatum originale contra ueteres Pelagianos et nouos. Quod uero D. Magister explicando definitionem peccati originalis uoluit ipsum non modo esse carentiam iustitiae originalis sed etiam aliorum donorum, ut illa dinumerauit partim, in hoc peto commodiorem expositionem. Nam iuxta sanctorum Patrum scripturas Canonicas nobis exponentium sententias si puer donatus esset illa iustitia originali, etiamsi aliis donis careret, culpa originalis ei minime inesset: ut inter plures, maxime ueteres fuit controuersum, an Adam protoplastus in gratia gratum faciente fuerit creatus. De cuius tamen iustitia originali non fuit dubitatum. In hoc tamen consentio D. Magistro, ob hanc iustitiae originalis carentiam puerum multis bonis et ante et post Baptismum carere. Quod si illa fuerit mens eius, recte concordamus. Et quod inter respondendum fassus est originalis et actualis peccati differentiam, etiam cum plausu recipimus; licet iuuenis uidebatur dissentire. Itaque allegata de corde peruerso recipimus. Sed tunc peruertitur: quando concupiscentia regnat in corpore

re

re nostro et ei obedimus. Alioquin propensionem animi ad mala experimur et agnoscimus, Deo dicente; sensus et cogitatio hominis ab adolescentia prona sunt ad malum. Qua de re fatemur, illa bona, de quibus D. Magister, futura fuisse hominibus, si in iustitia originali perstitissent, scilicet notitia, dilectione etc et illa pronitate in malum caruissemus. Illud autem, quod pro remanente culpa post Baptismum fuit allatum, quod ex eo dignitas Baptismi sit amplificata, non intelligo: quum uideatur hoc uergere in iniuriam Baptismi, imo in iniuriam Christi, qui est auctor Baptismi; si non esset sufficiens ad delendam omnem culpam peccati. Quum contra Paullus ad Titum tam diserte nobis Baptismi excellentiam commendet, dicens; secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius haeredes simus secundum spem uitae aeternae. Hic testatur Apostolus, nos saluos factos, Spiritum Sanctum abunde in nos effusum. Nulla autem esset abundantia: si praeualeret remanens culpa. Christiani fateamur potius unius Christi obedientiam maiorem promeruisse nobis gratiam, quam Adae inobedientia ingesserit culpam. Parum enim uidetur esse, quod D. Magister dicit, condonari hoc peccatum, si fide arripiatur indulgentia; quum paruulis ante usum rationis decedentibus non uideatur consultum. Et, si fide condonatur: iam iterum derogatur sacramento Baptismi. Et non solum hoc, sed cessant dogmata nouitia, quibus nobis perpetuum imponunt concupiscentiae peccatum. Vt si saltem Baptismum nolunt recipere, huius culpae medicinam, tamen potenti eorum fide agnoscant peccatum illud non esse perpetuum. Felicius ergo uideretur pro concordia actum: si cum communi Ecclesia concupiscentiam faterentur ante Baptismum esse culpam et poenam, post Baptismum uero duntaxat esse poenam aut (ut Augustinus solet dicere) malum. Et ut hoc obiter iam attingam (quum Augustini mentio facta est) D. Magister Augustinum citauit Libr. V contra Iulianum, ubi tria tribuit concupiscentiae. Solent dicere Iureconsulti, inciuile est non tota lege perspecta respondere. Nam quae Augustinus ibidem attulit, de concupiscentia ante Baptismum dixit, quam infelix Iulianus Pelagium secutus neque peccatum neque malum esse uoluit sed laude dignam. Identidem sentiendum est de Augustino super Ioanne citato tractatu XLI: quum clarissimis uerbis sanctus Pater adserat, quicquid ante baptismum a nobis peccatum est, in ipso Baptismo deletum esse et ea, quae sequuntur. Quum autem in ipsum Augustinum inciderimus: praestat et alia euacuare. Nam nullibi dixit Augustinus (de quo me refero ad tam sanctum Patrem) peccatum remanere in puero baptisato post Baptismum. Nam quod solet citari, peccatum deleri in Baptismo, non ut non sit sed ut non imputetur, hoc Augustinus non habet. Nam concupiscentiae meminit, quae remittitur, non ut non sit sed ut non imputetur. Pulcrum enim est, quod Augustinus ait, illud non esse peccatum, non habere reatum. Verum Lutherus hunc locum primus deprauauit; unde forte sequentes similiter lapsi sunt. Alii loci ex Augustino citati adferunt solutionem in dorso (ut dici solet): quoniam fatemur, concupiscentiam remanentem infirmitatem esse, morbum esse et filios gignere se peiores, malos motus; quibus si mens consenserit, certe concipiens pariet peccatum: id quod sanctus Iacobus nos docuit. Arbitror autem, uenerandum Magistrum amicum meum, si amice uoluerit negocium hoc concordare, facile hoc efficiet; si id, quod hodie dixit, de condonatione peccati et in Apologia de non imputando peccato ita interpretabitur, ut culpa, quae proprie et uere dicitur reatus, in Baptismo aboleatur, ipsa tamen, quum pugnam exerceat continuam carnis aduersus Spiritum et colluctationem illam carnis, de qua saepe Apostolus, sitque a peccato facta, a peccato relicta et ad peccatum inclinans, propter quae sanctus Paullus

non

non semel ipsam appellauit peccatum ad Rom. VII: ubi fuit adsumtum, Paullum de se loqui, super quo non contendo; licet Origines, Ambrosius, Hilarius, Hieronymus et, si recte memini, Paullinus magnus praeco sancti Felicis, cuius hodie memoriam agit Ecclesia, diuersum sentiant. At propter Augustinum iam senem uerba ista de persona Paulli intelligentem hoc quoque non displicet nobis. Sed eiusdem Augustini explicationem suspiciamus, ut Apostolus concupiscentiam uocet peccatum, quia peccato facta est; addo, quia inclinat et mouet ad peccandum. Elegans est simile, quod Augustinus adfert, concupiscentiam sic dici peccatum, sicut scriptura hominis dicitur manus eius uel elocutio lingua dicitur. Quod ex Psalmo citatum fuit, omnem hominem esse mendacem, Psalmum recipimus. At expositionem nouam in praesentia non uidemus admittendam. Sic quod uenerandus Magister alium concordantem adduxit locum Paulli, quia locum non expressit, non occurrit memoriae in hanc sententiam a Paullo fuisse hoc dictum. At de sapientia carnis hoc habet ad Romanos, quod sit inimica Deo et legi Dei non sit subiecta. At quod quaedam loca hodie per me citata ex multis libris uno collyrio uoluit sanare, non accipio. Nam deordinationem esse in natura agnoscimus. Hinc multa mala Augustinus concupiscentiae tribuit. At ubique fatetur, omnia peccata in Baptismo esse remissa. Et praeter locos superiores placet subiicere illud Augustini de persona sua Libr. VI contra Iulianum cap. 5. Absit, ut ego inanem dicerem gratiam lauacri illius, in quo renatus sum ex aqua et spiritu, qua liberatus sum a reatu omnium peccatorum. Etiam Iulianum ibidem corripit de falsa sententia. Ait, eum multum errare; si putat baptisatum carere concupiscentia. Omni enim peccato caret, non omni malo. Et planius: omni reatu omnium malorum caret, sed non omnibus malis. Quum ergo dignitas Baptismi hoc exigat et meritum sanguinis Christi effusi a Patre hoc impetrauerit et scripturae Canonicae tam clare et irrefragabiliter testentur, omnium peccatorum remissionem in Baptismo donari. Atque Augustinus, Hieronymus, Ambrosius uerbis minime ambiguis hoc comprobant, quod tota hactenus suscepit Ecclesia. Facilis et plana apparet in hoc articulo concordia, uelut supra memini, de applicanda condonatione et non imputatione huiusmodi peccati, ut sic deinceps idem dicamus et sentiamus et fiat pax et concordia in Ecclesiis nostris. Quod praestet benedictus Mariae filius. Fiat!

Sequenti die Sabbati
d. XV Ianuarii mane hora octaua
continuauit collocutionem D. Philippus

Facta potestate dicendi ab illustri Domino Commissario Caesareae Maiestatis et reuerendis, generosis, nobilibus et praestantibus uiris D. Praesidentibus respondebo ad ea breuiter, quae heri agitata sunt. Primum ad ea, quae ad praegrauandos nos de exemplaribus et edictis praefatus est clarissimus D. Doctor, commodius alibi respondebimus. Et sit modus aliquis harum exprobrationum. Secundo. Quod optat similem consensum de caeteris articulis, ut de primo, uere et ex animo idem optamus, uidelicet ut uerbo Dei coniuncti essemus, sicut in primo articulo consensus est. Ac sperarem, posse constitui talem consensum, si iudices haberemus idoneos: sicut animaduerti potest in secundo articulo; in quo apparet, facilem esse conciliationem. Pius et candidus iudex uidet reuera non discrepare definitiones dextre intellectas. Postea in altero loco facilis est diiudicatio de peccato in sanctis, si quis doctrinam Paulli considerat et suae mentis motus aspicit. Quis nostrum non ex animo dolet, se uexari dubitationibus de Deo, non satis timere, non ardere dilectione, multa humano consilio suscipere sine inuocatione, incendi etiam aliis prauis adfectibus. Haec, etiamsi non accedat perfectus consensus, agnoscit mens pia esse peccata, dolet et petit condonationem.

onem. Non igitur difficilis est huius loci diiudicatio. Atque utinam summi Principes exaudirent uota et gemitus piorum in omnibus nationibus, qui optant, ut Ecclesiis recte consulatur. Ac nunc quidem gratiam habemus clementissimo Imperatori, qui hanc collocutionem institui uoluit, ut aliquando deliberationes de diiudicatione haberi possint. Ac Deum precamur, ut consilia pia et salutaria Ecclesiae adiuuet. Haec breuiter adieci, ut ad eam partem praefationis responderem, in qua D. Doctor facit mentionem asperitatis, quae contra nos exercetur. Quam si adprobat, doleo. Scriptum est enim: beatus, qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberabit eum Dominus. Tertio, in definitionibus dicit, me plura tribuere dona iustitiae originis, quam conueniat. Et addit exemplum: si infanti donaretur iustitia originalis, cariturum eum culpa, etiamsi dona caetera non haberet. Respondeo: non opinor, D. Doctorem uelle, peccatum originis tantum esse reatum et non etiam auersionem a Deo. Ita fatendum est, iustitiam esse non tantum acceptationem sed etiam conuersionem ad Deum et quidem omnium uirium (de originali loquimur). Ideo necessario complectitur haec dona, in mente lucem de Deo, in uoluntate conuersionem ad Deum et in caeteris uiribus debitum ordinem. Et haec haberet infans, donatus iustitia originali: nisi uelit, iustitiam tantum de acceptatione intelligi, quod non opinor. Porro ut differunt nunc peccatum et poena, scilicet mors et quicquid mors complectitur, i. e, languor uirium ingenii et corporis et tyrannis diaboli saeuientis uel in corpora uel aliter: ita differunt iustitia originalis et dona addita, scilicet immortalitas et excellentia multiplex mentis et aliarum uirium. Sed tamen iustitia originalis, nisi uelit solam acceptationem significari, esset rectitudo omnium uirium erga Deum. Quare tria illa, quae dixi, necessario complectitur. Nec aliud uoluisse uidentur Patres, qui hoc peccatum definiunt uel carentiam iustitiae debitae inesse uel concupiscentiam uel ignorantiam in mente et inobedientiam in uoluntate. Item, quum dicunt, iustitiam originis esse rectitudinem uirium uidelicet erga Deum seu, ut Nazianzenus dixit, fuisse imaginem Dei. Haec omnia congruere satis apparet et spero, D. Doctori satisfactura esse. Certe non puto, eum probare, quod Occam dicit, se, si non impediretur auctoritate Patrum, dicturum esse, peccatum originale tantum esse reatum. Quarto. Etsi de meis scriptis hic non praecipue agitur sed de communi doctrina Ecclesiarum nostrarum: tamen, si quod meum erratum mihi obiicitur, ingenue respondebo ac libenter cedam meliora monentibus. Caeterum quod ait, cum applausu recipi discrimen inter originale et actualia, uere affirmare possum, hoc discrimen in Ecclesiis nostris diligenter tradi ac semper traditum esse. Alius alio fortasse magis proprie loquitur, ut fit. Immo extant nostrorum scripta, in quibus laudatur Augustinus, quod harum appellationum discrimen diligentius tradiderit, quam superiores. Porro in Scriptura uidendum est, quando peccatum de solo originali, quando de actuali, quando de utroque intelligendum sit; sicut saepe utrumque complectitur, ut series argumentorum ostendit. Quinto. Non moueo litem de loco Ieremiae, prauum est cor hominis etc: possumus enim uti aliis testimoniis. Sed tamen iudicandum aliis relinquo, an expositio de solis actualibus, ad quae accedit consensus, reddat integram sententiam textus: quum propheta dicat, prauum est cor in omnibus et peruersum. Nec in Genesi dicitur; prona est ad malum, sed, omnis cogitatio cordis mala est omni tempore. Hae uniuersales certe describunt naturae corruptionem. Sexto. Atrocius, quam in tali colloquio conueniebat, in nos inuectus est: quum dixit, a nobis iniuria affici Baptismum, immo Christum. Hic locus postulat refutationem, in qua et de dignitate Baptismi et de exuberantia gratiae ac beneficiis Filii Dei dicendum est, quem inuocamus et toto pectore celebrare cupimus. Adfirmamus etiam, exuberare gratiam

ſupra peccatum: alioqui non adferret ſalutem aeternam, non uinceret mortem etc. Praedicamus et illud, Spiritum Sanctum abunde effundi etc. Sed quum ſic argumentatur, ſi manet peccatum, detrahi merito Chriſti, nos autem manere dicimus, ergo detrahimus merito Chriſti: reſpondeo ad minorem; dicimus, non manere peccatum ſed tolli, non ſolum imputatione ſed etiam re ipſa. Verum in hac uita inchoatur noua et perpetua iuſtitia, quum deleri incipit ac mortificari peccatum. Poſtea exhibetur tota iuſtitia extincto corpore, quod, ut Paullus inquit, morti deſtinatum eſt propter peccatum (ſcilicet inhaerens). Illuſtratur igitur meritum Chriſti, quod docemus cum Scripturis, etiam Sanctos habere remiſſionem propter mortem Chriſti non propter legem aut propriam dignitatem. Et pii habent certam conſolationem intuentes in uictimam Filium Dei. Alter ſyllogiſmus eſt: Spiritus Sanctus abunde in nos effunditur; ergo ſic abundat, ut omne peccatum tollat. Concedo: uincit enim peccatum et inchoat nouam iuſtitiam, poſtea conſummata renouatione tollit omne peccatum. Interim luctatur cum peccato, ſicut inquit Paullus Rom. VIII: ſed et nos ipſi, qui primitias Spiritus habemus, gemimus in nobis expectantes adoptionem filiorum; item, Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Abunde igitur effunditur in corda Spiritus Sanctus, qui uincit peccatum et eo ordine tollit, ut dictum eſt. Sicut et Zacharias XII inquit, effundi Spiritum gratiae et precum etc uidelicet quia Spiritus Sanctus exſuſcitat corda, ut gratiam agnoſcant, credant remiſſionem peccatorum et expectent liberationem ac uere inuocent, complexus uidelicet principales cultus, qui proprii ſunt illius nouae iuſtitiae. Tertium argumentum, in quo dicitur, detrahi Sacramento Baptiſmi: ſi fide opus eſt ad petendam remiſſionem, fruſtra datur remiſſio in Baptiſmo. Reſpondeo. Mirus eſt intellectus Baptiſmi, ſi ſanctificari infantes ſine Spiritu Sancto exiſtimant. Nam quum remittitur hoc peccatum: ſimul datur Spiritus Sanctus, qui repugnare huic peccato et tunc incipit et poſtea in adultis repugnat, in quibus lucere iam fides debet, quae et agnoſcat infirmitatem et luctetur cum hoc peccato et petat condonationem. Itaque recte conueniunt haec, et condonari per Baptiſmum et in adultis fide opus eſſe, quae petit condonationem, ut dictum eſt. Nam quum in Baptiſmo datur Spiritus Sanctus, is in adultis, qui non excidunt, certe eſt efficax. Septimo uenio ad Auguſtini loca. Quanquam, ut fit in multis controuerſiis ſaepe diſſimilia teſtimonia ex Scriptoribus citantur: tamen eſt aequi iudicis et amantis ueritatem quaerere perpetuam auctoris ſententiam. Nec uero dubitamus, perpetuam hanc eſſe ſententiam Auguſtini, quam commemorauimus; etiamſi alias commodius, alias minus commode loquitur, ac iudicium lectoribus permittimus. Quod enim D. Doctor eludit citata teſtimonia, facile eſt iudicium, quae ſit ſententia. Negari enim non poteſt, quin locus in Ioannem tractatu XLI, quem citauimus, et de renatis loquitur et de malo originali: inquit enim; quam diu uiuis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis. Quod non poteſt intelligi de actualibus, ad quae perfectus conſenſus accedit. Et locus contra Iulianum de renatis loquitur: nam diſerte dicit; concupiſcentia carnis, aduerſus quam bonus concupiſcit Spiritus, et peccatum eſt etc. Poſſunt autem colligi multa teſtimonia, quae ſententiam noſtram confirmant: ut contra Iulianum L. III; lex peccati repugnans legi mentis, quae in tanti quoque Apoſtoli membris erat, remittitur in Baptiſmo, non finitur. Ad Macedonium: credentes iuſti ſunt propter participationem gratiae, peccatores autem propter uitia infirmitatis. Quantum igitur ex fide iuſtificati ſumus, iuſti ſumus. In quantum autem reliquias ex Adam trahimus, ſine peccato non ſumus. Sed omitto hanc recitationem et peto ſententiam perpetuam autoris conſiderari. Nam cauſſa praecipue nititur teſtimoniis Propheticis et Apoſtolicis. Ideo ueniamus ad locum Paulli ad

Romanos VII. Dominus Doctor bene nouit, esse quandam dissimilitudinem interpretationum Origenis et illorum, qui eum secuti sunt, et alteram, quam uocamus nunc Augustinianam. Nec tamen arbitror, D. Doctorem Origenicam sic amplecti, ut eam anteferat Augustinianae. Et quum Scripturae sententia certa sit, unam esse ueram et solam amplectendam sentimus. Itaque reiecta Origenica textum ipsum inspiciamus, in quo Paullus illam singularem Euangelii doctrinam de usu legis, de liberatione, quae fit per gratiam, et de infirmitate reliqua, supra quam tamen exuberat gratia, copiose exponit. Primum enim inquit, sine lege peccatum fuisse mortuum. In qua sententia, sicut in reliquis, Origines uarias opiniones colligit et nihil firmi tradit: quum haec sit sententia uera, sine lege non agnosci peccatum, agnitione illa, quae terret et pauores incutit conscientiis; de qua alibi inquit, lex iram operatur, item, aculeus mortis peccatum est, potentia peccati lex. Sequitur in textu; ego autem uixi aliquando sine lege, hoc est, securus non sensi terrores legis. Veniente autem mandato peccatum reuixit et ego mortuus sum, uidelicet agnito peccato sum oppressus terroribus mortis et iudicio legis. Haec prima pars est, in qua de usu legis concionatur. Postea attexit certamen renouati hominis post illos terrores. Est igitur continua sententia. Et sicut de sese loquitur initio, ita loquitur et postea de sua persona. Ac ne potest quidem intelligi nisi de eo, qui iam renouari coepit, quum aliquoties dicat; delector lege Dei secundum interiorem hominem. Quod non dici potest de non renato. In hoc igitur, inquit, inhabitare peccatum. Et quid intelligat peccatum, satis ostendit; quum diserte addit, peccatum illud repugnare legi mentis, legi Dei. Non igitur significatio alia uocabulo peccati attribuenda est, sicut D. Doctor metalepsin facit, peccatum dici, quia fit a peccato factum: quanquam id quoque suum habet locum. Sicut supra ex Augustino citauimus, et peccatum et caussam peccati et poenam peccati hunc morbum dici. Sed nominatim Paullus hic de infirmitate loquitur repugnante legi Dei. Id autem peccatum uocari sua natura nemini obscurum est. Huc accedit deinde et altera sententia, in qua adcitationem meam reprehendit D. Doctor: sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Res eadem est, si mauult dici, sapientia carnis: quia certe Paullus loquitur de opinionibus carnalibus seu rationalibus, quas habet homo secundum naturam hanc corruptam, et de motibus uoluntariis, qui illis erroribus respondent. Hoc totum significantius dicitur in textu phronema, quam uulgo legitur sapientia. Etsi de uocabulis nihil pugno. Rerum haec controuersia est: nam ex hoc loco multa pendent. Non potest benificium Christi satis conspici, nisi morbo agnito. Et quum recepta est opinio rationalis, concupiscentiam seu infirmitatem illam in intellectu et uoluntate et appetitu sensitiuo et uitiosos motus, quos uocant, primos motus etc non esse peccata: statim obrepunt imaginationes falsae de lege, quod homines lege iusti sint, legi satisfaciant etc. Quum autem dubitari non possit, quin sua natura sit peccatum, id quod uocatur inimicitia aduersus Deum; quid enim dici potest atrocius? satis illustre testimonium habemus nostrae sententiae. Conuenit huc etiam, quod, I Ioann. II dicitur, concupiscentia carnis non est ex patre etc. Quod autem Iacobus dicit; concupiscentia quum parit, parit peccatum: recte dicitur. Nec sequitur, ipsam concupiscentiam propterea non esse malum sua natura dignum morte aeterna. Sed ut est arbor mala, ita fructus malos parit: sicut alibi Paullus, fructus peccati. Nec illud obstat, quod disputant, non simul stare gratiam et peccatum. Verum est, excuti Spiritum Sanctum et gratiam ac amitti fidem, qua iustificamur, admissis peccatis contra conscientiam, sicut Paullus inquit: si secundum carnem uixeritis, moriemini. Sed item fatetur simul esse in renatis Spiritum Sanctum et morbum illum; quem uocat peccatum, qui non est otiosus. Ideo

S 2 inquit:

inquit: si actiones carnis spiritu mortificabitis, uiuetis. Et hoc modo coniungit alibi et saepe ueterem et nouum hominem. Caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus aduersus carnem. Vetus noster homo crucifixus est etc. Vt in curatione inchoata est sanitas, ita hic inchoata est renouatio. Et tamen exuberat gratia, quod uidelicet condonantur reliquiae peccati et morbus paullatim aboletur et integra nouitas uidelicet perpetua iustitia et uita donatur. Haec nihil habent obscuri, nihil perplexi et sine ulla dubitatione in scripturis Sanctis Prophetarum et Apostolorum ita tradita sunt. Ideo his testimoniis contenti simus. Et tamen Ecclesiae testimonium non aspernamur. Ideo Augustini dicta citauimus, qui et ipse superiores Scriptores allegat. Quod autem postremo loco proposuit D. Doctor, ut dicamus, culpam tolli; respondemus, satis clare nos testatos esse, tolli reatum: sed, quod hoc molitur, ut eo perducamur, ut hunc morbum reliquum tantum poenam esse fateamur, nequaquam adsentimur. Ac mihi quidem, ut ignoscat, peto: si non aliter cum ipso uelim loqui, quam quotidie in precibus coram Deo loquor. Certe quum cogito dubitationes; quum agnosco, quantum absim ab illo timore et amore Dei, qui requiritur: non possum iudicare, tantum poenas esse. Fateor et agnosco esse peccata. Et sic tota Ecclesia precatur, dimitte nobis debita nostra. Itaque propositam illam mitigationem non possum admittere. Ac peto potius, ut ipsi Scripturae adsentiantur et suis conscientiis, quae et ipsae agnoscunt in quotidiana uita, haec mala non tantum poenas sed sua natura peccata esse, sed condonari sanctis fide petentibus condonationem. Reliqua est particula de citato loco: peccatum remittitur, non ut non sit sed ut non imputetur. Quod ad me attinet, agnosco, male citatum esse: sed haec sententia saepe in Augustino tradita est. Alibi inquit; non ut non sit sed ut non regnet. Et mutassem ipse multo ante, si editionibus adfuissem. Reliqua omitto. Et si opus erit, declarabo nostram sententiam copiosius. Quod de locis Micheae et Ezechielis et aliis nihil dictum est. Respondi in summa, peccatum in Baptismo tolli, quod ad reatum attinet, et dari Spiritum Sanctum, qui inchoat nouam iustitiam; haec postea consummatur. Ita Prophetae non de uno tantum opere Baptismi sed de tota significatione et effectu loquuntur: sicut alias saepe complectuntur inchoatam nouitatem et consummatam, ut Ieremiae XXXI, feriam foedus nouum etc item Ioelis II. Dixi, quantum potui iam; oro etiam, ut audiantur reliqui, qui possunt ista melius dicere.

Finita hac oratione ex mandato illustris Domini Commissarii Caesareae Maiestatis et Dominorum Praesidentium petitum est, ut Doctor Eccius, quantum possibile esset, contraheret sermones et diceret ea, quae pertinere uiderentur ad ipsum negotium, omissis aliis. Et ut in caeteris idem fieret etc

Eodem die hora secunda
pomeridiana D. Doctor Eccius

Illustris, reuerendissimi, ornatissima praestantissimorum uirorum corona

Ad ea, quae uenerandus D. Magister hodie proposuit, etsi plura forent dicenda pro arduitate negotii, me tamen tempori accommodabo. Quantum enim ad exemplarium mutationem attinet, sciens iam praetereo. Quod uero edicta Principum respicit et arbitratur Dominus meus, me non probare asperitatem illam: profecto magna esset Eccii temeritas, si Regum et Principum facta temere iudicaret. Id autem, quod inter praefandum immiscuit, de motibus mentis et peccato sanctorum, quum dubitant, non satis timere uel ardere dilectione, etsi hoc ad alium pertineat articulum ante uiginti annos Lipsiae per me disputatum aduersus Lutherum et Carolostadium; quum opportune locus ille tractabitur, Deo dante: non deerunt Eccio sacrae Scripturae, Patrum auctoritates, adhaec rationes in-

uictae.

uictae. At quia D. Magister post longum orationis tractum in eandem descendit materiam, motus illos, quos solent theologi primos appellare, constituere hominem in inimicitia Dei, quod ex allegato Apostoli loco de prudentia carnis cupiebat adstruere; quum tamen longe aliud sit, etiam sua interpretatione, prudentia carnis phronema, quam concupiscentia, fomes et morbus ille. At omnium uestrum praesentium prudentiam testor; quis arbitrabitur, ex illis ipsis primis motibus tam atrox crimen committi? Quum enim nemo illis careat et prorsus nobis inuitis suboriantur: sit ergo uir bonus, qui his motibus ad auaritiam, adulterium, uindictam aut alia crimina extimuletur, qui tamen rationis ductu huic tentationi uiriliter auxilio Dei resistat, ne regnet, obediat concupiscentiis illorum motuum. Quanto rectius ad sanctorum Patrum sententiam dixisset, primos motus, si his non consentiatur, non habere culpam criminis. Etsi non existimem, D. Collocutorem pro sua moderatione uniuersos homines tam graui uelle onerare crimine: tamen indoctiores Ecclesiarum praedicatores crude intelligentes huiusmodi concupiscentiam capitale adferunt esse peccatum et horrendum hominesque constringunt in ineuitabile peccatum; dum aut uir, matrona aut honesta uirgo huiusmodi connatis motibus titillatur. Nam si consenserit, actuale peccatum perficitur. Si non consenserit, adhuc per concupiscentiam remanentem adfirmant peccare: quod a Patribus semper fuit uitatum, ne in lege Christi perfectissima quocunque casu fiat perplexus; ut etiam Gerson illustris apud eos theologus in moralibus et alias saepe docet. Quin una ex hac radice eo deuehuntur, ut innocentiam infantilem etiam renatam capitalibus onerent peccatis; dum fame pressa cibum petit aut lac maternum aut frigus refugiens expetit calore temperari. Haec de Domini Collocutoris mei praefatione. Antequam uero rem ipsam aggrediamur: uideor iustum seruasse ordinem; quod, quum heri colloquium meum conclusurus eum rogitabam, ut, cum fratribus suis Christianam nobis cum concordiam iniret, monstraui iter, per quod facilis nobis transitus, in delectu Augustano, quasi in fine meas preces reiecit, eo quod quotidianis precibus Deo supplicet, dimitte nobis debita nostra. Verum si maluisset sequi Augustinum, quem iactat suae partis esse: non fuisset aspernatus humiles preces meas ex caritate et amore concordiae prodeuntes. Nam diuus Pater libro primo contra duas Pelagianorum epistolas affirmat, nos non dicere propter concupiscentiam, dimitte nobis debita nostra, sed illud, quod sequitur, et ne nos inferas in tentationes. Quum autem non me fugiat uestras excellentias et dominationes expetere, ut sim breuior: uotis uestris studebo obsequi; ita tamen, ut nihil depereat ueritati Euangelicae. Quod ut praestem commodius, omnes suppliciter precor, memori mente teneant, quae in fascem iam redigo. Omnia enim, quae uel ex Apostolo, Augustino et aliis sunt allata, intelliguntur uere a sanctis Patribus conformiter de concupiscentia uel ipsius fomite uel malis eius affectionibus exercentibus nos per totam hanc uitam, ut non absone diceret Iob, militia est uita hominis super terram (Augustino sic citante). Nam hae sunt ueteris hominis atque primi Adae terreni reliquiae, quem exuere oportet et de die in diem renouari. Oportet mortificari illas reliquias, legem membrorum debilitari. Hinc ieiunia, uigiliae, castigationes corporis in ecclesia constituuntur. Et ab aliquibus uoluntariis uotis adsumuntur. Quod quum pauci simus, qui illa facimus: non mirum, si concupiscentia, fomes, lex membrorum, tyrannus iste regnat in mortali corpore nostro. Quae dum nos pertrahunt saepenumero in consensum peccati: merito nos omnes infirmitatem hanc deprecamur, a qua sanctissimi uiri se petierunt liberari.

Hoc ita praefato obiter percurramus, quae hodie fuerunt adducta

In puncto enim definitionum attulit, lucem et conuersionem ad Deum ad iustitiam

naturalem pertinuisse. Hoc profecto in Scripturis et Patribus non inuenio. At iustitia naturalis plurimum tribuit illis emolumenti. Quemadmodum collocutor meus confestim subiecit de morte et condependentibus malis. It que quoque iustitiam naturalem habuisse dona addita. Sed ex illo inferre identitatem donorum metaphysice rationi minus congruit. Sicut et illud, quod iustitiam originalem seu naturalem dixit omnium uirium complexam rectitudinem. Si de sola iustitia loquitur, non tonabimus contra Augustinum. Si uero de iustitia illa loquitur cum suo toto comitatu: maiora illi tribuere non uerebimur. Itaque iustitiae illius naturalis naturae institutae amissionem consecutam esse ignorantiam in mente, quam heri Dominus collocutor appellabat caliginem, et inobedientiam in uoluntate, fateri illud non abhorremus: quum sancti Bernhardi sententia sit recepta, etiam remisso peccato originali sequelas noxias et poenas remanere. De Occam inducto, quem forte XXVI annis non uidi nec tamen sic excidit memoria, quam diuersa fuerit doctorum super peccato originali sententia, ut aliqui maxime ueteres ad morbosam illam concupiscentiae qualitatem respicientes originis peccatum per eam definierint. Rursus iniores formale ipsius attendentes reatum concupiscentiae et iram Dei, quod natura essemus filii irae, et ita priores partes reatui tribuerunt. Hanc sententiam Occam et alii iuniores secuti, ueteres tamen ob auctoritates Patrum non audebant reiicere. Quare Gabriel Theologus Germanus uariarum opinionum conciliator studiosissimus etiam hac parte doctores in concordem traxit sententiam. Porro discrimen peccati actualis et originalis peccati doceri in Ecclesiis, sicut heri mihi placuit, hodie quoque non displicebit. Nam de Magistro uenerabili et sui similibus doctis uiris non dubito, quin illa et alia attemperare possint. At uereor, quum indocti concionatores, quorum maior est pars, sicut etiam apud nostros, in illa scripta nondum emendata inciderint, ne carentes sale sapientiae labantur, ne quid durius dicam. Nec est necessarium, ut diutius Ieremiae locum uentilemus; quod hominis cor prauum et peruersum ab adolescentia uel propter ipsam concupiscentiam mali illicem uel actualia peccata fateamur. De uniuersalitate lectio ecclesiastica, quod memini, non habet. Quod si etiam habuerit, sabbatarium est, quomodo in sacris litteris sunt recipiendae uniuersales propositiones. Sicut omnis Iudaea exiuit ad Ioannem. Tritum est illud. Miror autem uehementer, quod uenerandus Magister tacite me uoluit sugillare in hesterna citatione Genesis; quum lectio ecclesiastica constanter ita habeat, sicut citaui, sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Quum uero adstruit, suos nihil detrahere uel dignitati Baptismi uel merito sanguinis Christi effusi (adsentitur enim in Baptismo abunde dari gratiam et abunde Spiritum Sanctum): recte quidem hoc; ita enim Paullus loquitur ad Titum per me citatus. Verum an uobis aliis praesentibus satisfecerit, nescio. Mihi profecto non satisfecit. Quomodo enim uel gratia uel Spiritus Sanctus abunde daretur in Baptismo: si non potens esset culpam omnem remittere et abolere? Nam sic sentiendo potius dicendum foret, culpam abundare et exuberare, quae per gratiam Baptismi non posset exterminari, esset enim consentaneum, Baptismi sacramentum esse impotentius quam poenitentiae, in quo nedum culpa sed poena quoque aduersariorum iudicio adimitur. Baptismus uero tanquam fragilior culpam totam non posset auferre. Quae subinde Dominus meus adiecit de incipiente iustitia, mortificatione, renouatione et similibus ex communi nostro proloquio uerum recipiunt sensum. Sic de concupiscentia Spiritus apud Paullum, de effusione Spiritus apud Zachariam nos sponte illos locos heri praeoccupauimus: ueluti nemo est, qui non experiatur colluctationem carnis et spiritus. Neque mihi satisfacit: quum admiratur Baptismum in pueris, qui luctetur et petat condonationem. Pueri, ut ait Moses, hodie non sciunt,

ſciunt, quid bonum et quid malum. Rogo Dominum meum iam a XXV ferme annis, ut magis admiretur Baptiſmi efficaciam et uirtutem regeneratiuam, qua corpus tangit et animam ablulit, ut Auguſtinus inquit; ſibi ipſi mouit difficultatem, quomodo Baptiſmus conferat gratiam et ſpiritum baptiſato infanti, in quo tamen remaneat culpa. Et quod Lutherus ait, aeque manere peccatum originale poſt Baptiſma ſicut ante: fateor paruitatem ingenii mei non potentem capere, quod puer ſit amicus Dei per gratiam et inimicus Dei per culpam. Et ut apertius dicam, quod uolo, quum concupiſcentiae culpam in homine facitis perpetuam usque ad conſummatam renouationem, non eſt homo in terra, quin mille millibus eum oneremus peccatis et iisdem capitalibus, ut aliqui ex ueſtris dicunt, propter illam concupiſcentiae culpam. Quis ergo ex amplo terrarum orbe ſaluabitur tot laqueis capitalium peccatorum implicitus, ut ei propter continuum concupiſcentiae peccatum a puero in cunabulis usque ad decrepitam ſenectutem reſpirare nullum tempus detur, quin potius omnes ſine diſcrimine propter haec capitalia peccata eſſent aeterno igne cruciandi. Ad Auguſtinum hodie repetitum Tractatu XLI ſuper Ioanne pleniter fuit reſponſum. Et Dominus Collocutor ſi plenam Auguſtini ſententiam adduxiſſet, habuiſſet ſolutionem: ſubdit enim Auguſtinus; ſaltem illi regnum auferatur, non fiat, quod iubet. Ecce de concupiſcentia ſollicitante ad peccatum loquitur, quam recte in libro II contra Iulianum ſub nomine legis peccati fatetur remitti ſed non finiri. Quod ut uerum ſit, adeat uenerandus M. eundem eodem libro dicentem: iamne diſcernis, iamne perſpicis, et in baptiſmate fieri omnium peccatorum remiſſionem. De lucta uero ſubdit; et cum baptiſatis fieri quaſi ciuile bellum interiorum uitiorum et poſt pauca; quamuis non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, cum ſequentibus &c. Sic quod Auguſtinus ad Macedonium appellat, credentes eſſe peccatores, non uiſo loco Auguſtini mentem ex uerbis in Pſalmum accipio, omnes praeuaricatores terrae; infantes, inquit, ſunt praeuaricatores, ſicut et peccatores improprie. Notetur uocula improprie. Porro quum D. Doctor dicit, Eccium feciſſe Metalepſin de uocula peccati: non fuit illa Eccii ſed Auguſtini non in uno loco facta. Neque ego uolo eruditiſſimas aures auditorum prolixiore expoſitione ſeptimi capitis ad Romanos moleſtare; quum non exiſtimem, nos hac poſitos fore ut lectores; quod munus nobis in ſcholis domi eſt expediendum. Itaque ut uno uerbo me explicem, in tanta doctorum uarietate mihi heri non diſplicuit Auguſtini ſenis ſententia; cui ſi D. Magiſter accommodauit, non ſentio. Sed ea, quae attulit ex ſententia capitis ſui, non recipio. Quantum uero attinet ad dictum Ioannis in ſecundo primae, nihil ſibi ſuffragatur. Eſt enim auctoritas ſabbataria. Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum et ſuperbia uitae, quae non eſt ex Patre ſed ex mundo: ubi graphice tantorum criminum, quae in mundo fiunt, cauſſas deſcripſit. De Iacobo nemo dubitare poteſt, quin pro communi ſententia faciat, concupiſcentiam adſtruens, quando conceperit, parere peccatum. Quod tum fit: quando uoluntas adfectibus concupiſcentiae conſentit. Poſtremo ut aliquid uideatur tribuere efficaciae Baptiſmi, tolli fatetur reatum. Quaeram ex ipſo, an etiam culpa tollatur uel maneat: nolo enim rixari de uerbis, quod Lutherus ante tot annos reatum dixit ſophiſticum. Sed hoc ſcire aueo, an ablato reatu maneat culpa remanens peccatum aut minus. Si enim culpa non remanſerit ſed ſimul cum reatu tollatur: facilius ad optatum concordiae terminum perueniemus. Sin autem inuolucris uerborum, ſicut quidam alii fecerunt, hanc teneret ſententiam, Baptiſmum uidelicet adferre remiſſionem peccatorum ſed non auferre peccatum: in eodem uerſaremur ambiguo. Nam quae dixit de uariis prauis cogitationibus ſuborientibus, nihil moramur. Quas doctores

etiam

etiam Catholici muſcis Aegyptiacis comparauerunt. Neque ſatisfactum eſt auctoritatibus Micheae dicentis, omnia peccata auferri, proiici in profundum: neque Ezechieli teſtanti, mundatos ab omnibus inquinamentis; quum immundiſſimum reſtaret concupiſcentiae peccatum. Minus etiam Apoſtolo reſponſum ad Corinthios, quum inquit: et haec quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis. Quae competere non poſſunt in baptiſatum adhuc peccato remanente obligatum. Et ut pleniter ſententiam Eccleſiae adſtruamus, placet altius repetere Paulli ſententias: qui, quum dixiſſet Romanis, ne regnet peccatum in mortali ueſtro corpore, ut obediatur concupiſcentiis eius; ſubdit, quid ergo, peccabimus, quia non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? abſit. Cur ergo ex aduerſo dicitis eſſe peccatum; ubi Paullus prohibet, abſit, inquit, ut peccetis. Iacobus quoque inquit: reſiſtite diabolo, et fugiet a uobis. Si peccatum concupiſcentiae per hanc uitam in nobis remaneret: quando diabolus aufugeret? Porro Paullus ad Coloſſ. inquit: Mortificate membra ueſtra ſuper terram, fornicationem, immunditiam, auaritiam &c. Si ſemper remaneret peccatum usque ad conſummatam renouationem; nemo ex Chriſtianis mortificaret membra ſua. Non diſſimili pugnat ſententia ad Romanos dicens; ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Remanente culpa concupiſcentiae nemo uiueret et minus impleretur, quod ille iuſſit, ut deſtruamus corpus peccati, ut ultra non ſeruiamus peccatis. Quod illos feciſſe exiſtimandum eſt, de quibus idem meminit, ſicut hodie adductum eſt, qui ſunt primitiae ſpiritus, exſpectantes adoptionem &c. Et quod ab initio dixit capitis, nihil damnationis eſſe his, qui ſunt in Chriſto IEſu, ſubdit cauſſam, quia non ambulant ſecundum carnem. Fruſtra etiam idem Apoſtolus animaſſet Catholicos, quum inquit: lex ſpiritus uitae in Chriſto IEſu liberauit me a lege peccati et mortis. Quae non competunt in habentem capitale peccatum. Quas auctoritates Paulli cum aliis ſimilibus de lauacro et mundatione Baptiſmi fortiter oppono docentibus, concupiſcentiae peccato nos tota hac uita eſſe conſtrictos. Et licet ſaepe iam audiuerimus Auguſtinum: tamen innumeri alii quoque eius loci ſunt pro confirmanda Chriſtianorum ſententia. Placet tamen uel illud adferre ex libro I de ciuitate Dei cap. 25: quod ſi concupiſcentialis inobedientia, quae adhuc in membris moribundis habitat, praeter noſtrae uoluntatis legem quaſi lege ſua moueatur: quanto magis ſine culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi absque culpa eſt in corpore dormientis. Verba minime dubia, concupiſcentiae motum non plus nocere corpori non conſentientis, ſicut nec dormientis. Et rurſus et clarius loquitur: fomes, inquit, ante Baptiſmum poena eſt et culpa; poſt Baptiſmum uero poena eſt, non culpa. Atque de peccatorum meritis et remiſſione Libr. I cap. 34 oſtendit, in puero baptiſato nec originale eſſe peccatum neque actuale cum multis ſimilibus. Prodeat quoque in aciem pro ueritate tuenda ſanctus martyr Cyprianus de ablutione pedum, ubi inquit: de abdito et ſecretiſſimo Spiritus Sanctus munere uenit et huius gratiae liquor emanat, ſic lauans, quos parentalis labes infecerat, ut nec actualis nec originalis macula aliqua in parte poſt ablutionem illam ueſtigia relinquat; ubi apertiſſimis uerbis martyr affirmat, ueſtigia maculae originalis nulla relinqui. Sententia eſt etiam diui Ambroſii in Epiſtolam ad Corinthios. Sancte ergo dixit Auguſtinus Libr. II de ciuitate Dei, loquens de pueris baptiſatis: quibus, inquit, nihil eſt innocentius. I. Poſtquam uero Prophetas, Euangelium et Apoſtolos, ſanctos Patres audiuimus: praeſtat ſententiam noſtram rationibus quoque firmare. Nam ad ſerere remanens peccatum, quod nobis inuitis impugnaret, addo etiam expugnaret, ubi libertas arbitrii ſeruaretur: quum inconcuſſa et firma ſtet Auguſtini ſententia de aliis peccatis quam originali. Peccatum eſt adeo uoluntarium, ut, ſi non ſit uoluntarium, non ſit peccatum. II Praeterea et

quod

quod eadem radice pugnat, nullum mandatum debet dari nisi de bono uel malo contingenti. Si autem hoc concupiscentiae peccatum esset in nobis necessarium: nullum super eo datum fuisset mandatum. Vis rationis traditur per Augustinum Libr. I de doctrina Christiana. Et quod ipse testatur de gratia et libero arbitrio. Mandata Dei non prodessent homini, si in his non haberet liberum arbitrium. III Cuilibet quoque Christiano constat, eum debere conformiter agere praeceptis diuinis, alioqui non poterit assequi uitam aeternam. Hoc quod Augustinus assumsit de Spiritu et littera. Et Christus ipse testatur: si uis in uitam ingredi, serua mandata. Si quis enim mandata Dei non seruauerit: maledictiones super eum uenient, de quibus in Deuteronomio. Ad ista ergo inconuenientia uitanda satius est uim et efficaciam Baptismi agnoscere, meritum Christi in Baptismo agentis multis laudibus prosequi, innocentiam infantium post Baptismum non saeuitia plusquam Herodiana persequi, sed Deo gratias agere, qui pueris innocentiam restituit. Et nos adulti, qui perperam saepe concupiscentiae tentanti consentientes diuino implorato auxilio fortiter tentationibus resistentes a Deo optimo maximo in aeterna beatitudinę coronemur. Haec ita uolui adferre, ut uenerabili D. collocutori satisfacerem et superadderem quoque ad hanc materiam pertinentia, rogans etiam atque etiam, ut formulam concordiae nobis tolerabilem adhuc cum fratribus suis acceptare uelit, quo pax in Ecclesiis Germaniae in aedificationem subditorum feliciter redeat, ita precor.

Sequente die dominico uidelicet XVI Ianuarii hora tertia pomeridiana

Primum Doctor Conradus Braun nomine Praesidentium Statibus Confessioni Augustanae adhaerentibus significauit, quod D. Commissario et D. Praesidentibus uideretur, praeterito biduo de secundo Confessionis articulo ab utraque parte satis esse disputatum. Ideo illos petere, ut ipsi uelint super eo articulo ulterius colloqui supersedere.

Statuum Augustanae Confessionis nomine D. Philippus respondit

Quanquam cupiant Domino Commissario et Dominis Praesidentibus gratificari: existiment tamen, rem esse admodum grauem non ad ea, de quibus heri sint accusati, respondere. Ideoque petere, ut, quod in huius modi caussis sit usitatum, etiam ipsis concedatur, uidelicet, ut, quoties dicit actor, toties audiatur reus. Ad haec iussus est Praesidentium Orator respondere, quod, liceat satis sit ab utraque parte super secundo articulo collocutum, nolle tamen Dominum Commissarium et Dominos Praesidentes ipsorum petitionem denegare. Sed ita, ut alteri parti posteriores dicendi partes seruentur, eo, quod Confessio et Apologia ab ipsis oblatae sint uice primae propositionis. Adiecit, petere D. Commissarium et Dominos Praesidentes, ut sermones utrinque contrahantur, ne spatium unius horae excedant. Sub ista D. Philippus dictorum Statuum nomine gratias agit Domino Commissario et Dominis Praesidentibus ostenditque esse quaedam superiori die dicta ab aduersariis atrocius, deinde adducta etiam argumenta quaedam, quibus necesse sit respondere. Petiit etiam, ut cuilibet, ab ipsorum parte ad hoc colloquium deputato pro se dicere uolenti, sicut antea concessum esset, non denegaretur. Item uideri ipsis, quum aduersarii primum dicere coeperunt, eos esse actores. Nam Confessionem et Apologiam oblatas esse materiam, circa quam haec caussa uersetur. Quare postremo monuit, aequum esse, ut ipsis, non aduersariis postremae dicendi partes permitterentur. Orator Praesidentium subiecit, uideri Domino Commissario et Dominis Praesidentibus, quod ad continuandum et concludendum colloquium super isto puncto facienda sit iam ab utraque parte conclusio. Et quod ad alios articulos pertineret, uelle Dominationem ipsius cum Praesidentibus crastina luce suam declarare sententiam.

Responsio tertia Philippi

Nec prolixitas hesternae orationis nec caussa ipsa, in qua nihil est perplexi, difficultatem aliquam mihi adfert in respondendo. Sed duae res aliae laborem mihi augent et ueritati adferunt periculum, uidelicet, quod neglecto ordine clarissimus D. Doctor uarie res miscuit et uerba quaedam captat ambigua, ut caussae nostrae noceat: ut quum pro peccato seu uitio, quod in sanctis nos dicimus remissum et condonatum esse, ipse utitur alias insidioso uocabulo criminis, alias capitalis peccati, alias culpae; quum inter haec plurimum intersit. Interdum mea uerba omnino deprauat: ut quum ait, me mirari baptismum in pueris, qui petat condonationem. Haec portenta uerborum nequaquam nostra sunt. Quum hoc modo offudit nebulas; deinde addidit atrocia conuicia: tribuit nobis Herodianam saeuitiam. Ego ab utraque re abhorreo et a sophistica et a maledicentia. Et arbitror, uoluntatem esse clementissimi Imperatoris et illustris Domini Commissarii et Dominorum Praesidentium, ut placide ueritas quaeratur. Et mihi conscius sum, me hactenus ingenue et sine ullis fucis declarasse nostras sententias. Haec ratio si mihi mutanda est: optarim, clarissimo D. Doctori alium collocutorem dari. Maxime enim a negotiis religionis abesse sophisticam oportuit et certare conuitiis nequaquam libet. Baptismus infantium defensus et ornatus est multorum scriptis apud nos. Et sumus plerique patres familias. Certe de liberorum nostrorum salute cogitamus. Quoties ipse audiui inculcari hanc uocem: non est uoluntas Patris, ut pereat unus de paruulis istis. Sentimus, eos in Baptismo fieri filios Dei, accipere Spiritum Sanctum et manere in gratia tamdiu, quoad non effundant eam peccatis actualibus ea aetate, quae iam dicitur rationis compos. Morbus autem, qui adest, non est capitale sed remissum et condonatum peccatum. Desinat igitur nobis tribuere Herodianam saeuitiam aut uicissim audiet, quae non uolet. Spero, me excusatum esse prudentibus, quod hac utor praefatione. Nam hoc maledictum dissimulare non licuit. Tribuo eruditionem D. Doctori, tribuo etiam candorem. Ideo libenter cum eo cogitationes meas conferrem, sicut soleo cum multis: si sine animi acerbitate et sine sophistica disputaret. Sed hae rixae nihil me delectant nec sunt utiles ad tranquillitatem. Nunc uenio ad ipsius responsionem. Ac primum de uocabulis dicam. Crimen uocatur actuale peccatum et quidem factum, quo lex Dei contra conscientiam uiolatur: quum hoc non est gratia. Nec dicimus, uitiosos motus in sanctis, quibus repugnant, crimina esse. Ac perplexitatem illam, de qua dixit, maxime explicat doctrina nostra de iustificatione. Ostendimus, quomodo placeat obedientia; quum tamen sit imperfecta. Rursus etiam dicimus, amitti iustitiam et gratiam; quum uiolatur lex Dei contra conscientiam: sicut Paullus inquit, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Discernimus etiam appetitiones et deprauationem. Ideo iniuriam nobis facit: quum ait, nos infantes onerare capitalibus peccatis, quum fame cibum petunt aut frigus refugiunt. II Saepe repetit nomen capitalis peccati, quod intelligimus peccatum regnans (ut Paullus loquitur) seu originale seu actuale. Toties autem testati sumus, tribui renatis non regnans peccatum sed condonatum. De culpa mouemur ambiguitate uocabuli. Nam ueteres plerumque appellatione culpae utuntur pro reatu i. e, imputatione, qua aliquis reus est. Recentiores simpliciter pro peccato et distinguunt contra poenam. Quare, ut obtineat, hunc morbum tantum esse poenam, non uitium pugnans cum lege Dei, postulat, ut dicamus, tolli omnem culpam. Si culpam tantum intelligeret reatum, nihil impediret. Sed si hoc uult, reliquias morbi tantum esse poenam et non sua natura uitium repugnans legi Dei, nequaquam assentior. Ac dico, nimium extenuari hoc malum et inde sequi alia incommoda, Nam si concedamus,

cedamus, nullum esse in sanctis peccatum: pugnat in dictum cum Ioanne; si dixerimus, quod peccatum non habemus, mendaces sumus. Et accedit imaginatio, quod homines legi Dei satisfaciant &c

Dixi de uocabulis et simul respondi
ad postulationem heri propositam de culpa

III. Nunc ad rerum definitiones accedo. Videt statum huius controuersiae D. Doctor, uidelicet, an recte nos sic exaggeremus peccatum et an nimium extenuent recentiores. Ideo quaerit antithesin iustitiae originalis et peccati. Si iustitiam originalem tantum intelligit esse acceptationem et peccatum tantum reatum, i. e, imputationem seu reiectionem, sine uitio in natura hominis: nimium philosophatur. Scriptura et Patres sentiunt, iustitiam illam non tantum acceptationem fuisse sed rectitudinem, uidelicet erga Deum: haec nulla esse potest sine luce agnoscente Deum et sine conuersione uoluntatis ad Deum et debito ordine reliquarum uirium; sicut disputatur in 2 distinct. 29. Et Ambrosius inquit: quando Adam solus erat; non est praeuaricatus, quia mens eius Deo adhaerebat. Hic certe complectitur eadem, quae ego sum complexus. Nec facio identitatem metaphysicam donorum. Et constat ex uulgaribus descriptionibus iustitiam, quae uocatur uniuersalis, complecti plures uirtutes seu obedientiam in omnibus uiribus. E regione peccatum originis intelligimus non tantum reiectionem humani generis seu imputationem, sed etiam ipsius naturae deprauationem in mente, uoluntate et appetitu sensitiuo. Non igitur tantum referat concupiscentiam ad appetitum sensitiuum, etsi de hoc exempla sunt magis usitata, sed etiam ad superiores uires; sicut dictum est. Extat clara sententia Augustini de Baptismo paruulorum: remanet corruptio non solum in corpore sed etiam in animo, qui est homo interior. Recte igitur huc accommodantur dicta Paulli: sensus carnis inimicitia est aduersus Deum; item, animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei, stultitia enim est ei et non potest intelligere. Hic certe de mentis et uoluntatis morbis loquitur. Hinc satis intelligi potest, nos recte exaggerare peccatum nec me affingere nouam Paullo interpretationem, sed hanc, quam recensui, uere esse sententiam Propheticae et Apostolicae Scripturae et eruditiorum Patrum. IV Accedo ad ea, quae de Baptismo dicta sunt. Potius, inquit, culpa exuberaret; si gratia uel Spiritus non posset totam remittere et abolere. Breuis responsio est: dicimus, totam remitti; quum homo per Baptismum a Deo recipitur in gratiam. Ideò gratia exuberat, quae hoc peccatum totum sepelit condonatione; sicut Roman. VI dicitur. Tunc etiam inchoatur in renato nouitas spiritualis: etsi manet interim corpus peccati, ut uocat Paullus, cui repugnat nouitas; quae tandem abolito corpore peccati fit consummata. De sacramento poenitentiae et Baptismi in adultis similis ratio est. Actualia, quum actu transiuerint, ut dici solet, non manent et remittuntur. Sed malum originale manet actu, etsi incipit mortificari et tamen condonatur, quod manet. Non igitur minus tribuimus Baptismo, quam sacramento poenitentiae. Quod sequitur, a me non est dictum, Baptismum in pueris petere condonationem. Si casu secus recitat meum dictum, boni consulo; sed si uolens deprauat, moleste fero. Etsi, quales sint in infantibus motus Spiritus Sancti sanctificantis eos, nobis quaerere non est opus: tamen, quum dicatur, talium est regnum caelorum, necesse est fateri, quod in eis inchoetur nouitas. Postea uero de motibus in adultis dixi, fidem luctari cum hoc peccato, amplecti condonationem in Baptismo acceptam et, quia malum non est otiosum, petere condonationem. Nec dixi, remanere in baptisato culpam: uito enim hoc uerbum propter ambiguitatem. Ait, se non posse intelligere, quomodo infans simul per gratiam sit amicus Dei et inimicus

per culpam. Quis hoc dixit ? Renatus est amicus Dei propter Mediatorem Christum per gratiam seu accepto Spiritu Sancto et malum, quod reliquum est, condonatur : etsi est uitium pugnans cum lege Dei, sed non regnat, immo sepultum est condonatione, ut alibi de definitionibus orthodoxae fidei cap. 49 dicitur. Nullus sanctus et iustus caret peccato nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanctus : quum affectu retinet sanctitatem. Postea sequuntur fulmina uerborum, quum ait : quum concupiscentiae culpam in homine facitis perpetuam usque ad consummatam renouationem &c ; non est homo in terra, quin mille millibus eum oneretis peccatis et iisdem capitalibus. Primum scit, nos non sic loqui, concupiscentiae culpam esse perpetuam. Deinde etiam illud de suo addidit, quod oneremus homines peccatis capitalibus. Dicimus enim, renatis hoc peccatum condonari. Interea tamen uerum est, hunc morbum non esse otiosum et parere multos motus pugnantes cum lege Dei, quibus repugnandum est et fide tuenda consolatio, quod haec mala condonentur et quod obedientia quanquam imperfecta placeat Deo propter Mediatorem, qui pro nobis interpellat. Haec sunt uera, salutaria piis et perspicua. Ideo illa popularia, quae adiecit in declaratione, non metuimus. Nec pauca nec leuia sunt etiam sanctorum peccata, sicut Moises orat : nec innocens coram te est innocens. Et Dauid : propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo ; multum est enim. Etsi securis et non expertis uerae poenitentiae exercitia haec leuia uidentur : sed experti deplorant ea, ut Ezechias ; sicut leo contriuit omnia ossa mea. Et legimus, in uita Augustini, aliquot continuis diebus ante mortem magno moerore conflictatum et inter lacrymas et preces questum esse, quod in tam longa uita peccata sua non uehementius deplorasset. Et sanctissime inquit de Ciuitate Dei Libr. XIII. sine peccato autem, qui se uiuere existimat, non id agit, ut peccatum non habeat sed ut ueniam non accipiat. V. Multa uolens omitto. De loco ad Corinthios, abluti estis, sanctificati estis &c respondeo, ut supra, et originale et actualia in adultis, de quibus loquitur Paullus, remissa per Baptismum. Nec regnat originale, etsi corruptio reliqua est. Haec fuistis, inquit, id est, polluti actualibus et originali. Nunc abluti estis et sanctificati remissione peccatorum et inchoata nouitate. VI. De septimo capite ad Romanos idem facit D. Doctor, quod quispiam pictor faciebat in pictura immolationis Iphigeniae ; in qua, quum consumsisset gestuum uarietatem in singulis Principibus, qui adstabant, nec posset gestu prae caeteris insigni paternam moestitiam exprimere, pingit tegentem pallio uultum. Ita D. Doctor consumtis glossis, quibus pingit caetera testimonia, praeterit et inuoluit praecipuum locum, de quo Augustinus inquit, uim sibi fecisse uerba Paulli, ut cogeretur assentire, loqui eum de sese seu de renatis. Ibi diserte Paullus hunc morbum saepe nominat peccatum et, ne quid sit ambigui in uocabulo peccati, inquit, esse quiddam repugnans legi Dei. Deinde consolationem addit : nulla condemnatio est his, qui in Christo IEsu ambulant ; quia lex uitae liberauit me a lege peccati et mortis uidelicet condonatione et inchoatione nouitatis. Non enim ait, se deposuisse morbum, uidelicet legem in membris. Immo postea ait : corpus propter peccatum destinatum est morti.. Auctoritates citatas ex Augustino et aliis relinquo iudicio prudentum, quarum pleraeque nihil contra nos faciunt. Dicimus et nos, in Baptismo remitti omnia peccata et peto considerari perpetuam Augustini sententiam. VII. Tandem omissis testimoniis adiecit argumenta sumta a ratione et ciuilibus moribus, quibus probat, hunc morbum non esse peccatum.

Primum est

Omne peccatum praeter originale est uoluntarium

Ergo hic reliquus morbus in sanctis non est peccatum seu uitium pugnans cum lege Dei.

Respondeo :

Respondeo : in ipso antecedente est exceptum originale et dictum illud loquitur de moribus ciuilibus. Haec est autem praecipua caussa, cur de hoc loco contendamus, ut retineatur discrimen inter delicta ciuilia et immunditiem coram Deo, item, inter ciuilem iustitiam et iustitiam fidei.

Secundum argumentum

Nullum mandatum debet esse impossibile
Ergo aut concupiscentia non est peccatum aut lex erit impossibilis

Respondeo ad antecedens. Adsentior de moribus externis atque ita lex Dei, quod ad disciplinam attinet, est possibilis, uidelicet, quod ad externa honesta officia attinet. Sed lex Dei non tantum de externis officiis concionatur, uerum de integra obedientia cordis, ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde &c. Externa disciplina et professio ueri cultus possibilis est et praestari debet ac potest. Sed nemo satisfacit huic legi, quod ad cordis munditiem et obedientiam integram attinet. Ideo Paullus dicit: lex Dei spiritualis est, i. e, non tantum politica disciplina sed requirens spirituales motus, summam dilectionem Dei &c Et tamen haec lex etiam fuit possibilis ante lapsum Adae, postea natura corrupta repugnat legi et tamen proposita est, ut foris coerceat et intus accuset ac damnet peccatum : sicut Paullus acerrime contendit, lege non iustificari homines, et concionatur, Mediatorem Filium Dei datum esse, per quem reconciliati haeredes efficiamur nouae et perpetuae iustitiae et uitae. Sicut et Ioannes inquit: lex per Moisen data est, gratia et ueritas per IEsum Christum facta est, i. e, donata et remissio peccatorum et uera ac perpetua iustitia et uita. Ita rursus fit lex possibilis, quum inchoatur nouitas : iuxta illud ; dabo legem meam in corda eorum &c. Et peccata condonantur propter Filium Dei his, qui agunt poenitentiam et credunt sibi propter Filium Dei ignosci &c Neque hic detrahitur libero arbitrio : id disciplinam externam utcunque regere potest et adiutum a Spiritu Sancto habet nouos motus consentientes legi.

Tertium argumentum

Si uis ingredi in uitam, serua mandata
Nemo potest seruare mandatum, non concupisces, si intelligatur de morbo naturali
Ergo nemo potest saluari.

Profecto deploranda est haec confusio legis et euangelii. Moisi tabulae collisae significant, neminem iustificari lege coram Deo. Ideo hoc dictum, si uis in uitam ingredi, serua mandata, conferri oportet ad promissionem de Christo factam, propter quem remittuntur peccata et datur noua iustitia et placet inchoatio legis, ut suo loco dicetur. Quod igitur inquit, ut uitet absurda, quae in argumentis recitat, ideo sic contendere, ne hic morbus in sanctis existimetur esse uitium pugnans cum lege Dei : nos absurda tollimus et grauiores opponimus caussis retinendae sententiae nostrae, ne confirmemus humanas opiniones, quae fingunt homines legi Dei satisfacere, et alias, quae obscurant beneficia Christi. Quod uero petiuit, ut cum meis Collegis colloquar, feci et rogaui, ut libere singuli dicerent, quod sentiunt, et omnium una est sententia, omnes homines communi naturae modo propagatos ex coniunctione maris et feminae adferre secum nascentes peccatum originis, sicut ecclesia confitetur. Et iudicant, declarationem definitionum, quam recensui, congruere cum Scriptura Prophetica et Apostolica et Scriptoribus ecclesiasticis, et existimant, in ea re non esse dissensionem. Conuenit item, quod omnes fatentur, in Baptismo remitti peccatum originis, hoc est, condonari et dari Spiritum Sanctum, qui inchoat nouitatem spiritualem. De morbo autem reliquo in sanctis sentiunt, tum non esse adiaphoron aut tantum poenam

ſed uitium pugnans cum lege Dei, quod eſt peccatum ſua natura; ſicut et Paullus expreſſe aliquoties peccatum nominat ſed condonatur renatis. Haec ſunt plena et perſpicua uerba, quae nihil habent ambiguitatis aut praeſtigiarum. Quod ſi haec ſententia ſatisfactura eſt D. Doctori et eius Collegis, gaudemus. Nos quidem non dubitamus, eam uere eſſe Catholicae Eccleſiae Chriſti conſenſum, h. e. Patrum, Prophetarum, Apoſtolorum et omnium Sanctorum usque ad hunc diem. Et iudicamus, hanc ſententiam certo in Scripturis Propheticis et Apoſtolicis traditam eſſe. Nec dubitamus prouocare ad iudicia uere eccleſiaſtica, h. e. ad pios et eruditos toto orbe terrarum. Ac admiramur, quod tantopere contendant aduerſarii, homines ſine peccato eſſe poſſe: quum Auguſtinus hanc opinionem inſaniam uocet inquiens; ſine peccato autem in hac uita neminem dixerim, quanta libet Pelagiani inflentur et rumpantur inſania, non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptiſmo non remittatur ſed quia in nobis in huius uitae infirmitate manentibus quotidie fieri non quieſcant, quae fideliter orantibus quotidie remittantur. Sed in eccleſia plerumque duo ſunt coetus, alter, qui tantum legem carnaliter intelligit ac tumet perſuaſione ſuae iuſtitiae, alter, qui agnoſcit propriam infirmitatem et confugiens ad Mediatorem Filium Dei fide petit et accipit remiſſionem. Vtriusque generis imago propoſita eſt in conuiuio apud Simonem: qui quum deſpiceret miſeram mulierculam inflatus admiratione ſuae ſanctitatis, patrocinari incipit Chriſtus mulierculae et uituperans arrogantiam Phariſaei illi alteri tribuit remiſſionem peccatorum et laudem impletae legis uidelicet dilectionem. Fortaſſis hoc tempore idem nobis accidit. Nam perſonae in utraque parte facile poſſunt accommodari. Nos de praedicatione poenitentiae, de fide et remiſſione, de agnitione propriae infirmitatis et de ueris cultibus diſſerimus, ut Chriſto pedes lauemus, i. e. ut miniſterium euangelii ornemus. Propter hoc ſtudium quomodo excipiamur, res ipſa oſtendit. Audiuiſtis, D. Doctor, ſententiam, de qua collocuti ſumus. Si quis uolet, aliquid addat: ego non uolui eſſe prolixior, mandato Domini Commiſſarii obſequens.

Doctori Eccio petenti conceſſum eſt, ut ſequenti die hora ſeptima diceret idque breuiter, et iniunctum ut hanc collocutionem de ſecundo articulo abſolueret.

Sequenti die decima ſeptima Ianuarii hora octaua Doctor Eccius

In nomine tuo, dulcis IEſu, Amen

Illuſtris, reuerendi, clariſſimi, ſtrenui, nobiles et prudentiſſimi Domini et Patres. Reſtat, ut Collocutori meo ſatisfaciam. Nam quod primo dicit, a me neglectum ordinem, fateor, me feciſſe pro commoditate materiae. Quae ſuperiori die dixi de capitali uitio et ſimilibus, neque Domino Magiſtro hoc impoſui neque communiter eccleſiis eorum. Verum quod concionatores minus circumſpecti aliquando ex imperitia aggrauant ultra regulam non aggrauanda et uitium concupiſcentiae in lingua noſtra Germanica nominant Haubt-Sünde: non potui certius reddere Latine, quam per capitale. Rogo Dominum Magiſtrum et ſui ſimiles eruditiores, quod corrigant alios minores; ſi exorbitauerint. Conqueritur uenerabilis Magiſter, quod ſophiſtice et conuiciis egerim cum eo. Sancte promitto, non fuiſſe mentis meae, aliquo conuitio ipſum uel collegas eius adſpergere: quemadmodum in ingreſſu colloquii teſtatus ſum. Sophiſticam exiſtimat, quod aliquando ſeriem uerborum ſuorum non ſum aſſecutus. Verum hoc non factum eſt fallendi animo, ut ſophiſtae ſolent. Sed quia D. Magiſter nouit, me nunquam habuiſſe Notariorum ſcripta; quod credebam, hoc eis non licere: tamen, quod ei communicata ſunt, non grauate fero. Sed uiciſſim rogo, ne tam grauiter ferat, ſi unum uel alterum uerbulum a me ſine dolo fuerit commutatum; quum omnes praeſentes uideant et experiantur, me non uenire inſtructum

cum

cum continua ſerie orationis domi praeparatae ; licet et hoc libenter condonabo Domino Magiſtro , ut ipſe re experiatur, magis me quaerere ueritatem et concordiam, quam uanam memoriae iactantiam. Nouit enim ueneranda ſua dominatio, quod Caroloſtadio in congreſſu Lipſico hoc nolui permittere. Ad materiam uero digreſſus quum diſcrimen attulerit de crimine, de culpa : non admodum ei refragor, ne in Scoticas ſubtilitates de reatu, obligatione et Dei offenſa incidamus. Et quod addidit , reliquias peccati originalis et ipſam concupiſcentiam uitium eſſe, cum Auguſtino et Damaſceno non reſpuimus. Quod autem ad iuſtitiam originalem regreditur , exiſtimo in ſuperioribus ſatisfactum. Porro quod peccatum originis adfirmat eſſe deprauationem naturae etiam in mente, citans ad hoc Auguſtini teſtimonium de Baptiſmo paruulorum , qui inter alia damna etiam corruptionem mentis enumerat ; breuiter reſpondeo, hoc omnes fateri in eccleſia ; alia enim eſt natura a Deo inſtituta , ut abſolutiſſimo artifice, alia uero natura deſtituta, laeſa et inordinata. Mentem hominis uulneratam fatemur originalis peccati reliquiis, ut eſt ignorantia. Et quod in artibus ſolebam dicere , Ariſtoteles hanc intellectus deordinationem expertus eſt, ſed cauſſam ignorauit, quum fateretur, nihil eſſe in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, clare perſpiciens , dominium intellectum pendere ab ancilla ſenſuali notitia. At duo addiderim ; unum, quum hoc omnes fateamur , deſideraſſem in uenerabili Magiſtro, ut pro modeſtia ſua non oneraſſet ſcholaſticos doctores, ac ſi docerent , uires noſtras naturae eſſe integras. Fatemur enim cum dominatione ſua et concordamus, uires animae eſſe laeſas et deordinatas iuxta parabolae ſententiam uulgatam de homine deſcendente in Hiericho , qui incidit in latrones, fuit ſpoliatus gratuitis et uulneratus in naturalibus. Alterum, quod ſubiicio, eſt ; quum repetiit, uitium illud concupiſcentiae etiam eſſe in mente cum dubitationibus : illud ei condonaueram, non reuocaturus in dubium, etiamſi illud atro calculo apud me notaueram. At altera uice redeunti opus eſt ueritatis aſſumere patrocinium. Et ita ſentio, deordinationem hanc hominis naturam infirmare. At quod concupiſcentiae uitium in ſuperiori animae parte in mente exiſtat, non uideo pro paruitate ingenii mei , quomodo conueniat Paullo ad Romanos ſcribenti ; ſcio, quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Notetur, in carne. Sequitur etiam ; uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae : per antitheſin affirmat , eſſe in membris, excludendo mentem. Mox ſubdit de lege peccati, quae eſt in membris meis. Poſtremo magno affectu exclamat : infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Pondeœtur, de corpore. Mentem uero , quae eſt interior homo , non praegrauatam concupiſcentia illis ipſis uerbis teſtatur. Condelector enim lege Dei ſecundum interiorem hominem. Pari modo dubito, dubitationes admittere in ſanctis ; quum dubitans in fide ſit infidelis. At ſi per dubitationem intelligit humilitatem mentis (ſicut omnino arbitror dominationem ſuam facere pro ſingulari eruditione) non reſpuo : quum ſic homo neſciat , an amore uel odio dignus ſit , et Gregorius doceat, bonarum mentium eſſe agnoſcere culpam, ubi non eſt culpa. Neuter noſtrorum (ut opinor) contendet cum Luthero iactante in Galatis , quemlibet debere eſſe certiſſimum ſupra omnem certitudinem , ſe eſſe in caritate. Quae uero uenerandus Magiſter attulit de comparatione Sacramentorum , breuitatis ſtudio nolo conferre ſed arbitrio lectoris committere. At quod ſuſpicatur , me ex animo uerba quaedam aut ſententias deprauaſſe, quum tot annis integritatem meam habuerit perſpectam, ut ſinceriter et amice cum eo agam , uel ſi uerbo eſſem lapſus , quod non arbitror , aut Notarii elocutionem meam non pleniter perceperint (paucis enim uerbis, ut ſoleo, in chartula annotaram uerba iſta; luctetur et petat condonationem, condonatur autem peccatum baptiſmo et fide); ſcio,

D. Magi-

D. Magiſtrum pluribus uerbis fuiſſe uſum: at ob commoditatem contraxi, profecto non animo uerba ſua corrumpendi. Venio ad illud, quod aſſumtum eſt de puero amico et inimico Dei, an ſic ſatis ſe explicuerit, committo beneuolo lectori. Et quae de perpetuo dixi concupiſcentiae malo usque ad mortem, occaſionem praebuit mihi is, qui uerba Paulli ad Rom. VI (qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato) intellexit de morte corporis. Non dubito, uenerabilem Magiſtrum cum doctoribus ſuis collegis illi minime ſubſcribere; quum ex diametro pugnet cum Paullina ſententia. Dominus quoque Magiſter digreditur ad peccata ſanctorum. Et de peccato bonorum operum citans illud Pſalm. 142. non intres in iudicium cum ſeruo tuo &c. Ne et ego extra chorum (quod aiunt) ſaltem, materiam in praeſentia non excutio. Solum ei oppono eiusdem Pſalmiſtae uerba dicentis: iudica me, Domine, ſecundum iuſtitiam meam et innocentiam meam ſuper me. Nec poteſt ignorare D. Magiſter, quot et quanta fuerint per me Lipſiae adducta; quum diſputationi interfuerit. Ea, quae ſequuntur, ſicco pertranſirem pede: niſi Homericum mihi obieciſſet pictorem cum Iphigenia, qui affectus et motus paternos non ualuit exprimere. Si mens ſit illa Domini Magiſtri, ut Eccii doctrinam iam exhauſerit, ut hoc loco neſciat reſpondere, certe fallitur. Niſi enim ornatiſſimae conſidentium coronae non eſſet moleſtum, periculum facerem adhuc biduo uel triduo in hac materia.

Scio autem omnium uirorum uota adclamantium, ſat prata biberunt.

Et pingendi meam induſtriam audiuiſtis; quum tot uerbis Paulli morbum concupiſcentiae eſſe in inferiori parte animae oſtendi. Saepe adfert, peccatum dici Paullo, quod repugnat legi Dei, nec noſtri aſpernantur. Sic enim caro concupiſcens aduerſus Spiritum pugnat cum lege Dei. Et eſt in hac uita perpetuum illud bellum ciuile, ut citauimus Auguſtinum, et militia, ſicut citauimus Iob. Ad argumenta uero conatus eſt reſpondere; an uotorum factus ſit compos, auditorum et lectoris commendo iudicio. Quae de poſſibilitate legis adduxit, non poſſum ſilenter praeterire. Nam poſſibilitatem illam ad externa refert. Mihi autem apparet, eandem debere affirmari in interioribus, uti ueritas ipſa Chriſtus apud Matthaeum teſtatur: exeunt, dicit, ex corde cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia et blaſphemiae; haec ſunt, quae inquinant hominem. Ita affirmat ſcrutator cordium. Fateor, apparentem adiecit probationem de dilectione Dei ſuper omnia. At Auguſtinum in libro de littera et ſpiritu, quem ſcio ei fore familiarem, audiat et ſequatur: non ſtatim culpa eſt; ſi nondum tanta dilectione Deum diligamus, quanta illi perfectae cognitioni debetur. Aliud eſt, non totam aſſequi caritatem; aliud eſt, nullam ſequi cupiditatem. Arriſit etiam mihi, datam a Magiſtro poſſibilem mandatorum Dei obſeruantiam adiutorio gratiae diuinae. Et noſtri ita docent: licet uenerabilis Magiſter in Apologia ſua aliquando noſtris haec tribuit, et recte facit, aliquando aufert, cui diſſentimus. Aſſumtum de lege amphibolo utitur propter legis aequiuocationem. Ne ſim faſtidio, unum duntaxat adduco Paulli locum ad Galat. II: per legem legi mortuus ſum, quod de una lege nequit intelligi. Tranſeat, quod Ieremiam citat cap. 31: dabo legem meam in cordibus eorum. Nam non ignorat, Paullum euocare hunc locum ad Ebr. VIII et intelligere de lege euangelica. Ad me non attinet, quod reſpondens Chriſtus dicit; ſi uis ingredi ad uitam, ſerua mandata. Interrogatio enim praecedens praebet intellectum reſponſionis ſequentis. At non opinor, uelle D. Magiſtrum, Chriſtum attuliſſe confuſionem legis et euangelii. Sed hi uideant, qui ſcripſerunt, decalogum Nouo Teſtamento eſſe antiquatum. De eo uero, quod immiſcuit de inſana Pelagianorum doctrina, homines poſſe eſſe ſine peccato, quum ſit extra chorum, in praeſentia praeterimus, hoc

affirmato

affirmato tamen, catholicos explosa temeritate Pelagiana gratiam Dei dicere esse necessariam et auxilium diuinum, iuxta Mileuitani et Romani conciliorum decreta, ut extat in multis libris apud Hieronymum et in pluribus apud Augustinum. Nam omnes beati Augustini regulam humiliter suscipimus, qui in libro confessionum dehortatur, ne proximos nostros peccatores iudicemus, quum quilibet certo sibi persuadeat, si non diuina bonitate impediretur, eum in tot mala incidere, quam quiuis sceleratissimus. Haec diui Patris est sententia; uerba mente non teneo. Alia, quae attulit, non sunt controuersa; ideo breuitati studens ad conclusionem pergo. Et quoniam satis amanter pro concordia suorum confratrum obtulit sententiam et ego quoque pro nostris et communi sensu ecclesiae suscipiendum offero. Clare fatentur, omnes ab Adam propagatos secundum legem communem nasci cum peccato originali et ita in ira Dei. Esse autem peccatum originale carentiam iustitiae originalis debitae inesse cum concupiscentia. Et in Baptismo reatum peccati originalis et omnia peccata remitti per meritum passionis Christi. At morbum remanentem, ipsam nimirum uitiosam concupiscentiam, quum ex peccato relicta ad peccatum semper inclinet, ob hoc peccatum dici posse, sicut scriptura dicitur manus. Propterea tamen nec proprie et formaliter peccatum damnabile appellatur. Omissis ergo aliis pluribus ad epilogum me conuerto: quum Micheas dicat, in Baptismo proiici in profundum maris omnia peccata; et Ezechiel, nos mundari ab omnibus inquinamentis nostris; Zacharias cum aliis, Spiritum Sanctum dari; et Christus renascentiam dixerit ex Spiritu et aqua fieri; Paullus quoque appellauerit ipsum lauacrum uitae et regenerationis, in quo abunde detur Spiritus Sanctus, in quo abluti sumus et sanctificati; proceres quoque ecclesiae Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus et Chrysostomus testentur, omnia peccata remitti in Baptismo. Audiuimus etiam, D. Collocutorem tam nomine suo quam suorum iam affirmasse, peccatum hoc in Baptismo esse condonatum, esse sepultum et a Deo non imputari. Sed quod ad infirmitatem carnis, legem membrorum, morbidam concupiscentiam attinet, quum nos perpetuo infestet malis motibus et concupiscentiis fatiget, ad peccata nos incitet, Deum maximum oremus, ut gratia sua uelit nobis adsistere et praestare, ne inducamur in tentationem sed liberemur a malo praesentis et futurae uitae, ut cum eo laetemur in aeternum, qui est benedictus in secula.

Y y

Copia litterarum Imperatoris ad Granuellum

Imperator et Rex

CHarissime &c Accepimus postremas uestras litteras, ex quibus (praeter alias superiores complures, in quibus iam dudum hoc abunde significatum est) intelleximus ea, quae usque ad eum diem, quo postremae uestrae datae sunt, acta fuerunt cum a uobis tum a commissariis praesidentium ad colloquium hoc promouendum et exordiendum, quodque hactenus hic fieri non potuit propter impedimenta et difficultates, quae interciderunt. Certum etiam habemus, bonam in hac re operam et officium praestitum, arbitramurque, Deum, cuius haec est caussa, ita id fieri permisisse ob meliorem aliquem finem eumque pro sua benignitate clementiaque inspiraturum nobis omnibus partibus rationes et modos consentaneos et acceptos in proxima diaeta ad reducendam Germaniam in catholicam unionem, ut sancte et tranquille illi seruiatur, praesertim uero firmam spem concepimus cum auxilio Dei, postquam nobis scribitis certioresque nos aperte facitis, omnes ex partibus ad hanc concordiam propensissimos esse et maxime animatos, quod sane nobis magnopere gratum est, quum nihil sit ex omnibus rebus, quod ardentius desideremus. Quumque, ut

uobis perſpectum eſt, ob eam cauſſam ex noſtris regnis Hiſpaniarum diſceſſimus, omnibus negotiis relictis et poſthabitis, iterque ingreſſi ſumus tam graue et tantum et tale, quod omnibus facile perſpicuum eſſe poteſt; poſtquam autem initium colloquii iſtius hactenus retardatum eſt litteriſque ueſtris ſignificatur, nonnihil ſupereſſe difficultatis: commodius nobis uidetur, ut acceptis iſtis praeſentibus, ſiue colloquium inceptum ſit ſiue non, conſideretis uos ut orator Sereniſſimi Regis Romanorum fratris noſtri dictique commiſſarii, ut receſſum honeſtum et conuenientem inſtituatis, ne diaeta imperialis proxima aut impediatur aut retardetur utque dictae partes eo citius Ratisbonae adſint, quo in loco diaeta eſt definita, quoque nos accedemus Deo ita concedente ad finem iſtius menſis praeſentis, poſteaquam continuo opus ipſum aggredi decreuimus. Vt praeterea animos utriusque partis ſerio admoneatis iniungatisque, poſthabitis quibuscunque excuſationibus ibi praeſentes adſint, utque animaduertant et conſiderent, quantum illorum dicta concordia interſit quodque illa nunquam aeque commode ut hoc tempore reſarciri poſſit, conferantque et cogitent officium et laborem, quem nunc in hunc finem praeſtamus. Exhortantes uos inſuper, ut interea quisque pro ſe animaduertat et ex charitate Chriſtiana cogitet rationes, quae ad ſinceram, apertam et integram concordiae huius directionem conducant. Quantum ſane eſt officii noſtri, continenter ei rei inuigilemus talesque nos exhibebimus faciemusque, ut accedente ſubſidio et officio illorum bonum effectum conſequatur. Vtque omni Germaniae perſpectum et cognitum ſit, noſtram ſententiam talem eſſe et ſemper fuiſſe ad pacem et communem eius utilitatem, cuiusmodi dictis partibus tam generaliter quam particulariter ſignificaſtis. Veſtro igitur ſtudio committimus iniungimusque ea, quae ſuperius dicta ſunt, atque praeterea in totum, quod conuenire uidebatur, ut omnes hic appareant conueniantque, ad proximam diaetam imperialem, quemadmodum antea explicatum eſt, occurratisque nobis, quam citiſſime poteritis, quod quum breui futurum ſperamus, quum nunc in itinere ſumus. ſeruamus ea, quae reliqua ſunt, ex litteris ueſtris aliisque negotiis in id tempus, praeter ea, quae uobis reſpondebimus per poſtremum ueredarium. Chariſſime. Deus ſua ſancta protectione uos conſeruet. Scriptum Sersbergi 15 Ianuarii 1541

ſignatum Carolus

Baur

Chariſſimo et fideli equiti primario noſtro conſiliario Status libellorumque ſupplicum primario et ſigillorum noſtrorum ſeruatori.

Zz

Formula concordiae ſuper ſecundo articulo Confeſſionis de peccato originali

FAtemur unanimi ſententia, omnes ab Adam propagatos ſecundum legem communem naſci cum peccato originali et ita in ira Dei. Eſt autem peccatum originale carentia iuſtitiae originalis debitae ineſſe cum concupiſcentia. Conſentimus etiam, in Baptiſmo remitti reatum peccati originalis cum omnibus peccatis per meritum paſſionis Chriſti. Manere autem, non ſolum Apoſtolicis ſcripturis ſed ipſa etiam experientia docti, concupiſcentiam, uirium, naturae infirmitatem, morbum. De quo quidem morbo in renatis inter nos conuenit, quod maneat materiale peccati originis, formali ſublato per Baptiſmum. Materiale autem uocamus peccatum, quod fiat ex peccato, quod ad peccatum inclinet, quod repugnet legi Dei: quemadmodum Paullus quoque peccatum appellat. Ad eandem rationem in ſcholis compendio doceri ſolet, manere in Baptiſmo originalis peccati materiale, formale uero, quod reatus eſt, auferri.

Ver=

Vergleichung des Artickels der Erb-Sünde belangend

WIr bekennen einhellig, daß alle, die von Adam herkommen, nach dem gemeinen Gesez mit der Erbsünde gebohren worden und also in dem Zorn GOttes. Die Erbsünde aber ist der Mangel der erblichen Gerechtigkeit, die in uns seyn sollt, samt der Begier. Wir sind auch einhellig, daß in der Taufe die Schuld der Erbsünde vergeben werde mit allen Sünden durch den Verdienst des Leidens Christi. Doch zeigen nicht allein die Apostolischen Schriften sondern auch die Erfahrenheit, daß dannoch in uns bleibe die Begierde, Mangel und Schwachheit der Natur, Kranckheit ꝛc. Davon wir (so viel die ienigen, so wiedergebohren sind) auch einhellig sind, nemlich daß die Materie der Erbsünde bleib, aber die Form derselben durch den Tauf seye hingenommen. Darum nennen wirs aber die materlich Sünde, das es aus der Sünde kommt und zu Sünden anreizet und dem Gesez GOttes widerstrebt, wie auch Paullus die Sünde nennet Auf solche Weise lehret man in den Schulen, daß das materlich von der Erbsünde in denen, so getaufet sind, bleib, aber das formlich, welches die Schuld ist, werde hinweg genommen.

Aa2

Abschied zu Worms auf den 18 Tag January Anno 1541

NAchdem der Römischen Kaiserlichen Maiestet unsers allergnädigsten Herrn Commissarius und Orator, auch der Churfürsten und Fürsten Räthe zu der Praesidenz verordnet auf Ansuchung der Chufürsten, Fürsten und Stände beeder Theilen Räthe, Gesandten und Botschaftern zu dem Christlich unverpüntlichen Gesprech allhier gen Worms verordnet und dann die verordnete Theologi und Gelehrten von beeden Theilen darauf solchem Gesprech ein Anfang gemacht und ihre Unterredung über etliche Artickel gehalten, wie solches und anders, so bisher gehandelt, die Handlung lauter mit sich bringet, und wiewol der Kaiserliche Orator auch die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet der Meinung gewesen solch Gesprech ihres besten Fleises zu fördern; dieweil aber von höchstgedachter Kaiserlichen Maiestet unserm allergnädigsten Herrn wohlgedachtem Commissario und Oratori ein Schreiben zugekommen, darinnen Ihnen Ihre Kaiserliche Maiestet Ihr Gemüt dermassen erklären, daß in dem angefangenen Gesprech zu diesemmal weiter nicht fortgeschritten sondern dasselbe auf künftigen Reichs-Tag remittiret und gewiesen, wie solches aus gedachtem Kaiserlichen Schreiben wohl vernommen werden mag. So haben der Kaiserliche Commissarius und Orator auch die Herren Räthe zu der Praesidenz verordnet solches alles der Churfürsten, Fürsten und Stände Räthen, Gesandten und Botschaftern, sich darnach haben zu richten, nicht verhalten wollen, und nachdem aber im berührten Kaiserlichen Schreiben der Kaiserlichen Maiestet Gemüt weiter erkläret, daß die Stände den Reichstag laut berührter Kaiserlicher Schrift besuchen sollen, in solchem werden die Stände der Kaiserlichen Maiestet Gemüt von derselben Comissario und Oratorn selbst vernehmen und sich darauf aller Gebühr nach Gelegenheit wissen zu halten.

V. L.

Recessus Wormatiensis die XVIII Ianuarii anno cIɔ Iɔ XLI factus

POstquam Caesareae Maiestatis, Domini nostri omnium clementissimi Commissarius et Orator, item Electorum et Principum Consiliarii Praesidentes cum Electorum Principumque et Ordinum ex utraque parte Consiliariis Legatisque ac Deputatis ad Christianum et liberum colloquium Wormatiam missis conuenerunt ipsique ex utraque parte destinati Theologi doctique uiri collocutionis initium fecerunt sermonesque de quibusdam articulis inter se habuerunt, ceu hoc et alia rerum gestarum monimenta prostant; Orator etiam Caesareus Praesidentesque Consiliarii animo statuerunt collocutionem illam summo studio prosequi; sed tamen quum a Caesarea Maiestate Domino nostro clementissimo litterae redderentur Commissario et Oratori supra dicto, quibus ei suam mentem et uoluntatem ita declarauit, ut in coepto colloquio non ultra progrediendum sed in Comitia futura remittendum et transferendum hoc negotium sit, ceu ex Caesareae Maiestatis litteris facile cognosci potest: non uoluerunt non Caesareus Orator et Praesidentes Consiliarii ista omnia Electorum Principumque et Ordinum Consiliariis Legatisque et Deputatis, ut suas inde rationes dirigant, significare. Praeterea quum in dictis litteris suam mentem ultro exposuit Caesarea Maiestas, ut nimirum ex mandato suo frequentes interesse Comitiis uelit Ordines Principesque: eam uoluntatem Caesaris ipsi ex ore Commissarii Oratorisque fusius explicatam percipient et ad eiusdem arbitrium sua studia et officia debito pietatis et obsequii cultu dirigere et exhibere non omittent.

Bbb

Relation der Abschiedlichen Handlung des Gespreches halben zu Wormbs 1541

AUf dem 18 January ist den Räthen, Gesandten und Botschaftern beederseits in Beyseyn des Kaiserlichen Commissarii folgende Meinung mündlich vorgehalten und darnach zu einem schrifftlichen Abschied gebracht, wie hiebey liegend mit Aaa gemerckt zu vernehmen. Darauf ist der Römisch: Kaiserl: Maiestet Schreiben, so Sie an Ihrer Maiestet Commissarien und Oratoren den Herrn von Granvela gethan, verlesen und hat der Herr Orator alsbald nach solcher Verlesung den Inhalt solcher Kaiserlichen Schrift mündlich und in Lateinischer Sprache ungefehrlich wieder repitirt und in drey Puncten oder Articklen gestellt. Erstlich den allhie zu Worms obgemeldten ergangenen und mit Aaa bezeichneten Abschied belangend. Zum andern daß unsre gnädigste, gnädige Herren und Obern nicht unterlassen wollten den Reichs-Tag zu besuchen. Zum dritten daß der Kaiserlichen Maiestet Begehr stünde, daß er der Herr Granvela sich zu Ihrer Maiestet verfügen wollte. Dieweil nun aus der verlesnen Schrift der Kaiserlichen Maiestet Gemüt und Meinug genugsam zuvernehmen: so wollte er der Orator unterlassen ferner Erklärung zu thun. Dann allein wollte er von wegen der Kaiserlichen Maiestet gesucht und begehrt und die Ständ ermahnet haben, daß unsre gnädigste, gnädige Herren und Obern nicht unterlassen wollten den Reichs-Tag Kaiserlicher Maiestet Begehren nach zu besuchen: in Betrachtung, daß Ihre Maiestet nichts höhers begehrte, denn Christliche Einigkeit auch Frieden und Ruhe in Teutscher Nation zu machen;

chen; wie auch zuvor mehrmals erkläret worden ꝛc. Daß auch solches alles die Räthe und Gesandten erwegen und bey Ihren Herren und Obern die Dinge zum besten fördern wollten. Er der Orator wollte auch der Kaiserlichen Maiestet beeder Theilen gehalten Fleis zu der vorstehenden Handlung rühmen, ungezweifelt, Ihre Kaiserliche Maiestet würde solches zu gnädigsten Gefallen nehmen. Er der Orator thäte sich auch bedancken von wegen der Kaiserlichen Maiestet auch für sein selbst Person der geneigten und guten Erzeigung, die Ihme als Kaiserlicher Maiestet Oratoren und auch für seine Person von den Räthen und Gesandten begegnet, mit Bitte, wo von Ihme etwan ein hart Wort, das sich nicht gebührt hätte, vermercket wäre, man wollte es zu keinem argen verstehen sondern es seiner guten Neigung und Begehr zu Christlicher Concordie und Einigkeit zu messen, auch dem Erbieten, die Kaiserliche Maiestet zum vornehmlichsten und fleisigsten von dieser Handlung zuberichten und, was er ferner zu Christlicher Concordie auch Frieden und Ruhe handeln und fördern könnte, das wollt er mit allem Fleise thun, er wäre auch für seine Person den Räthen und Gesandten freundlich Dienst zu erzeigen geneigt. Darauf ist Ihme dem Orator durch die Räthe und Gesandten des Protestirenden Theils wiederum geantwortet, daß sie die Fürhaltung durch die zur Praesidenz verordneten Räthe geschehen auch der Kaiserlichen Maiestet verlesne Schrift und sein des Orators Erinnerung, Bitt und Erbieten angehört. Und erstlich die Handlung des Christlichen Gesprechs belangend, hätten die Räthe und Gesandten nichts liebers gesehen, denn daß man gleich iezund, wie es ins Werck gebracht; damit hätte fortschreiten mögen, der Hofnung, es sollte nicht ohne Frucht abgegangen seyn. Und wo es zeitlicher wäre angefangen, wie dann vielmals von diesem Theil darum angesucht und an ihnen nichts erwunden, hätte man sonder Zweifel darinnen weiter procediren mögen. Aber dieweil der Kaiserlichen Maiestet Meinung und Begehren wäre, daß nur zur Zeit aus eingeführten Ursachen damit innen gehalten und die Sachen auf den Reichs-Tag sollten verschoben werden: so müssen es die Räthe und Gesandten auch dabey bleiben lassen. Und wären erbietig, die verlesnen und übergebnen Copien der Kaiserlichen Maiestet Schriften auch angehörte Fürhaltung Ihren gnädigsten, gnädigen Herren und Obern in ihrer Wiederkunft bestes Fleises anzuzeigen und sie dero zu berichten, und würden sich darauf Ihre Chur- und Fürsten G. G. und Gunsten mit Besuchung oder Beschickung des Reichs-Tags und sonst aller Gebühr zu halten und zu erzeigen wissen. Und ob sich vielleicht solches etwas langsamer aus dem, daß etliche derselben Fürsten und Stände etwas fern entsessen, zu tragen, bäten die Räthe solches bey der Kaiserlichen Maiestet zu entschuldigen. Dann daß die Räthe und Gesandten sich iezt wieder von hinnen gegen Regenspurg verfügen sollten, das wollte ihnen auserhalb Befehls, wie er der Orator selbst zu bedencken hätte, nicht gebühren. Daß auch die Kaiserliche Maiestet so gnädigst zu Förderung Christlicher Concordien und Erhaltung Friedens und Ruhe geneigt, des thäten sich die Räthe und Gesandten von wegen Ihrer Herren und Obern gegen Ihre Maiestet zum unterthänigsten bedancken. Und würden es Ihre Chur- und Fürsten G. G. und Gunsten gegen Ihre

 Kaiserl.

Kaiserl. Maiestet unterthänigst zu verdienen allzeit willig befunden werden, als die so zu rechtschafner Christlichen Einigkeit, Frieden und Ruhe, wie sich die Räthe vielmals vernehmen lassen, zum höchsten geneigt. Bedanckten sich auch gegen seine des Orators Person des angewendeten Fleises und Mühe zu den gepflognen Handlungen auch seines gutwilligen Erbietens, wollten solches gegen Ihre Herren und Obern rühmen, die würden es sonder Zweifel gönstiglich beschulden und verdienen. Wollten aber Ihn auch gebetten haben, daß er seinem Erbieten nach die Sachen der Religion zu Förderung der Ehre GOTTes und zu Erhaltung Fried und Ruhe bey der Kaiserlichen Maiestet zu fördern im besten wollt Ihme befohlen seyn lassen. Und dieweil am Tag, daß Ihre gnädigste, gnädige Herren und Obern solcher Sachen halben nicht kleine Abgunst auf sich geladen, welches sie doch darum, daß es GOtt und sein heilig Wort belangen thäte, mit Gedult trügen, und wohl zu erachten, daß durch Ihrer Chur- und Fürsten G. G. nnd Gunsten misgönstige ie bisweilen allerley beschwehrliches an die Kaiserliche Maiestet gelangen würde: wollten die Räthe und Gesandten Ihn den Orator gebetten haben, daß er sie bey der Kaiserlichen Maiestet bis zu ihrer Verantwortung entschuldigen wolite. Dann die Kais. Maiestet sollte mit GOttes Hülfe zu ieder Zeit aufrichtige, beständige und gute Antwort vermercken. Der Entschuldigung, ob seinen Gnaden etwan ein Wort, so sich nicht gebühret hätte, entfallen, im besten zu vermercken, wäre es unnöthig gewesen: dann solches von seinen Gnaden nicht vernommen, sondern daß er die Sachen vernünftiglich, geschicklich und mit höchstem Fleis gehandelt; und thäten sich die Räthe und Gesandten Ihme auch für ihre Person freundlich und dienstlich befehlend ꝛc. Hierauf hat der Herr Orator eine kurze Dancksagung gethan mit Erhohlung seines vorigen Erbietens uud also die Räthe und Gesandten ihren Abschied von ihme genommen

Ccc

Abschied der Protestirenden Räthe und Gesandten zu Worms gemacht 1541

NAchdem heut dem 18 Tag January der Chur-und Fürsten Stände und Städte der Augspurgischen Confession und derselben Religions-Verwandten Räthen, Gesandten und Botschaftern auf die angefangene Handlung des Christlichen Gespreches allhie zu Worms durch die Kaiserlichen Maiestet Orator und die Praesidenten ein Abschied gegeben, Inhalts der Kaiserl. Maiestet Schreibens an ermeldtete Comissarien und Oratoren verfertigt, des Copien den Räthen und Gesandten zugestellt: als haben sie sich folgende Puncten auch unterredet und verglichen. Erstlich belangend die Relation der gepflognen Handlung, so lang man allhie gelegen, wird ein ieder seinen Herrn und Obern von den ergangenen Schriften und sonsten allenthalben nach Nothdurft zu berichten wissen. Zum andern der Notarien Acta des angefangenen Gesprechs belangend, dieweil dieselben in der Eil nicht haben allhie können unterschrieben werden, mögen der Fürsten und Stände in unsrer gnädigsten und gnädigen Herren, des Churfürsten zu Sachsen und Landgrafen zu Hessen ꝛc Canzley solche Acta zu ihrer Gelegenheit finden lassen und daselbst Copien erlangen. Zum

dritten,

dritten, dieweil aus der Kaiserlichen Maiestet Schrift, auch des Herrn von Granvels Anzeige vermeldt, daß die Kaiserliche Maiestet mit der Handlung einer Christlichen Concordia in der Religion auf dem iezt angesezten Reichs-Tag fortzuschreiten willens, wurde bedacht, daß in alle Wege der Herren Theologen Gegenwärtigkeit daselbst wiederum vonnöthen auch daß unsere gnädigst und gnädige Herren und Obern persönlich den Reichs-Tag besuchen oder stattlich beschicken. Derhalben sich zu Chur- und Fürsten Gnaden und Gunsten, damit an Ihnen dieses Theils kein Mangel erscheine, in dem allen zu erzeigen, auch unsre gnädigst und gnädige Herren, Sachsen und Hessen und der andern Mit-Religions-Verwandten Fürsten und Stände, auf daß von diesem Theil der Reichs-Tag stattlich besucht, zu erinnern und sonderlich daß auch die übrigen Personen von den Herren Theologen, so iezt nicht anhero geschickt und zuvor im Abschied zu Franckfurt benennt, auf den Reichs-Tag mitverschickt werden möchten. Zum vierdten dieweil des Gleits halben auf die geschehene übergebne Erinnerung etlicher nothdürftigen Articul auch Beschwehrung der Processen und Achten halben am Kaiserlichen Cammer-Gericht keine Antwort gefallen, derhalben doch der Herr von Granvell gute Vertröstung gethan, und die Sächsischen nnd Hessischen Räthe zween hinter sich gelassen, die darum sollicitiren, wollen sie die Räthe bey Ihren Chur- und Fürsten Gnaden unterthänig erinnern, daß so bald solches Geleit durch die Kaiserliche Maiestet verfertigt und Ihrer Chur- und Fürsten Gnaden zukommt, den andern Fürsten und Ständen, sich darnach zu richten, ohne Verzug zugesandt werden möge. Im gleichen, was den Stillstand am Cammergericht belanget, werden Ihrer Chur- und Fürsten Gnaden nach erlangter Antwort von der Kaiserlichen Maiestet den andern Fürsten und Ständen auch zuvermelden wissen. Leztlich ist auf beschehene Christliche Ermahnung für gut angesehen, daß ein ieder Gesandter bey seinem Herrn und Obern mit Fleis erinnern, damit, so viel möglich das Predigt-Amt und die Seelsorge in Ihren Churfürstenthümern, Landen, Städten und Gebieten durch tüchtige gelehrte Prediger und Personen der Nothdurft nach bestellet und die reine Lehre des Evangelii einträchtiglich erhalten und unchristliche Verführung und Rotten durch GOttes Gnaden vermieden werden möge.

V. L.

Recessus Protestantium Consiliariorum et Legatorum Wormatiae A. O. R. cIↃ IↃ cc XXXXI factus

POstquam hodie, decimo nimirum et octauo Ianuarii, Electorum et Principum Ciuitatumque Augustanae Confessioni addictorum eiusdemque religionis sectatorum Consiliariis, Legatis ac Deputatis in coeptum Wormatiae Christiani colloquii negotium missis, per Caesareae Maiestatis Oratorem et Praesidentes Recessus proponebatur ex mandato Caesarearum litterarum ad dictos Comissarios et Oratores datarum eiusdemque exemplaria Consiliariis et Legatis exhibebatur: ipsi etiam secum de sequentibus articulis contulerunt et conuenerunt. Primum quod ad relationem habiti colloquii attinet, quamdiu hic commoratio facta est, suo quisque Principi ac Domino de scriptis inter se collatis aliisque de rebus passim tractatis pro necessitate significet indicetque. Secundum quum Notariorum acta, quae

ad

ad inchoatum colloquium pertinent, ex festinatione subscribi non poterant: Principes et Ordines in Electoris Saxonici et Landgrauii Hassiaci &c Dominorum gratiosissimorum tabulariis ea rerum gestarum documenta reperient ac deprehendent ita, ut inde sibi data liceat occasione depromere et descripta exemplaria sumere. Tertium quum ex litteris Caesareae Maiestatis et ex ore Domini de Granuella significetur, futurum esse ex uoluntate Caesaris, ut actio illa concordiae Christianae in religionis negotio per Comitia iam indicta continuetur: necessarium uidetur, ut praesentes adsint Theologi utque etiam Domini nostri gratiosissimi coram et frequenter intersint Comitiis aut legatos mittant bene recteque instructos. Quare Electores et Principes Serenissimi clementissimique, ne quid ex eorum parte desideretur, hac in re et caussa rogandi itemque Serenissimus Elector Saxoniae et Hassiae Landgrauius, Domini gratiosissimi cum caeteris eiusdem religionis Principibus Ordinibusque, ut ab ipsis Comitia frequenter celebrentur, monendi sunt, praecipue uero ut et caeterorum Theologorum personae, quae huc non missae sunt sed tamen iam ante in decreto seu Recessu Francofurtano designatae reperiuntur, ad Comitia delegentur. Quartum quum in caussa commeatus post factam exhibitamque indicationem nonnullorum articulorum necessariorum, in caussa etiam processuum et proscriptionum post querelas ad Caesareae Maiestatis Iudicium Camerale delatas nulla responsio data sit; sed tamen largam eius rei Dominus de Granuella spem fecerit ipsique Saxonici Hassiacique Consiliarii duos reliquerint sollicitandi et flagitandi gratia: suos Consiliarii Electores Principesque summa obseruantia monere non omittent, ut, quam primum huius commeatus litterae a Caesarea Maiestate tradantur et ad Electores Principesque mittantur, aliis etiam Principibus Ordinibusque pro supputanda ratione citra omnem moram deferantur. Similiter de iustitio Camerae imperialis post acceptam responsionem a Caesarea Maiestate caeteros Principes Ordinesque certiores reddere non intermittent. Tandem Christianam exhortationem in consessu facere e re uisum est, ut suo quisque Legatus Principi aut Superiori summa cum diligentia persuadeat, nihil prius nihilque antiquius esse, quam ut ministerium ecclesiasticum et animorum cura in ciuitatibus regionibusque et locis per aptos doctosque uiros et pastores ex necessitatis officio instituatur et ordinetur euangeliique pura et sincera doctrina concordi animo conseruetur omnisque Christiano indigna seductio et discessio, quae diuina est gratia, euitetur et amoueatur.

V. L.

Relatio Recessus de colloquio Wormatiensi facti

Die XVIII Ianuarii Consiliariis, Legatis ac Deputatis utriusque partis in praesentia Caesarei Oratoris et Legati sequens sententia coram promulgata deinde etiam scripto in Recessus formam redacta fuit, quae sub signo A a a notata legitur. Inde uero Caesareae Maiestatis litterae, quae ad Caesareum Legatum et Oratorem Dominum de Granuella scriptae fuerunt, praelegebantur simulque ab Oratore coram et Latine repetebantur ad summam et in tres articulos diuidebantur. Primus continet Recessum Wormatiae factum et signo A a a notatum. Alter est, in quo monet Orator, ut Electores Principesque et Superiores nostri ne intermittant Comitia frequentare. Tertius est, in quo Caesareae Maiestatis uoluntatem exponit, ut ad ipsam sese conferat Granuellanus. Quum igitur ex praelectis litteris Caesareae Maiestatis animus et uoluntas satis superque cognosci queat: se non dicit Orator in explicatione longum fore. Hoc tamen Caesaris nomine quaerere et rogare et monere, ut ne Legatorum Principes et Magistratus omittant ex uoluntate Caesaris frequenter

ter

ter intereſſe comitiis; quum nihil magis Caeſar in uotis habeat, quam ut Chriſtianam concordiam, pacem et tranquillitatem Germanicae nationi reſtituere poſſit, ceu iam ante ſaepius de hoc pacis ſtudio iudicium factum fuit &c. Vt haec omnia Conſiliarii et Legati perpendant ſuisque etiam Principibus Superioribusque commendent. Se quidem, pergit Orator, uelle utriusque partis in colloquio praeſenti adhibitam diligentiam Caeſareae Maieſtati approbare neque ullo modo dubitare, quin Caeſar ipſe talem induſtriam facillimo animo ſuſcipiat. Porro agere gratias Caeſaris nomine ſuisque uerbis pro animi et uoluntatis propenſione et facilitate, qua eum tanquam Oratorem Caeſaris et priuatim etiam Conſiliarii et Legati proſecuti ſunt, rogantem inſuper, ut, ſi quod forſan duriuſculum uerbum citra fas et aequum exciderit, ne moleſte et aegre accipiatur ſed pro ſtudio Chriſtianae concordiae et conſenſionis diiudicetur, promittentem itaque, fore, ut Caeſarem ipſe de hoc rerum geſtarum negotio luculentiſſime diligentiſſimeque certiorem reddat et, quicquid praeterea ad concordiam, pacem et tranquillitatem Chriſtianam conferre poſſit, ſummo ſtudio agat, ſuo denique ex animi fauore paratum et promtum eſſe ad officia Conſiliariis Legatisque amiciſſime praeſtanda. Inde autem reſpondebant Oratori ex parte Proteſtantium Conſiliarii et Legati, ſe audiuiſſe decretum a Praeſidentibus Conſiliariis factum itemque litteras Caeſareae Maieſtatis praelectas et Oratoris monitum precesque et promiſſionem. Primum quod ad Colloquii Chriſtiani actionem pertinet, nihil magis optaſſe Conſiliarios et Legatos, quam ut ſtatim ab initio talem in modum, qualis ſub finem fuit, colloquii ratio fuiſſet inſtituta et continuata, ſperantes, fore, ut non ſine fructu res ſucceſſiſſet. Si maturius inchoata fuiſſet cauſſa, ceu ſaepius ex hac parte flagitatum et promotum eſt, ſine dubio longius iam proceſſum fuiſſet. Sed quum Caeſaris Maieſtatis uoluntas ſit ſtatuta, ut ex citatis rationibus colloquium in praeſenti finiatur et iſtae res in Comitia differantur: huic ſeſe arbitrio Caeſaris Legatos et Conſiliarios ſubmittere. Promittere etiam, ſe non omiſſuros, quin litterarum Caeſarearum tradita et praelecta exemplaria cum adiuncto monito Principibus Magiſtratibusque ſuis diligentiſſime, ſi reuerterint, indicent iisdemque de rebus explorata referant. Vnde uero non defuturam eſſe Principibus Superioribusque noſtris copiam et facultatem deliberandi, quid pro Comitiis celebrandis agendum ſit. At enim ſi forſan Principes et Ordines, qui longius remoti ſunt, ſerius tardiusque aduenturi eſſent: rogare Conſiliarios, ut Caeſareae Maieſtati excuſarentur. Non enim Conſiliariis et Legatis extra mandatum licere illinc ſtatim Ratisbonam abire, ceu facile id iudicare poſſet Orator Caeſareus. Quod etiam Caeſarea Maieſtas tam propenſa ſit pro clementia ſua ad inſtaurandam concordiam Chriſtianam et pacem tranquillitatemque conſeruandam, huius rei cauſſa Legatos et Conſiliarios ſuorum Principum Magiſtratuumque nomine gratias agere Caeſareae Maieſtati, quas poſſunt, maximas. Ipſos profecto Electores Principesque ad demerendam huius gratiae facilitatem pro ea, qua decet, obſeruantia Caeſareae Maieſtati promtiſſimos fore; quippe qui ad ueram Chriſtianae fidei concordiam pacemque et tranquillitatem, ut ſaepius ſaepiusque declararunt Conſiliarii, ſummo ſtudio ferantur. Neque minus grati animi teſtimonium ſe Oratori pro adhibita rerum geſtarum opera et induſtria ſimulque pro liberali promiſſione exhibere uiciſſimque polliceri, fore, ut ſuis Principibus talem beneuolentiam commendent, qui eam liberaliter ſine dubio compenſaturi ſint. Petere tamen ab Oratore, ut ex promiſſo ſuo nullum non intendat animi ſtudium, quo religionis cauſſa ad gloriam Dei propagandam et ad pacem tranquillitatemque conſeruandam a Caeſarea Maieſtate promoueatur. Iam uero quum in aprico ſit, quantam ſibi ex religionis negotio inuidiam contraxerint Electores Principesque, quam tamen ex amore Dei uerbique diuini lubenter ferant; quumque praeterea facile

liceat iudicare, quam odiosa et acerba saepius ad Caesaream Maiestatem ab inuidis deferantur; petere Consiliarios Legatosque ab Oratore, ut interea ipsos, donec se defendere ualeant, Caesari excusatos reddat. Fore enim, ut Caesarea Maiestas Deo uolente semper certam exploratamque responsionem experiatur. Excusationem illam, qua usus fuisset Orator, si quod uerbum excidisset grauius, simulque preces, ne in malam sumatur partem, minus necessarias uideri sibi. Se enim tale quidquam non audiuisse, sed potius uidisse, quanta fide prudentiaque et industria res caussamque egerit; commendare etiam Consiliarios Legatosque se ipsos Oratori Caesareo, quanta possint animi obseruantis significatione &c. Quo facto breuem habuit Orator gratiarum agendarum caussa orationem simulque repetiit iam ante factam promissionem. Inde uero Consiliarii Legatique ab eo iterum consalutato discesserunt.

Ddd n. I

Epigrammata aliquot Wormatiensia Vitebergae Anno M.D.XLI

Philippus
de Argonautis Christi

Oppressit reducem, quam rexit, Iasona nauis,
Qua tulit auricomi uelleris acer opes.
Non te, Christe, tamen, tua, quam regis, opprimet Argo:
Sed uictor seruas et sine labe ratem.
Nos ergo in portum deducas atque gubernes,
Deleri nautas nec sine, Christe, tuos! *

Aliud

Christe, tuos uates educito saltibus istis,
Rursus et incolumes in tua templa loca!
Incendasque animos tenerasque resoluito linguas,
Vt possint laudes concelebrare tuas!
Vis etenim infantum laudari uoce dabisque
Ingeniis uires eloquiumque piis.

Concionatoribus Norimbergensibus

Corda fide laudat Christus lucentia uera
Quaeque Deum fuci nescia rite colunt
Et monachorum odit fraudes simulataque uota
Non iniussa Deus sacra probare solet.
Haec expendemus, si forte libebit adesse:
Cras etenim nobis curia nostra patet.
O utinam simili consensu Ecclesia ubique,
Vt nos, ac una uoce Deum celebret!

Erasmo Ebnero

Qui laude ingenii studiisque excellis, Erasme,
Quique decus morum dexteritate paras,
O mihi fraterno deuinctum pectus amore,
Quique meis oculis carior ipse mihi es,
Mitte, precor, Vito, quae scripsimus, atque tuere
Nostrum, despectus sit licet ille, gregem!
Exemploque tui Musas ornato Parentis,
Quo uir non alius iustior ullus erat.
Grata Deo pietas haec est, mihi crede, futura,
Qui reddit factis praemia iusta bonis.

Amico

Interpres iuris, cuius doctrina Senatum
Et populi mores consiliumque regit,
Est inter ciues merito ceu numen habendus
Et uero dignus semper honore coli:
Si modo iustitiam pacemque fidemque tuetur
Et Christi leges adserit atque colit,
Vt qui nolebat diram defendere caedem,
Qua fratrem Caesar perdidit ipse Getam,
Vt Morus, qui, ne diuortia tetra probaret,
Saeuitiam subiit, foede tyranne, tuam.
Non tituli insignes faciunt aut purpura clarum,
Si uendit fumos aut struit arte dolos.

Aliud

Omnia contigerint quum uitae commoda multis,
Forma, ualetudo, coniunx iucunda laresque
Et ciuilis honos et pax dulcissima rerum,
Cur tamen humanae mentis furiosa cupido
Appetit immensum semper sine lege modoque

Aerumn-

* conf. Epist. LXIV Ph. Melanchth. ad Vitum Theodoricum Libr. IV ex edit. Sauberti p. 118

Aerumnasque uolens fatumque accerſit acerbum?
Cauſſa eſt una, Deum quod rectorem excutit audax.

Amico

Non ego Zenonis didici praecepta magiſtri
Stoica, diuitias qui negat eſſe bonum.
Nos etiam laudamus opes, ambimus honores.
Virtutis ſummum ſed decus eſſe uolo.
Obuia quum Chriſto ſubſternunt agmina ueſtes:
Non auditores ſpernere iuſſit opes.
Vſum monſtrauit, qui ueros addit honores
Diuitiis et cur expetiiſſe decet.
Fortunas Regum et populi ſeruire decebit
Primum Euangelio, maxime Chriſte, tuo.
Quisquis ad hunc uſum gazam exuet, ille uiciſſim
Soluenda expectet praemia larga ſibi!
Illius ſoboli non deerit copia rerum,
Huic aderit cuſtos ſemper ubique Deus.

Χιλιανῷ

Οἰνοποτεῖν μετρίως, κούρης τ' ἀπολαῦσ' ἐρατεινῆς
Ἥδιςος βίοτος σὺν φόβῳ ἐςὶ θεοῦ.

Amico

Hunc, Andrea, diem cara cum coniuge natos
Spero equidem laetos concelebrare tuos.
Iamque pudica parens gnatum paruasque ſorores
Vota iterare iubet pro genitore ſuo.
Nomine nos etiam moniti tibi fauſta precamur,
Vt ſeruet Chriſtus teque tuamque domum.
Nec dubito, adficitur uotis Deus optimus iſtis;
Hos audit, qui te, maxime Chriſte, colunt.
Tu quoque legatus nunc es pro dogmate Chriſti,
Vt Domini Andreas nuncius ille fuit.
Curat legatos, quos mittit Rector olympi,
Non ergo curam deſeret ipſe tui.

Amico Ioach.

Quem finem ſperem rerum, a me noſſe requiris,
Iuncte mihi ueteri Camiciane fide.
Accipe, non etiam uates quod dicere poſſum,
Communi ſenſu ſubiiciente mihi!
Diſſipat euertens ut res diſcordia magnas,
Conſilii et partas depopulatur opes:
Sic firmans tenet atque auget concordia paruas
Et ſtudio cumulans prouehit iſta bono.
Quae quum ita ſint: equidem a nobis ſpero omnia fauſta,
Quos concordanti pectore iungit amor.
Quin etiam ſcio perfidiae et finem fore fraudum;
Aetherea aeterno tempore uerba manent.

Chiliano Sturmius

Ornatiſſime Chiliane, quaeris,
Quid mi triſte fuit per hoſce menſes,
Per quos iuſtitium uidetur eſſe.
Indignorque fremoque, quod - - - -
Et Sorbonicus et niger - - - -
Cumque his - - - et - - - ſophiſtae,
Pars ignobilis undecim uirorum,
Regnant et retinent ſuos patronos
Et frontem feriunt nihilque cedunt,
Hoc mi triſte fuit uidere monſtrum.
Rurſus quid recreauit et refecit,
Audi: dum metuunt nimisque agendo
Dum multas ſibi gratias prehenſant
Auertuntque bonos nihilque praeſtant.
Nos dum nil ſumus et iacemus omnes:
Victrix cauſſa Dei manet iacetque
Monſtrum χρυσομανὲς καὶ ὀξυθυμὸν
Πορνοβοσκὸν, ἄνανδρον ἠδ' ἀπηνὲς
Ηδ' ἀπρόσκορες ἠδὲ γαςρίδουλον
Καὶ μιχίφονον ἠδὲ ἀνδρολοιγόν.

Reſponſio

Vt ſpernunt medio mari procellas. *
Securi ſcopuli et Notos frementes:
Sic conuitia et impetus malorum,
Omnes inſidias, minas, furores
Nos contemnere iuſſit ille uictor

* conf. Pezelius in Conſiliis Ph. Melanchth. pag. 408: ubi iisdem uerbis carmen hoc inſertum eſt.

Aeterno genitore natus, arma
Qui contra gerit agmina impiorum
Et depellit Erinnyas draconis
Irati ac odio Dei furentis
Defenditque chorum pium, sonantem
Vocem Euangelii Deique laudes.
Nec Cyclops metuendus ille nobis,
Nomen qui sibi sumit - - -,
Qui te, Christe, probris lacessit audax
Obscaenaque libidine inquinatus
Potat cum Satyris suisque scortis.
Sed poenae uenient luendae et ipsi
Ingentemque oculum eruet superbo
Hospes de misero choro piorum
Contemtus uelut οὔτις ille quondam,
Sed mentem atque manus Deo regente
Et circum Satyri hispidi iacentem
Gibbosusque - - - et - - -
Edent pro domino irritas querelas.
Sed uictor statuet trophaea Christus;
Ergo nos alacres petamus atque
Expectemus opem a parente rerum,
Exaudit pia uota qui suorum.

Erasmo Phi.

Formicis gaudet formica, cicada cicadis;
Dulcia sic mihi sunt uestra sodalitia.
Cur igitur me non ad coenam accersis, Erasme,
An quia me uatem non satis esse putas?

D. Andreae Camiciano
Erasm. Ebn.

Iam bis Luna suos reuersa in orbes,
Quod caris patriae focis relictis
Ad Rheni ueterem uenimus urbem.
Hic nos solliciti nimisque agendo
Hoc toto nihil egimus bimestri,
Nil in perpetuos agemus annos,
Spe tantum retinemur hic inani.
Ergo tot uiduas iacere noctes,
Tot perferre fuit necesse luctus,
Tot suspiria tot molestiarum,
Nec caros licuit uidere natos
His nostris oculis suauiores
Nec dulcedine coniugis potiri,
O quam saepe meae latus puellae
Prensurus medio subinde somno
Frustratas retraho manus et omnes
It sudor mihi frigidus per artus.
Haec si te quoque cura nunc remordet;
Ad coenam uenias, Camiciane,
Gentis gloria Misnicae, dolores
Isto uespere diluemus omnes
Facundo uarii liquore Bacchi.
Non sunt fercula lautiora nostris
Mensis, pisciculos habent minutos,
Qualis forte puer Terentianus
In coenam querulo seni ferebat.
Hoc si condieris iocis uenustis,
Festiuis salibus facetiisque:
Omnes diffugient mero solutae
Mentis sollicitudines in orbem;
Quamuis Cynthia tertium uehatur,
Quod frustra patria caremus aura.

Erasmo Ebnero Camicianus

Paene mihi lacrumas excussit amabile carmen,
Quod mihi de patriis scribis, Erasme, focis.
Intima tu nostrae refricas mihi uulnera mentis,
Quae cruciant animum nocte dieque meum.
Cara mihi uideor nunc pignora nostra uidere
Et cum pignoribus coniugis ora meae.
Cum quibus his ego si possem citus esse Calendis:
Quae mihi, quae tali gaudia luce darent?
Sed male sit - - -, quae nos tenet usque, caterua
Nec sinit ad patrios nos remeare lares.
Interea memori repetam mea gaudia mente
Et, quo non possum corpore, mente ferar.
At quoque ne corpus genialem nesciat horam,
Mox conuiua tibi Camicianus ero
Et tecum lepidis sermonibus otia noctis
Huius ad Auroram, si libet, usque teram.
Tu bona uina modo nobis et lauta procura
Fercula, quae nostrae sint bene grata gulae.
Qualia si quaeris, proprium scrutare palatum;
Quod superest, uersus iam sequor ipse meos.

D. Lu-

D. Ludouico Fachſo Iuris conſulto et Coſ. Lipſen.

Annua natalis redeunt iam tempora noſtri
Et prope lux gelidi ſumma Nouembris adeſt.
Illa dies haec eſt, qua te, Ludouice, ſolebam
Conuiuam praeſens ſemper habere mihi.
At nunc Vangionum ueteri procul hoſpes in urbe
Te ſine natalem Camicianus agam.
Quamque ego ſum ſolitus coram tibi ferre ſalutem,
Fida miniſtra tibi littera noſtra feret.
Littera noſtra feret (neque enim mihi ferre licebat)
Ante ſed ad dominae tecta relata meae,
Quam dulces inter natos famulasque ſedentem
Inueniet de me (quod ſolet illa) loqui.
Quicquid aget; noſtras ubi uiderit illa tabellas,
Accipiet poſita mox mea ſcripta mora.
Forſitan et noſtris dabit haec quoque uiſere natis,
Et dicet; patris eſt iſta, uidete manus.
Felices noſtras, quibus haec fortuna, tabellas,
Qua dominus uellet, ſi queat, ipſe frui!
Non ita diis uiſum, tractanda negotia nobis
Et graue ſaluificae relligionis opus.
Nec mora: miſſa tibi reddentur carmina noſtra,
Carmina amicitiae pignora certa meae,
Nomine quae noſtro ſolito te more rogabunt,
Vt conuiua meae coniugis eſſe uelis.
Ne quoque cauſeris, propriis quod ab aedibus abſim,
Dimidium noſtri corporis uxor adeſt.
Addet et illa meis ſua uerba precesque pudicas:
Sic gemino officio gratia maior ineſt.
Hoc perarare breui uolui tibi tempore carmen;
Quod ſupereſt, noſtri ſis memor atque uale!

De monaſterio Portenſi

Ενθάδε ἐςὶ πύλη μονάχων ποτὲ αὐλὴ ἀέργων
Οἷς βιοτὴ χέτειν ἠδὲ φαγεῖν ἔπλετο
Οἵγε τροφὴν ὥσπερ σφῆκες κλέψαντο μελισσῶν
Ἃς Χριςοῦ λαοῖς δεῖ μέλι ἡδὺ πονεῖν.
Νυνὶ δὲ ἐξῶσαν σφῆκας σμῆνος τε μελισσῶν
Κενταυροὶ Χριςοῦ σῖτ᾽ ἀλαπαζόμενοι
Πολλὰ ἄγει εἰς χεῖρον τυχὴ, ἔυτις θνητὰ τύραννος
Ου μὴν ἀλλὰ θεὸς σώσει ἐὴν ἀγέλαν

Doctori Camiciano Lipſiae

Saepe mihi puero dixit cariſſima mater,
Quae coluit magna cum pietate Deum,
Eſſe ſcias mentem aeternam, quae cuncta creauit
Et iuſſit certa ſingula lege regi.
Nonne uides, Solis diſtingui tempora curſu
Perque uices noctem reſtituique diem,
Qui nunc aeſtatem, propius quum uenit ad Arcton,
Adducit calida ſemina luce fouens.
Inde hiemem ducit ſpatiis uelocior arctis,
Virgine ab Icaria pronus ubi egit equos.
Omnia quid memorem? cunctas res ordo gubernat
Inditus auctoris numine et arte Dei.
Hic etiam in proprios uolucres diſcedere nidos
Et docuit tectum condere quamque ſibi.
Hei cur mens hominum leges oblita parentis
Errat et eſt expers ordinis una ſui?
Templa Deus nidos, nidos uult eſſe laresque
Cum caſta natos coniuge cuique ſuos.
Sed quotus hos nidos, quo debet, curat amore?
Qui tamen id faciet, praemia magna feret;

De Thebe Saxonica

Parua iacet Thebe mediis in ſaltibus, amnis
Hic ubi Myſorum Mulda pererrat agros.
Parua ſit iſta licet: Thebis certare uetuſtis
Multiplici poterit commoditate tamen.
Cadmaeas olim fratrum diſcordia Thebas
Exitio et regni dira cupido dedit.
Hic non ambitio ciuilia commouet arma,
Ingentes tantum quae comitatur opes.

Tuta fine inuidia paupertas degit amatque
Leges ac aequo uiuere iure docet.
At luxu periit Thebe altera proxima Nilo,
Pernicies morum qui grauis esse solet.
Sed labor hic cogit frugales esse colonos
Et desunt uitiis hoc alimenta loco.
Non tamen hic uictum prorsus negat inuida terra,
Labraca cum percis et tibi Mulda dabit.
Adde Euangelii lucem, quae his fulget in oris,
Hoc nullum poterit grandius esse bonum.
Felix, cui dederit mediocria commoda uitae
Ipse Dei Gnatus notitiamque sibi.

Ddd n. 2

Ad uiros aliquot eruditos ac doctos, qui Vuormaciensi et Ratisbonensi colloquiis interfuerunt, epigrammata quaedam in Vtopia nata Anno Christi M. D. XLI G. B. S. K.

Ad absolutissimum uirum
Dominum Philippum Melanchthonem

Si quisquam cupit, ut felix concordia fiat,
Tu certe in primis, magne Philippe, cupis.

ad eundem

Colloquio Caesar si coniunxisset Erasmum
Candoremque animi, docte Philippe, tui:
Iamdudum felix esset concordia nata;
Semper enim cupidus pacis uterque fuit.
Iam quia mors rapuit nobis crudelis Erasmum
Nec pacis studio dat tibi Roma parem:
Nunquam, crede mihi, fiet concordia felix,
Quae per uos poterat rite coire duos.

ad eundem
de Ioanne Eccio

Si clamore potest fieri concordia multo
Aut si uox aliquid restituisse queat:
Pacem, crede mihi, solus dabit Eccius orbi;
Stentora uocali gutture uincit enim.

ad
eundem

Sis animo forti, moneo, generose Melanchthon,
Nec timeas rebus, care Philippe, tuis.
Te caeli rector geminis amplectitur ulnis:
Semper enim sanctos protegit ille suos.
Huius tu uerbum et mysteria sancta tueris
Ac ornas animi dexteritate tui.
Stentora nil igitur Boium, nil Nausean illum
Cures, quem tellus nauseat atque polus.
Sollicita turpem nil cures mente Cochleum,
Nil quoque, quem iactat saeua Vienna, Fabrum.
Hos mox atra dies et saeuo - - - - ore
- - - - - rapidum sub - - - - - trahent.
Pro pietatis enim studio mendacia spargunt
Inuoluuntque malis omnibus omne solum.

ad
Gasparem Cruzingerum

Si te Vangionum sic admirantur ocelli,
Vt colit ingenium Saxona terra tuum;
Vtque tui ingenii uis ac natura merentur:
Non hominem certe sed coluere Deum.

ad
eundem
de
Ioanne Eccio

Non mirare, quod Eccius est ita garrulus: illud
Patrium habet; - - - garrula semper auis.

ad
Martinum Buzerum

Mucida quae multos annos Ecclesia Christi
Barbaricoque fuit tota sepulta luto,
Hanc tu doctrina purgasti dexteriore
Et purgare tua commoditate studes.
Iccirco recte, uir praestantissime, sumis
Id purgatoris nomen agreste tibi.

ad
Alexandrum Alesium Schotum

Quo potuisti, quaeso, leuem laesisse poetam
Pacto, quod lacerat te malus ille furor.

Si

Si patrium --- habent mentiri et fiderenulli,
Cur caecum tanta laude poeta uehit?
Cui si non patrium est; saltem commune sit illud
Dedecus, in te quo transtulit ille male.

ad

Andream Osiandrum

Eccius esse uirum dudum te sensit ---
Qualem declarat nomen utrumque tuum.
Sed nisi sensisset quoque te felicem Osiandrum:
Sensisset frustra, te tamen esse uirum.
Nunc quia te Christi sentit bene dogma docere,
Cogitur et sanctum te memorare uirum.
Hinc merito Andraeas et adhuc Osiander haberis
Et merito te sic Noricaberga colit.

ad

Wenceslaum Linckium

Debebas dextri merito cognomen habere!
Dextre etenim Christi dogmata dextra doces.
Laeuus is est, quisquis pro Christo spargere nugas
Audet, Pontificis turba ut auara solet.

ad

Vitum Theodoricum

Sebaldini templi concionatorem

Saepe ego colloquio tanto te miror abesse,
Quo uix maius habet Noricaberga decus.
Doctus es et placidae studiosus pacis amator,
Quales praecipue is debet habere locus.
Sed quia non clamare potes nec Stentor es; apte
Te tua detinuit Noricaberga domi.
Adsunt colloquio plures, qui forsan abesse
Mallent et patrios rursus adire focos.
Dum modo Stentoribus locus est, dum clamat Aratrum
Turbaque Pontificis grandia uerba sonat.

ad

Baltassarum Reusselin

Vuiltpergensem Theologum Tubingensem

Tu quoque multiplici debebas carmine dici,
Quem genuit doctum VVildenoberga uirum
Hic, ubi graminea descendens ualle N..goldus
Nympharum modico praeterit amne domum,
Quas aeterna Deo pietas commendat et almi
Nos Christi sponsas dicimus esse sacras.
Ah quoties ego te uenerandi dogmata Pauli
Audiui doctis exposuisse modis.
Hic, ubi Neccharicis coniungitur Amberus undis
Et stat Apollineo grata Tubinga choro,
Te Paulumque meum Phrygionem saecula longa
Faustaque caelestes Dii numerare sinant.

ad

Ioannem Brentzium

Concionatorem Halae Sueuicae

Si fidum quenquam Galilaei uinea Christi
Aut habet aut habuit, tu mihi primus eris;
Exponis populo caste pia dogmata et unde
Omnis sperari debeat ista salus.
Praeterea libros et docta uolumina condis,
In quibus ingenue dogmata sacra doces.
Christus, quem tu tot celebrasti laudibus; ergo
Te rursus patrii ducat ad astra poli.

ad

Ioannem Pistorium

Paruulus es formamque tibi natura negauit
Corporis: ast animi gratia quanta tui?
Corpore quo minor es, tanto pietate fideque
Maior es; ingenio ac relligione uales.

ad

Martinum Frechtum

Vlmensem

Te quoque colloquio summorum, Frechte, uirorum
Laetor amatorem pacis adesse piae.
Pax tibi sancta placet, placet et concordia firma
Ac summi late spargere dogma Dei.
Illud ego didici mensura diuite, nempe
Quum tenuit uultus terra Sueua meos,
Quum Blaui licuit fontis gustare liquores
Et bibere Histrini sobria pocla patris.

ad

ad
Simonem Schneeweis
Concionatorem Creilsheimensem

Quae natura tibi nomen dedit illud honestum,
Haec dedit et nomen dexteritate sequi.
Candidus es Geticamque niuem mens integra uincit,
Quae semper summum praedicat ore Deum.
Non est maior honos, non conuenientior illi
Gloria, qui Christi dogma fidemque docet,
Quam mendacia si fugiat uirtutis amore
Et gerat in niueo candida corda sinu:
Nulla Deo rerum est ita uictima grata Parenti,
Quam si quis doceat dogmata uera pie.

ad
Ioannem Rurer
Pabergensem
illustrissimo Principi
Georgio Marchioni Brandenburgensi
a sacris concionibus

Tu quoque moliris pacem, pietatis et optas
Caelestis rursus surgere posse decus
Proptereaque Deum sincera mente precaris,
Vt uelit huic plebi consuluisse suae,
Vt uelit eruere hanc diuino robore gentem,
Quae canit ipsius et nomen et omne decus.
Ac facis haec animo prudenti scilicet: ergo
Te merito Princeps diligit ille tuus.

ad
Ioannem Sturmium

Si praestare aliquid festiua oratio possit
Aut pacem eloquium restituisse queat:
Tu certe imprimis poteras, doctissime Sturmi,
Germanis pacem restituisse tuis.
Credo etenim, quod si superesset tempore nostro,
Cederet eloquio Tullius ipse tuo.

ad
Ioannem Eccium
Theologum

Tu clamare potes: sed Christi dogma fateri
Si posses; posses plurima, crede mihi.

ad
Georgium Seyfridum
Medicinae doctorem
ac
illustrissimorum Principum
Georgii et Alberti
Marchionum Brandenburgensium &c
Physicum

Scribis Ephemerides et docta diaria condis
Ac multas laudes grande meretur opus.
Sideris ostendis pulcre cuiuslibet ortus
Et quando rursus tendat ad Hesperiam,
Quae sit amoena dies ac lusibus apta futura,
Rursus qua largis decidat imber aquis.
Grandia multa doces ac uitae commoda nostrae,
Vt dicam paucis, utile scribis opus.
Inter Ephemerides hinc te numerabimus ipsas
Et fiet nobis numen in orbe nouum.

ad
eundem Georgium Seufridum

Seu de re medica te dicere, docte Georgi,
Audio seu stellas enumerare uagas:
Non possum te non amplecti pectore firmo,
Qui studium studio iungis utrumque pari.
Crede mihi, sapienter agis, prudenter et apte,
Qui iungis medicae sidera celsa rei.
Quae tam non possunt diuelli longius, ut Sol
E mundo tolli aut Luna superba nequit.
Quisquis Apollineas a stellis segregat artes,
Saeuus is e mundo lumen utrumque rapit.
Pulchra Machaoniis sed qui coniunxerit herbis
Sidera, quintuplici laude uehendus erit.
Sic intelligit is, quo tempore debeat aegris
Applicuisse sua pharmaca certa manu:
At qui tempora non obseruat, fallitur et dat
Aegris pro certo saepe uenena mero.

De
Georgio Sabino
Iurisconsulto et Poeta laureato

Rectius eximium si contemplere Sabinum,
Nasonem uisum dixeris esse tibi.
Sic molles uersus, ita dulcia carmina pangit:
Ad numeros ueniunt uerbaque sponte suos.

Iuris-

Iuris consultum cernes magnumque poetam:
Vix illi similem Teutonus orbis habet.

de
Christophoro
Pannonio poeta

Si Charites molles uis deliciasque uidere,
Quas habet Aoniae fons generosus aquae:
Aspice Christophorum, quem Pannonis ora poetam
Ingenii mira nobilitate dedit.
In blando sedet intemerata modestia uultu:
Lingua potest aliud nil nisi docta loqui.

ad
Ioannem Stigelium
poetam

Quis te non laudare uelit, generose Stigeli?
Quis non ingenium uellet amare tuum?
Blandus es et comis pariter, blandissima scribis
Carmina, blanditias spargis ubique sacras.
Si uixisse diu tribuant modo numina, nostri
Immensum poteris temporis esse decus.

ad
Melchiorem Acontium

Ingenii laudare tui si pondera possem:
Par foret ingenii gloria lausque mei.
Sed quia sat digno nequeo te dicere uersu:
Audebit tibi me dicere nemo parem.
Tu tamen ignoscas uati, precor, inferiori
Meque in amicitiae foedera sume tuae.

ad
Gasparum Bruschium
Slaccenwaldensem

Te quoque laudarem: si rerum cognitionem
Adiiceres numeris, Gaspar amice, tuis.
Laudauit diuus tua mollia carmina Caesar:
Hinc dedit et capiti laurea serta tuo.
Perge igitur, iuuenis Phoebo gratissime, perge!
Sic magnus fies, crede, poeta, mihi.

ad
Ioannem Eccium
theologum

Dum tu cum reliquis rem tractas relligionis:
Incidis in morbum terque quaterque grauem.
Quid si colloquio forsan te nollet adesse,
Qui regit empyrii templa beata poli?
Dum tu - - - - - perennia Christi
Dogmata, dum - - - spargis ubique - - - .

Ratio
cur
Lutherani
nullum potuerint habere Ratisbonae templum
in quo
concionati fuissent
Euangelium ac ueritatem Christi

Exoritur quoties toto Sol aureus anno;
Vergit ad occiduum fessus et ille mare:
Tot Tiberina tenet praeclara urbs aurea templa,
Multa in ea dicunt et superesse tamen.
Verum, in quo poterat celebrari - - - - .
Ac tradi populo dogmata pura rudi,
Nullum est inuentum quantumuis diuite in urbe:
Si caussam quaeris nosse, ea metra lege.
Quae sunt aedificata solo templa aurea ab imo,
Qua coit Hystrinis Regus auarus aquis,
Haec partim matri sunt aedificata beatae,
Partim sanctorum facta in honore patrum.
Quod - - - -, tota non extat in urbe
Vnum; sic miseris exulat ille modis.

In
Cleros Ratisbonenses
qui
uicesima quarta Maii
canticis ac sacris suis
illustrabant urbem.

Qui uirides lustratis agros, lustratis et urbem,
O genus - - -, o genus atque - - - !
Et canitis totam - - - uerba per urbem
Ac uos sic gratos creditis esse Deo;
Dum circumfertis diuos, uexilla crucesque
Et lustrali unda spargitis omne solum:
Vos potius uestro - - - pro more - - -
Lustrate et - - - concelebrate - - - .
Ridet enim uestros hos mores - - - -
Ac tales ritus respuit - - - .

Si Christi potius coleretis dogmata pura:
Pergrata essetis turba futura Deo.

Sed quia uos tantum tractatis - - - semper:
Vos - - - - numina sacra quoque.

Ddd n. 3

Catalog. doctorum tam catholicorum quam protestantium Vuormat. praesent. MDXLI

Ad
candidum Lectorem
praefatio

Est decus, innumeris scriptis extendere laudem
Virtutis, claros laudeque ferre uiros.
Discimus exque sophis hoc, discimus exque poetis;
Illi uirtutes, hi cecinere uiros.
Vtraque pars operam praeclaram praestitit hercle
Et laudes porro commeruere suas.
Multa utrinque tamen desunt, pars una sophorum
Absque uiris, tantum sed docet una uiros.
Hic mihi, non turpi studio uatesque sophosque
Carpendi, media perlubet ire uia.
Ordine dicturus uirtutum Heroas amantes,
Illustres animas, remque uirosque canam.
Nempe uiros, praesens quotquot uenisse sciemus,
Hoc ad colloquium, commemorabo bonos.
Horum uirtutes ego delibabo, quid ergo?
Non hoc uirtutes est canere atque uiros?
Plenius haud usquam uirtus elucet et ardet,
Quam tot in eximiis conspicienda uiris.
Fingimus Heroum falsas sine nomine laudes:
Propositum ante oculos plus mouet omne decus.
Nec me tam Fabium aut Curium legisse iuuabit,
Quam Granuela unum saepe uidere iuuat.
Adde, quod et uiuos plus illis semper amamus,
Vt lux est tenebris charior, aure oculus.
Quis non uirtutem coleret, si uiueret? Atqui
Crede mihi, in magnis uiuit ubique uiris.
Respice in hoc igitur speculum totidemque uidebis
Virtutes, doctos quotquot adesse leges.
Hic tamen interdum si quid perstrinxero, quod non
Virtutis merito possit habere fidem:
Excuso purgoque fidem, quod talia certe
Nullius in laudem scribo nec in uitium.
Saepius in magnis sed tectius improba regnat
Perfidia ac alia laude repressa iacet.
Nec peccare nouum est, sed non agnoscere mendas,
Hoc equidem summum dedecus esse puto.
Contigit, hos omnes mihi perspexisse proboque,
Quod natura modo conueniente probat.
Rursus quod damnat, constanter id arguo; cautus,
Ne stilus infames oblinat ipse notas.
Quod iusto, quicunque legent, candore fateri
Par est nec studium tam reprobasse pium.

Personae Colloquii

* *

a summo Pontifice missi sunt

Io. Moronus Episcop. Mutinensis

Sedis Apostolicae supremus ab urbe Legatus
Principium debet carminis esse mei.
De quo uirginea quae fronte modestia lucet,
Non sunt, ut quicquam suspicer ipse mali.

Thomas

Thomas Campegius
Episcopus Feltrensis

Illico se nobis Feltrensis Episcopus offert,
Non animo inferior nec quoque laude minor.
Respicis, in mento canescat ut alba senili
Barba; quod et praestet sic grauitate, puta.

Thomas Badia
Magister sacri Palacii

Hunc ego si uideo: Monachos agnosco Patresque,
Simplicis exemplar qui probitatis erant.
Non auram populi, non fucos ambit inanis
Gloriolae; summum sed putat, esse probum.

Robertus Vuauchop. Scotus

Plurima mente uidens sed caecus natus ab annis
Tantus hic euasit, quantus habetur adhuc.
Imbibit a puero pietatem: hanc uiuere quisquis
Optabis; dicas, o Scote, uiue diu!

Aliud

Quis dubitat, te non tua semina ducere caelo:
Quotidie caecus quum sacra rite facis?

Albertus Piggius
Praepositus Traiectensis

Militiam absque opera linguarum ualde iuuares:
Dum latus est ualidum membraque firma tibi.
Nunc quia doctus es et prudens: potes unus utrinque
Commodus esse domi, commodus esse foris.

Petrus Gerbardus
ex Francia

Obstupeo, quum te properantia uerba loquentem
Verba Periclaeis audio digna sonis.
Seu quis Cecropiam, Romanam aut denique Sanctam
Plus amet: instar aquae lingua trisulca fluit.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis
Illustris Dominus D. Perronotus
de Granuela &c

In sua si fratres ruituros Teutonas arma
Consilii placas dexteritate tui:
Non oratorem uenisse a Caesare tunc te,
Sed missum a Superis dixero Semideum.

Antonius Perronotus
Episcopus Atrabatensis

Tu quoque, tu Praesul factis memorande paternis,
Doctrina, ingenio consiliisque bonus.
Non annis adeo quam animis grauis, inter et ipsos
Aequales iuuenes crederis esse senex.

Ioann. Nauius
Consil. Caesar. Maiestat.

Fallitur hic, quisquis non tali munere dignum
Nauion ex facie iudicat esse statim.
Magna quidem laus est, laudari a Caesare tanto:
Attamen et laus est, Nauion esse quoque.

Gerhardus Vueldbik Traiectensis

Si quid erit populo mandandum in Caesaris aula:
Si sapis, has partes tu tibi sume, rogo.
Et manus ac oculus, membrorum et congruus ordo
Plus persuadebunt, quam bona uerba mihi.

Petrus Hortensius
Petrus Maluanda
Aluarus Moscosa
Hispani, Doctores Paris.

Tres uno eximios Doctores carmine dicam,
Quos sigillatim dicere longa mora est.
Nosce sed Hispanos mediocri corpore, multum
Doctrina et docili mente ualere tamen.

Aliud
ad Petrum Hortensium

Te si deuotum uideo procumbere ad aras
Et consternata poscere mente Deum:
Defleo Germanos, quibus aut muliebre uidetur
Aut hypocrisis, eo procubuisse modo.

Ioann. Corolbe Doct. Paris.

Si mihi tam notus Colophonius esset Homerus,
Quam tibi uel Thomas uel Scotus esse potest:
Tam praeclarus ego fierem tum forte poeta;
Quam tu praeclarus Doctor es in patria.

Serenissimae Regiae Maiestatis
Georgius Episcop. Secouiensis

Dum puer in cunis iacuisti: arrisit, ut aiunt,
Parca tibi et dixit, cresce, benigne puer!
Tempore magnificus fies et ualde locuples,
Vt loculum astringas, uix erit apta manus.

Fridericus Nausea
Coadiutor Viennensis

Ingenii annorumque tibi est par lausque uigorque:
Non mirum, si te Rex adeo usque fouet.
Nam uere decuit tam prudens pectus amari
Nosseque propitii dona colenda Dei.

Ioannes Cochlaeus
Theologus

Scis, uarie matrem naturam uendere dotes
Nec facile ex uotis omnia cuique dare.
Haec tibi concessit Sophiae celeberrima dona,
Esses quo patriae lausque decusque tuae.

Martinus Kugelen
Friburgensis Theologus

Tu pro more scholas nobis, Martine, docendo
Conserua et iuuenes instrue, docte, sacris.
Crede mihi patriae nusquam prodesse perinde
Nec praestare Deo gratius ipse potes.

Praesidentium
nomine adfuerunt
ab Archiepiscopo Moguntinensi
Praeses
Ioann. ab Erenberg
Decanus Mogunt.

Praesulis officio fungens bene consule utrique
Parti: quum soleas omnibus esse bonus.
Hic ergo fer opem patriae; sit maxima cura
Pacis! honoris habes nomen et omne decus.

Iodocus Hoitfelder Vuestphalus
Adiunctus

Tu centum-geminum Briareum imitatus et acrem
Neritium factis ingenioque tuo.
Sic docilem prudens intendis in omnia mentem:
Consilia atque tibi non male forte cadunt.

A Comite Palatino
Praeses
D. Ludouicus a Fleckenstein

Non aliis tantam curam committe sed omnem
Ipse tuam munus confer ad hoc operam!
Non aliud maius facies nec honestius unquam!
Quantus es, hic solum, crede, probare potes!

Adiunctus
Heinricus Has Vicecancellarius

Hic, Lodouice, graui te multum fasce leuaret:
Sacrarum rerum ni - - - esset homo.
Sed quia sic uoluit Princeps, Adiunctus ut esset:
Tu tibi post illum delige, quaeso, alios!

Ab Episcopo Argentinensi
Praeses
Ioann. Comes ab Eysenburck

Si reliquis adeo foret haec concordia cordi,
Vt tibi: iam staret forsitan ista bene.
Tanta tuis oculis elucet gratia et ipsum
Te longum tempus non sinit esse malum.

Adiunctus
Christophorus Vuelsinger
Doct. I. V.

Saepius indignas potuisti auertere lites:
In toto strepuit quum mala caussa foro.
Hinc est, quod tanti te fecit Episcopus; at nunc
Istud idem facies si modo, maior eris.

A Ludouico Duce Bauariae
Praeses
Volfgangus a Seibelsdorf
Praeposit. Monacens.

Respicis, ut praesens rei tantae fluctuet ordo
Et sensim inclinent omnia in exitium?

Si potes ergo, malis obsta; si non potes, exi!
Crede Moguntinis: caetera tutus eris.

Ex parte
Catholicorum Electorum ac Principum
aduenerunt
ad Colloquium
Theologi

Ioann. Eckius Protonotarius

Te - - - si primo exscripsero: frustra
Non fit; sed laudes id meruere tuae.

Michael Helding
Suffragan. Mogunt.

Quando tuum moderatum adeo considero pectus:
Dispeream, tacite si tibi non faueo.

Ambrosius Pelargus

Fortiter ut semper consuesti, obsiste, Pelarge!
Sed uocale nimis os rege, quum loqueris!

Ioann. Gropper
Scholasticus Coloniensis

Ingenue satis ostendis te, candide Gropper,
Non solum doctum sed simul esse bonum.

Eberhardus Billick

Semper tu quereris, quod non admitteris unquam
Ad Dominos: fugiunt, quod - - - semper - - -.

Ioann. Armbruster Argentorat.

Dum cudis ualdas pro nostra parte Balistas:
Ingenium attenuas heu! nimis ipse tuum.

Ioann. Mensinger, Suffragan. Halberstadiens.

Longius effluerer nec posset carmine iuncto
Complecti laudes nostra Camena tuas.

Conradus Microsius

Quare ego Microsium dicam: qui, sicut et opto,
Ad Moganum multos multa docere uelit.

Iacobus Reitter

Quum tu cottidie sic fias - - -: haud est
Mirum, quod sermo sic tibi mollis eat.

Leonhardus Keller Licent.

Non uolo nec possum, qualis sis, scribere; namque
Audio, Colloquio raro quod intereras.

Christophorus Pannonius
Scriba

Primum, quum te adeo uidi, mirabar adesse
Nunc missum a tali Principe miror ego.

Alexander Alesius
Scotus

Hoc patrium est, nemini quod fidis, paruule, forsan
Nec tibi propterea fidere Rex uoluit.

Ioannes Ludenis

Dum reliqui in stuba consultant, quaeso, quid extra
Solus consilio ludis inerte fores?

Nicolaus Monrich Theolog.

Si fieri clarus cupis, ut cupis, effice; nobis
Vt curasque tuas ingeniumque probes.

M. Heinricus Stoll et M. Matthias Keiler
Heidelburgens.

Stollius et Keiller mala, rustica nomina, non sunt
Apti in uersiculis nomen habere meis.

Aliud de Stollio

Hic tamen hic nuper quiddam memorabile fecit:
Horribili - - - funere mersit enim.

Leonhardus Marstaller
et
Nicolaus Appel
Doctores

Si quis Boiorum dubitas de simplicitate:
Haec summae fidei pectora, lector ama.

Matthias Kretz Decan. Monacens.

Hunc quoque uel pueris facilem comemque uidebis:
I nunc et Boios sperne ferosque uoca.

Ioann. Mentzler
Do. Prouincialis

Haud sapis absurde, quod tanto hinc inde tumultu,
Hinc abiens famae consulis ipse tuae.

Conradus Heresbacchius
et
Albertus Konig

Hic ego personis ultro concludo duabus,
Quae nobis litis caussa fuere nouae.

Ex
Parte Protestantium
aduenerunt
Theologi
Philippus Melanchthon

Si quid habes nigri, quaeso te, care Melanchthon,
Elue; tunc multos maximus inter eris.

Aliud

Solus Colloquii dubios moderaberis actus:
Si praestare uelis, quod sine fraude potes.

Caspar Crucingerus

Crux fulmenque fores tunc formidabile uulgo:
Plus aliis adeo, quam tibi si placeas.

Iustus Menius

Iuste, mane iustus constanter, post modo certe
Ex merito Iustum te Meniumque uoco.

Martinus Bucerus

Te quoque laudabo: si mucida pauca repurgas,
Quae deformarunt paucula scripta tibi.

Ioannes Sturmius

Sturmius esse caue, leuioribus utere uentis:
Non decet eloquium turpiter esse ferum.

Wolfgangus Capito

Ergo tuo semper Capiti si indulseris: aequum est,
Cur te quis sanum pectus habere neget.

Andreas Osiander

Effice mutatis ut moribus esse, quod audis,
Incipias; clarus non modo, sanctus eris.

Vuentzeslaus Linck

Aut leuis et laeuus ne sis aut perfida lingua
Nurnbergam faciet flere, dolere, queri.

Simon Grynaeus

Si, Grinaee, tuae labentia sidera sphaerae
Videris, a caelo te procul esse scies.

Ioann. Brentius

Brentius hoc tanto poterit sapientior esse,
Quanto plus uoluit semper amare sacra.

Nicolaus Ambsdorf

Tu ueteranus et ad caedes quascunque paratus:
Dii, quantus; praesto si tibi tela forent!

Ioann. Ambsterdam

Tu succede seni: quoniam tibi firmior aetas,
Robur et ad bellum firmius esse liquet.

Martin. Frech, Licentiatus

Vt tibi sacrarum concessa licentia rerum est:
Coepisti illicito uiuere more statim.

Ioannes Caluinus

Quaeso, quid indigne tot fundis inania uerba?
Doctus es; at quid tum, sis quoque porro bonus!

Gerhardus Nouiomagus

Dum falso studio sequeris popularia; nescis,
Quam magna fraudes utilitate scholas?

Erhardus Schnepf

Si infigis miseris rostrum rursusque resultas;
Hoc ego sed spernam: dic mihi, quid facies?

Fridericus Mecum

Iure ad Colloquium nostrum, Friderice, uenires;
Si foret: ast nullum quum sit, abire potes.

Georgius Persserer

Erigere incuruos dum gaudes, docte Georgi,
Mores: ne statuas non toleranda, uide.

Adam Kraft Fulden

Quamuis inuideas nobis taciteque remordes:
Non tamen infensus sum tibi sed doleo.

Vuolfgangus Meusel

Et tu cuniculos struis, haud tamen acre nocebis:
Namque tuos studio prodis inerte dolos.

Bremenses

Claudere Bremenses debent mea carmina: namque
Ferre hoc Colloquium non potuere diu.
Defuit his forsan patrius ceruisia potus:
Non est, cur doleas ergo abiisse statim.

Conclusio
ad
pium lectorem

Non tibi sit mirum, tot, Lector, adesse peritas
Doctrinarum animas, pectora digna coli

Et

Et non colloquium melius procedere nostrum
Sed sensim horribilem tendere ad interitum.

Paucorum improbitas tantae primordia caussae
Protraxit, tenebris implicuitque nouis.
Pertinuit quamuis ea res, ut constat, ad omnes
Omnibus his uti non uoluere tamen.

Ece

Ex Christ. Godofr. Hoffmanni Noua Scriptorum ac Monumentorum Collect. Tom. I pag. 589

Instructio Paulli III data Domino Thomae Episcopo Feltrensi et aliquibus doctis uiris cum eo in Germaniam ituris, Romae V Octobr. MDXL, qui discesserunt postridie VI Octobris

Paullus Papa III

Quum e pluribus litteris Legati et Nuntii nostri apud Caes. Maiestatem uel alterius item Nuntii apud Serenissimum Ferdinandum Romanorum Regem nostro nomine agentium esset nobis significatum, fuisse in Conuentu nuper Hagenoae celebrato decretum, ut undecim docti et prudentes uiri Germani pro parte Catholicorum illius nationis et totidem pro parte eorum, qui se Protestantes appellant, ad quoddam inter se colloquium die XXVIII huius mensis Wormatiae conuenientes habendum pacate et absque ullis contentionibus aut disputationibus ac etiam citra eorum, quae illic tractabuntur, decisionem aliquas honestas uias rationesque excogitent, per quas ad compositionem dissidii, quod in religionis caussa dudum apud Germanos ortum in dies crescit, autore Domino postea deueniri potest, optareque praedictos Imperatorem et Regem atque adeo nobis filiali reuerentia supplicare, ut aliquem Praelatum ad supra dictam Ciuitatem Wormatiam mittamus, qui una cum suis Oratoribus, quos illuc missuri sunt, caussam orthodoxae fidei procurent et Catholicorum Deputatos consilio et doctrina dirigant et iuuent, Protestantium uero, si qua fieri possit, in rectam uiam reducere nitantur. Hos licet ex eo, quod istos super religione tractatus absque auctoritate nostra et huius Sanctae Sedis factos, non solum improbare uerum etiam damnare et, quoad eius fieri possit, prohibere deberemus: tamen exemplum Domini, cuius uices licet immeriti in terris gerimus, quantum per ipsius gratiam possumus, imitari cupientes, sicut ille ob salutem humani generis ex supremo caeli solio in infirmam terram descendere et immensam diuinitatem suam modicae humanae carnis imbecillitate uestiri, contemtui haberi et tandem acerbissimam mortem pati dignatus est, ita nos officii nostri esse ducimus, non solum exteriorem gloriam uerum etiam ipsam uitam propriam saluti ouium nobis creditarum omnino posthabere. Hanc ob caussam et praesertim precibus praefatorum Imperatoris et Regis inuitati aliquem nostro nomine ad praedictam ciuitatem mittere deliberantes Te uenerabilem fratrem nostrum, Thomam, Feltrensem Episcopum ob tuam egregiam doctrinam, uitae integritatem et in rebus tam aulicis quam Germanicis experientiam prae caeteris idoneum iudicauimus, quem ad tam sanctum et laudabile opus tractandum immitteremus. Verum quia materia ipsa, de qua agitur, admodum ardua et difficilis est et plus uident oculi quam oculus et sicut Sapiens non semel dixit, erit salus, ubi multa consilia sunt; accedit ad id, quod a praedictis Imperatore et Rege, qui et ipsi cum suis Oratoribus ad praedictum Colloquium aliquos diuersarum disciplinarum et praesertim sacrae theologiae professores se missuros significarunt, ut itidem nos faceremus, commoti et rogati sumus,

ſumus, unde noſtri una cum ſuis coniuncti multo melius negotium fidei promouere poſſint: idcirco et nos tibi nonnullos pios, probos et in uariis ſcientiis et linguis peritos uiros ad hoc iter et adeo pium negotium cum Dei auxilio capeſſendum adiunximus. Quorum tu conſiliis et ipſi te duce et huius negotii moderatore mandata noſtra, quae ſequuntur, fideliter et diligenter pro uiribus exequi ſtudeatis. 1) Vt omnem ſpem et fiduciam ueſtram in Domino ponentes ſincero corde et deuota mente eius infinitam bonitatem precemini, id quod nos cum ipſius auxilio facturi ſumus, ut greſſus ueſtros in uiam pacis et proſperitatis dirigat et eorum, ob quae pro honore ſuo et ſalute Eccleſiae ſuae ſanctae uos in Germaniam mittimus, felices uobis ſucceſſus concedat. 2) Vt familiares uobis conducatis bene moratos, pios et catholicos et qui ſuorum morum, quocunque uos ire contigerit, bonum et gratum Deo et hominibus odorem diffundant. Hoc autem, ut uos faciatis, ſuperfluum exiſtimamus uos commonefacere, quos longa experientia nobis notos et hac de cauſſa gratos, inprimis aptos iudicauerimus, quibus haec ſancta prouincia demandaretur. 3) Vt tam eundo quam redeundo apud quoscunque uos uerſari et cum quibuscunque loqui uſu eueniat, in uictu temperantiam, in ſermone modeſtiam et humanitatem erga omnes ſemper praeferatis. 4) Vobiscum haec, quae ſequuntur, ſcripta habeatis. Edictum Wormatienſe, hac de cauſſa ab Imperatore et ab uniuerſo Imperio ad executionem ſententiae Apoſtolicae contra Lutherum et complices anno Domini MDXX edictum. Receſſum Imperialis Conuentus anno MDXXX Auguſtae celebratum. Tractatum quatuordecim deputatorum, ibidem ſuper hac materia habitum. Confeſſionem Lutheranorum, ibidem exhibitam. Confutationem Catholicorum, eodem in loco compoſitam, ſed nondum editam. Apologiam Lutheranorum, contra eandem non multo poſt diuulgatam et typis excuſam. Edictum Induciarum Norimbergenſe anno Dom. MDXXXII Ratisbonae publicatum. Impium Receſſum Francofordiae anno Domini MDXXXIX concluſum, ſed nequaquam ab Imperatore pro eius pietate comprobatum. Reſponſionem Proteſtantium, datam Comitibus de Maderſcheyd et Nouae Aquilae. Articulos eorundem, datos Caeſ. Maieſtati Gandaui, hoc anno MDXL Martii. Denique Conuentus Hagenoae, hoc eodem anno habiti Receſſum XXVIII Iulii concluſum. Ex quibus omnibus, una cum his, quae Epiſcopus Mutinenſis, Nuntius noſter, qui et ipſe ex mandato noſtro Wormatiam hac de cauſſa ſe confert *, nobiscum communicabit, amplam et facilem eorum, quae in huiusmodi negotio tractare habet, doctrinam et inſtitutionem capiatis. Omittimus hic eos libros, quos ad reddendam rationem eius, quam profitemini fidem, et ad reductionem errantium in teſtimonium acquiſitae iam per uos doctrinae, uobiscum eſſe optime noſtis. 5) Quia tempus breue eſt, neceſſe eſt, ut, quanto citius fieri poteſt, habita tamen bonae ualetudinis conſeruandae ratione, iter ueſtrum peragatis. Quum autem duo itinera perceperimus eſſe Wormatiam eundi, alterum per Mediolanum, Suitenſes, et Baſileam, unde ſecundo flumine breui et commodiſſime Wormatiam deſcenditur, multo breuius et per quod non tamdiu in terris ſuſpectis ſit immorandum, alterum per Tridentum et longius et pluribus ſuſpectis locis, non tamen per Suitenſes, quod ad montes ita aſperos et quod ad populos adeo infenſos interiectum, per uitium aetatis uobis eſt bene conſiderandum et per quod elegeritis, caute ambulandum. Non enim dubitamus, multos in hac Vrbe eſſe Germanos, qui de uobis et credita prouincia ſcripturi ſint in Germaniam aut Florentiam iam ſcripſerint, propterea ab his, qui utriusque itineris periti ſunt, cum hic, tum Senis et Florentiae et Bononiae, per quas ciuitates omnino

* conf. V. C. Schelhornii Amoenitates Litterariae T. XII pag. 578 et 579

omnino uobis transeundum est, informationem capiatis et modum uiamque salui conductus, quo possitis Deo auxiliante iter uestrum tuto peragere et si forte ad iter per Suitenses faciendum saluus conductus uobis deesset, per Tridentum et Serenissimi Rom. Regis terras eundum esset. Tridenti enim capto consilio a Vener. Fratre nostro Episcopo eius ciuitatis uel si ipse abesset, a dilecto filio, Nobili Vicario N. Castellalto, primo ciuitatis pro Romanorum Rege Praefecto. Quos ambos, ut in rebus gerendis prudentes, ita etiam in fide catholicos, et huic sanctae Sedi affectos esse plurimum gaudemus, et uolumus, ut eis optimum nostrum animum hac de caussa in ipsos affectum significetis. Iter uestrum, quod illinc duplex scinditur, prosequi poteritis et, si per Oenipontum praedicti Romanorum Regis peculiarem regionem magis consulerem, illic a Regio Senatu salui conductus diplomata una cum ductore itineris impetretis, id quod facile et libenter Legatis Nuntiis nostris id petentibus, pro bonitate illius Principis semper concedi consueuit. Licet autem intelligamus, Caes. Maiest. publicasse iam a die salui conductus omnibus dicto Colloquio Wormat. accessuris, profecturum; tamen non possumus non uos monere, ut omne studium adhibeatis, quo tuto ad locum uobis decretum perueniatis, in quo praeter saluos conductus procurandos et proderit plurimum, si prudenter et tacite et absque ulla ostentatione iter uestrum faciatis. In hoc autem articulo propterea multo sumus immorati; quia non parum Reipublicae interest, ne quid sinistri in uia, quod Deus euertat, patiamini. 7) Quum Wormatiam auxiliante Deo incolumes perueneritis: nihil uobis antiquius, quam ut significato aduentu illuc nostro Domino Episcopo Mutinensi consilia uestra et commissionem uobis datam cum illo libere communicetis; deinde una secum colloquium procuretis Oratorum Caes. et Regiae Maiestatum eorumque Doctorum, qui cum illis eo accesserint; et in primis uenerabilis Fratris Episcop. Atrebatens. et dilecti Filii Alberti Pighii, quos et ipsos uobiscum illi Conuentui interesse uoluimus, e quibus status religionis et collegii deputatorum etiam inceptus fuerit, intelligentes inter uos consilium ineatis, quando et quomodo uobiscum Dei nomine aliquid negotiari inchoandum sit. 8) Sed illud praecipue memineritis, ut uos praesertim in principio magis audiendi et, quae ab aliis dicuntur, obseruandi, quam nostra consilia aperiendi studiosi sitis: audiens enim sapiens sapientior erit, ut inquit Salomon, et iuxta diui Iacobi praeceptum, omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram; de quo quamuis uos commonefacere superfluum sit, non abs re fuerit indicasse. 9) Sicut et illud necessario uobis obseruandum omnino censemus, ut non solum mutuo inter uos amore coniuncti sed sententiis et doctrina concordes sitis et tales uos esse tam publice quam priuatim ostendatis. 10) Nullus item per se uel cum catholicorum uel eorum aduersariorum deputatis aut aliis quibuscunque quidquam tractare audeat, nisi prius re tecum et cum caeteris, quos tecum hac de caussa commisimus, communicata. 11) Quod si quis uestrum forte aliquid foris intellexerit eorum, quae ad rem facere uidebantur, ad eos quam primum referat et ad te inprimis, quem huius negotiationis gubernatorem instituimus, caeteros uero tibi consiliarios adiunximus. 12) Et quoniam ad aures nostras peruenit, a nonnullis etiam fide dignis subdubitatum esse, ex aliquibus indiciis facile fieri posse, ut aliqui ex eis, quos catholici suo nomine deputaturi sunt, partim non bono in hanc Sedem nostram animo sint affecti: propterea omnem adhibebitis curam, ut, si qui tales sint et quinam illi sint, intelligatis; id quod ab Episcopo Mutinensi in istis regionibus diu uersato facile percipere erit. 13) Aliorum autem non sincerorum colloquio et consuetudine, sicuti omnino non adeo consultum esset uti cum detrimento caussae publicae et ipsi, si qui erunt tales et ii, a quibus deputati fuerint, irritentur; parcius et cau-

tius cum illis negotiari uos oportebit et quando una cum aliis uere catholicis ad uos ibunt, generalibus uerbis et caussae fidei minime praeiudicialibus tunc utendum erit. 14) Itidem uobis obseruandum erit cum aliis omnibus siue palam siue clam non bene sentientibus, cuiusque gradus sint aut conditionis, quibuscum necessario esset aliquid uobis tractandum. 15) Ast cum deputatis uere catholicis quoties uel per se uos - - - - uel a uobis pro loco et tempore inuitati fuerint, omnia, quae agenda essent, liberius et accuratius conferentes non solum doctrina et consilio, si opus fuerit, eos iuuabitis sed etiam ad pie, prudenter et pacate cum aduersariorum deputatis tractandum negotium religionis instruetis et quodammodo dirigetis, commonendo eos, ut a rixis, contentionibus et ostentationibus abstineant et zelo fidei, pacis et charitatis omnia pertractent. 16) Si uero forte contingeret, ut deputati protestantium uel sponte sua uel aliquibus aliis honestis personis inducti uel alia quauis bona occasione oblata colloquium uestrum quaererent: eos benigne et amice accipiatis et cum eis loquendo uel negotiando non minus prudentia, humanitate et dexteritate, quas in uobis nouimus esse summas, quam doctrina utemini significantes eis, nos esse maxime promtos unitatem fidei in omnibus quidem ouibus nobis commissis sed praecipue illius inclutae nationis prouocare; ad quod exequendum nos boni parentis omne officium impleturos dicetis, modo illi se obedientes filios exhibeant. 17) Commemorabitis etiam dextro quodam modo, quot quantaque damna passa sit Ecclesia Dei et praesertim Germanica Natio ex istis in religione dissidiis quantoque maiora pericula immineant non solum ex intestinis uerum etiam infidelium bellis; quae omnia haud difficulter tollerentur, si uelint ad Ecclesiam Dei redire. 18) Quod si aliqua in Ecclesia reformari aut sibi concedi putant: ea certa et clara scriptisque commendata uobis exhibeant, ad nos quam primum transmittenda; quae si talia erunt, ut saluo Dei honore et conscientia nostra concedi possint, et uos istic eos bona spe fouebitis assequendi, quae petant, et nos re ipsa ostendemus esse nos et benignos et pacis et charitatis et unitatis maxime cupidos. 19) Si uero iidem protestantium deputati pertinaces in suis opinionibus perseuerent et nos uerbis modisque subasperis tractarent: uos tamen a uestra solita loquendi et agendi modestia nequaquam recedatis, quin imo tam apud ipsos quam apud alios quoscunque ubique iuxta animi nostri desiderium singularem caritatem, unitatem et pacem semper profiteamini; sed in hoc necesse est eo utamini temperamento, ut tam protestantium deputati quam alii quicunque cognoscant, uos ex animo agere nec, quia caussae nostrae diffidatis, sed e bonitate naturae uestrae et Apostolorum doctrina, qui contentiones ab Ecclesia Dei eliminant, modestiam et ciuilitatem uestram procedere. 20) Non deprecamur autem, si res ad istos terminos mutui inter uos et protestantium deputatos colloquii ut alicuius honesti tractatus reducatur et uos cum modestia, humanitate, prudentia et charitate, sicut confidimus, rem huiusmodi tractetis, quin illud in religione dissidium ad aliquam bonam et certam uiam dirigi possit, unde mox unitas et pax Ecclesiae loco et tempore et debitis modis perficienda autore, fautore Domino subsequatur. Quod si Deus nondum concedere nobis dignabitur: nos tamen et datae nobis commissionis et uos suscepti laboris nequaquam poenitere debebit; quum actiones uestras pro officio et ratione et implorato Numine dirigere, illarum uero successionem a Domino expectare debeamus. 21) Et haec prope sunt, quorum in genere et ueluti quadam forma uos commonefaciendos existimauimus: caeterum, quia non pauca pro mutabilitate rerum de nouo emergere facile possunt, ea tam ex his regulis per nos datis quam ex prudentia uestra gubernanda et, quod dicitur, consilium capiendum uobis relinquimus. 22) Quae uero ad merita huius caussae et articulos controuersos attinent, non est, quod uos instruamus:

mus : quum incertum sit, quibus potissimum tunc insistere aduersarii uelint, et consummata doctrina uestra alterius instructione non indigeat. 23) Illud tamen in hac re certius explicandum uobis iam nunc duximus : quoniam, quum Lutherani multa errata falso imputant Sedi Apostolicae, contra quae postea scribentes et ea refellentes, si aures populi captant et animos eorum, id circo maxime profuturum putamus caussae nostrae fidei, si uel cum protestantium deputatis loquentes uel etiam cum aliis hominibus, qui ubique fere hac fraude sunt seducti, detegentes et redarguentes hos malos dolos, obseruata tamen super ea, quae uobis toties inculcauimus, modestiae et prudentiae regula, ut ne propter ea ad contentiones et rixas deueniatis ; quum uos nos non ad disputandum aut ad altercandum aut aliquid in eo colloquio tractandum, probandum, dicendum aut concordandum illuc mittimus sed pro satisfactione officii nostri et ad Caes. Maiestati et Serenissimo Romanorum prius assistendum et consulendum deputatis catholicorum, ad mandandum aduersariis reductionem et pacem, si minus, ad explorandum et intelligendum eorum consilia et, ad quae tandem tendere uideantur, perscrutandum, in quo non solum summa diligentia sed et maxima prudentia et cautela uobis utendum erit, ne forte detectum propositum uestrum maiorem conciliet perturbationem. 24) Si aliqua uobis spes et uia pacis et reductionis eorum illucesceret : de ea et omnibus aliis, quae illi dicent, facient aut consignabunt notatu digna, ad nos per litteras quam primum referatis congruum et opportunum a Nobis quam celerrime accepturi responsum. 25) In summa autem ita pro uirili uestra cum Dei auxilio agere studeatis, ut, si fidei et huius Sanctae Sedis caussa ex uestra negotiatione melius promoueri non possit, saltim non ad deteriorem, quam in quo nunc est statu uestra culpa, de quo tamen nequaquam timemus, perducatur. Poteritis autem saepe et copiose scribendo facile nos de omnibus certiores reddere per tabellarios, qui uigesimo quoque die ultro citroque hinc in Flandriam et illinc Romam commeare et Spiram Wormatiae admodum uicinam consueuere; sed et, ubi res postularet, etiam proprium cursorem ad nos illinc expedire poteritis. Dominus noster IEsus Christus consilia et actiones uestras gubernet et uos incolumes illuc ducere et cum laborum uestrorum optatis fructibus ad nos reducere et Ecclesiam suam pacare et ampliare dignetur, qui et super omnia Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die quinta Octobris MDXL Pontificatus nostri anno sexto

Breue Apostolicum S. D. N. Paulli Papae III

conf. liber de Colloquio Wormatiensi Moguntiae 1541 editus

Paullus Papa III

Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

QVum nuper a Caesarea Maiestate nobis significatum fuerit, conuenturos esse propediem Wormatiae hinc a Catholicis Germaniae, inde a Protestantibus se uocantibus eiusdem nationis Deputatos, qui amicabili colloquio inter se absque ullis contentionibus uel disceptationibus habito super dissidio religionis, quo dicta natio iam per aliquot annos laborat, aliqua media et rationes, citra tamen ullam decisionem excogitent, per quae postea ad reconciliationem et unitatem fidei inter eos deueniri possit, fuerimusque propterea ab eadem Maiestate requisiti, ut aliquem Praelatum nostro nomine et secum aliquot doctos et probos

uiros ad hunc laudabilem finem illuc mittere uellemus, quo etiam dicta Maiestas et Serenissimus Rex Roman. missuri sunt. Nos, qui nihil hoc tempore magis concupiscimus, quam sanctae Ecclesiae ubique unitatem et ut illa fortissima et incluta natio; quae semper antemurale totius Christianitatis est habita, ad unanimem in fide consensum et tranquillitatem reducatur, a dicta etiam Maiestate requisiti et ad tam pium opus coadiuuandum, te, cuius doctrinam ac prudentiam habemus perspectas, et una tecum aliquot alios probos et doctos uiros ad dictam ciuitatem Wormatiae destinantes Tibi mandamus, ut una cum mittendis ab eisdem Caesare et Rege Romanorum omnem des operam nostro nomine nihilque agere et curare praetermittas, ut dicta reconciliatio et ad fidei unitatem reductio sequi possit, cuius nostri desiderii ac tuae operae effectum Deus omnipotens nobis concedere dignetur. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo Piscatoris

Die primo Octobris M. D. XL

Pontificatus nostri anno sexto

A tergo, Venerabili fratri Thomae Episcopo Feltrensi

Fff

Acta Colloquii Vormatiensis inter Iacobum Sturmium et Eccium Anno 1541

ex MSto

conf. Unschuldige Nachrichten von alten und neuen Theologischen Sachen ad annum 1707 pag. 757

Circa uesperam X Nouembr. orta est in templo summo Wormatiensi inter Iacobum Sturmium et Eccium concertatio quaedam, in qua Eccius uisus est furere suo more, qui Sturmium primum pompatice aggressus dixit: ah, D. Iacobe, non sumus amplius boni socii, ut olim fuimus. *Sturm.* Eramus olim; uerum nunc nimis procul animis alter ab altero dissiti sumus. *Ecc.* Cuius hoc est culpa factum, nonne uestra? Vos dissiliistis ab Ecclesia et a nobis recessistis, quia non eratis ex nobis: ego uero mansi in ouili, pastor scilicet cognoscens oues suas. *Sturm.* Miserandum uero ouile, in quo uos mansistis; uos recessistis a ueritate doctrinae et ecclesiae Apostolicae atque adeo primi secessionem fecistis, non nos, qui cum ecclesia Apostolorum et Euangelii ueritate manere cupimus. *Ecc.* Ita uobis persuadent homines uilissimi. *Sturm.* Legi utriusque partis scripta. Nostri mihi persuaserunt per Scripturas; quod, si uos potuissetis, accessissem uobis. *Ecc.* Non hoc est: habuistis olim gratias expectatiuas quarundam praebendarum; quibus quia priuati estis, facti estis osores cleri. *Sturmius* non negabat: immo, si uoluissem, inquiens, potuissem sane satis opimas habere praebendas. *Ecc.* Quid facietis cum hisce nihili hominibus, quos huc adduxistis. Ego unus disputabo cum omnibus et ita conuincam, ut ne hiscere quidem possint. Quod si uos et alios similes uobis possemus ad nos retrahere, o quam facile istos nebulones abigeremus! *Sturm.* Clamoribus credo et conuitiis poteris aliquid, uerum solidis argumentis non ita. *Ecc.* Quid? Annon agnoscitis, quis sim? Annon legistis disputationes meas Lipsicam, Badensem? Nondum cognoscitis me? *Sturm.* Scio, te esse uirum magnae memoriae. *Ecc.* Vide, uide; non tribuunt mihi nisi memoriam, annon et doctrinam? Sentietis probe, quis et qualisnam sim. *Sturm.* Deinde et multam lectionem et pleraque egregia dona: uerum, quod illis non es melius usus, laudare in te non possum. Fuissent aliqua, si uoluisses illis pro ueritati uti. *Ecc.* Quales quaeso hic habetis theologos, apostatas, scortatores, non coniuges. *Sturm.* Vtique coniuges, quod honestius illis est,

quam

quam si scortatores essent; qualem te ego semper noui et nemo iam ignorat. *Ecc.* Nun wohlan: sentietis probe, confundemini; uidebitis, quos habeatis theologos. Alius quidam, qui aderat et ipse dicebat, D. Heel: ego puto, esse pugnam uerborum non rerum. *Ecc.* Ita profecto: est mera λογομαχία. *Sturm.* Ego uero non sentio, esse pugnam uerborum sed esse pugnam omnium grauissimam in re ad salutem necessaria, quam uos corrupistis et conscientias mortalium uestris figmentis seduxistis. *Ecc.* Quid est, quod uestri dicunt, sola fides, sola fides; ubi hoc didicerunt nebulones uestri? Soll man umb des Articuls willen Land und Leut in Gefahr und Schaden bringen? Sed uester Abgott et Capitaneus Bucerus iam coepit de fide et operibus aliquid aliter loqui. *Sturm.* Cur ergo non obseruatis, quae ille scripsit? *Ecc.* Ego, neque iste? discerem ab isto? Ich wolt das euch GOTTes Marter mit euren Glauben schändete. Wo ihr nit werdet in meinem Glauben sterben, so werdet ihr zum Teufel fahren. *Sturm.* Video te commotum et immodestum. *Ecc.* Quid Capitaneus uester Lutherus, quam ille est modestus? *Sturm.* In summa, ut tandem dissoluamus et concludamus, ego optarem parti uestrae, ut non habeat alios theologos modestiores, quam tu sis, non dubito, quin facile uincamus. *

Ggg

Excerptum aus den Historien von D. Martin Luthers Lehre und Leben durch M. Joh. Mathesium den aeltern beschrieben/ die dreyzehende Predigt _pag._ 148

DIese Zeit im Herbst (im 1540 Jahr) gehet das Gesprech zu Worms an; da kommen von beiden Theilen viele Gelehrten zusammen. Die von Wittenberg ziehen mit des Herrn Doctors (Lutheri) Seegen auch dahin. Ich mache mich schwach, sagt Doctor Luther; so hat unser GOTT viel guter Leute geben, die sein Wort verstehen und dem Gegentheil zu Haubten gewachsen sind. Sie haben mit Schnarchen und Gewalt bisher nichts gewonnen und erhalten; so hat ihre Religion und Lästerung keinen Grund: darum thun sie wie die Kinder dieser Welt, welche klüger sind in ihrer Art zu bösen Sachen, denn die Kinder des Lichtes und der klaren Warheit und weil sie mit Recht, ihren Büchern, Troz und Gewalt nicht können fortkommen, wollen sie nun Lödlein eintragen und auf söhnliche und gefährliche Wege handeln, ob der Verzug etwas bey ihren faulen Sachen thun wollte; weil weltliche Wiz und Vernunft und - - - - - - - - - Bosheit nichts ausrichten kan oder ob mittler Zeit etlicher Augen zugiengen. Ziehet ihr hin im Nahmen GOttes als Gesanden JEsu Christi und halt am einfältigen Wort feste und vergebt unserm HErrn Christo nichts; wie ihrs auch nicht Macht habt. In andern Fällen was zum Glimpf und Einigkeit dienet, lasset es an euch nicht mangeln! Christus mit seinem Geist und Englischen Wächtern wird mit euch seyn und mein Gebet und Seufzer seze ich zu euch, so lang ich lebe. Die Widersacher sind in die Flucht geschlagen und haben

* Haec eadem, quae huc transcripsi, in MSC Frechti Vlmensis Theologi, qui Colloquio Wormatiensi intererat, ad uerbum usque deprehendi: cuius autem MSC communicationem benignissimam Viro perquam reuerendo Schelhornio Fautori nostro inter paucos aestumatissimo debemus.

haben ein bös Gewissen und gehen mit faulen Fischen und geschwinden und vernünftigen Rencken um. Der aber allein weise und klug ist, wird sie in ihrer Klugheit erhaschen und ihre Thorheit iederman offenbaren und sie im kurzen zu schanden machen. Er schläft und schlummert nicht und theilet seinen Geist denen aus, so zu ihm schreyen; der wird euch Mund und Weisheit auch geben, darwider sie nichts beständiges werden aufbringen. Darauf machen sich die von Wittenberg auf den Weg und kommen gen Worms: da liegen die - - - - - - - - - -, so das Licht scheueten, in der Lausch, wollen zu keiner Handlung greifen, schlagen weitläuftige, unbillige und unmögliche Mittel für, welche den unsern in keine Wege anzunehmen waren. Mittler Zeit rüsten sich Christi Diener und Gesanden und theilen der alten Kirchen Doctores unter sich aus und durchsehen sie, damit sie den Papisten auf alle Wege begegnen können. Nach vielfältiger Handlung schleust man, daß iedes Theil einen Gelehrten ausschiesen sollte, die sich öffentlich von den strittigen Artickeln in der Augspurgischen Confession bereden. Die unsern wehlen Herrn Philippum und geben ihm Doctor Creuziger und Musculum zu, die alles aufschreiben sollen, was geredet wird. Der Gegentheil schlägt Doctor Ecken für. Im Anfang des 41ten Jahrs gebt das Gespräch an. Herr Philippus lässet sich hören wie ein theurer und Gottgelehrter Mann und gründet seine Rede so steif auf GOTTes Wort und gute Ursachen, daß Eck darwider nichts standhaftigs aufbringen oder erhalten mag. Wie nun der Widersacher Theil spühren, daß sie mit ihrem Goliath wider den kleinen David und seine Schleudern nichts gewinnen konnten, legt Granvel Kaiserliche Brief auf, daß das Gespräch bis auf den künftigen Reichs-Tag soll aufgeschoben seyn. Denn der Tag war schon ausgeschrieben und Kaiser Carl wollte ihn selber besuchen. Dies war der Abschied und Ende des Gesprächs zu Worms, darinn die unsern viel Lobs bey fremden und grossen Leuten erhielten. Herr Granvel soll gesaget haben: die Protestirenden haben einen Schreiber (Doctor Creuziger meint er) der ist gelehrter als alle Papisten. Denn er erreichet alle Wort im nachschreiben, so Herr Philippus redet, und erinnert ihn darneben, was von Ecken Einrede noch zu wiederlegen wöre. Ich habe die Acta gesehen, welche fein leserlich aus Melanchthonis Munde aufs Papier gebracht waren. Unser Herr Doctor gedacht einer schöner Historien: Eck seye mit einem sehr spizigen eckichten Argument auf die Bahn kommen; wie sich Herr Philippus darauf besinnet und spricht, morgen will ich antworten, sagt Doctor Eck, es ist nicht rühmlich, wenn einer nicht bald und ex tempore antworten kan. Herr Doctor, sagt der bedächtig Mann, ich suche nicht Ehre in diesem Handel sondern die Warheit, morgen, wills GOTT, sollt ihr mich hören.

Exercerptum ex historiis de D. Martini Lutheri doctrina et uita per M. Ioannem Mathesium seniorem descriptis, Concio decima tertia pag. 148

HOc tempore autumnali (anni 1540) colloquium coepit Wormatiense: quo multi ex utraque parte docti conuenerunt. Legatos Vitenbergenses Doctor Lutherus multis prosecutus est diuinae gratiae ominibus et uotis, Agnosco imbecillitatem, inquit Lutherus, meam;

meam: sed tamen multos homines recti animi excitauit Deus, qui uerbum ipsius intelligunt aduersariorumque conatibus resistere possunt. Nihil huc usque comminationibus efficere atque obtinere ualuerunt; quum ipsorum religio fidesque nullo gaudeat fundamento: morem igitur sequuntur filiorum in hoc mundo naturalium, qui secundum indolem suam in rebus malis prudentiores sunt quam filii lucis et ueritatis apertae et quum iure, libris, ui et minis non ad finem peruenire possint, technas struunt et fraudes machinantur uiisque rem aggrediuntur lubricis, si forte mora aliquam rebus exulceratis spem afferre ualeat; quum politica ingenii uis et calliditas malignitasque Christo aduersaria nihil efficiat, aut si forte interiecto tempore hominum quorundam praesentia fato eximatur. Pergite uos in nomine Dei tanquam Legati IEsu Christi et perstate firmiter in uerbo Dei puro et sincero nihilque derogate Domino Christo; quum id uestri iuris non est. Caeteris in casibus, quae ad concordiam et tranquillitatem pertinent, nunquam deficite ex parte uestra. Christus aderit uobis cum Spiritu suo sanctisque angelis measque preces et suspiria, dum uiuo, adiungam uobis. Aduersarii iam in fugam coniecti sunt malaque uruntur conscientia aguntque fraudulenter et insidiose captantque argumenta sophistica. Qui uero solus est sapiens et prudens, is eos deprehendet et aucupabitur in prudentia sua ipsorumque stultitiam in apricum deducet eosque statim ex improuiso in ignominiam praecipites dabit. Non ille dormit aut dormiturit distribuitque Spiritum suum rogantibus et supplicantibus: is uobis dabit facultatem loquendi et sapientiam, cui sese opponere non ualebunt. Inde Vitenbergenses Legati paratum iter aggressi sunt ueneruntque Wormatiam: ibi - - - - - - - - -, qui lucem fugiunt, in insidiis latent, nullum admittere uolunt colloquium, proponunt media longe remota, iniqua et impossibilia, quae nullo modo nostris accipere licebat. Interea Christi Serui et Legati accingunt se ad colloquium doctoresque inter se ueteris ecclesiae partitis uicibus diuiserunt eosque perlustrarunt, ut Pontificiis ubique respondere possent. Varia deinde facta consultatione decernitur, ut singulae partes singulos eligerent theologos, qui de controuersis Augustanae Confessionis articulis publice inter se disceptarent. Nostri elegerunt Dominum Philippum eique adiunxerunt Doctorem Crucigerum et Musculum, qui omnia, quae dicta sunt, calamo excipere debebant. Aduersarii constituebant Eccium Doctorem. Sub initium anni XLI colloquium inchoatur. Philippus ex ore uerba profert diuini eloquii praecone digna suaque rerum argumenta tam firmiter constanterque uerbo diuino rationibusque solidis corroborat, ut non haberet Eccius, quod cum ueritatis applausu obiicere aut retorquere posset. Quum ergo suspicarentur aduersarii, se non posse cum Goliathe contra Dauidis fundam quicquam efficere, litteras Caesaris Granuella proposuit cum mandato, ut colloquium hoc in comitia futura differatur. Dies enim iam comitiorum publicatus est, ad quae Caesar ipse uenire uoluit. Hic igitur finis erat colloquii Wormatiensis, in quo nostri multam nominis famam apud exteros principesque uiros consequebantur. Granuellanus dixisse fertur, Protestantes usos fuisse Notario (Crucigero nimirum Doctore), qui doctior esset omnibus Pontificiis. Nam omnia assecutus est uerba in excipiendo, quae Philippus loquebatur, simulque cum monet de iis, quae ad obiectionem Eccianam pertinent, adhuc refutandis. Vidi acta, quae clare ac distincte in chartam ex ore loquentis Melanchthonis transferebantur. Doctor noster pulcram enarrauit historiam sic: Eccius protulit argumentum spinosum et acutum; quum uero Philippus animo secum reputaret, quid responderet, tandemque diceret, cras respondebo; Doctor Eccius haec uerba reddidit, turpe est non statim et ex tempore respondere. Mi Doctor, prudens inquit uir, non quaero gloriam in hoc negotio sed ueritatem; cras, Deo uolente, me audies.

Hhh

Petrus Paullus Vergerius Episcopus Iustinopolitanus ad Oratores Principum Germaniae, qui Vormatiae conuenerunt de unitate et pace ecclesiae

Labora ficut bonus miles Christi IEsu, Paul. ad Tim.

EGNATIVS

ADmirabere sane scio et dolebis uehementius, tantum uiginti abhinc annos malorum esse inuectum Christianae pietati domesticis quibusdam insidiis, ut interdum uix tibi satis constet, quid fugias quidue sequare. Qua quidem in re fortasse ignoscere tibi poteram: obseruabatur (obuersabatur) uidelicet animo uetus illa constansque a maioribus nostris per manus tradita disciplina, tot ingenia cum uita tum litteris celeberrima, tam diuturna et quamuis saepe insidiis multorum attentata, nunquam tamen labefactata in hunc usque diem ecclesiae res. Contra quis non obstupesceret, Germaniam mille et amplius annos florentem opibus, uiris, armis ueraeque pietatis studio et animorum concordia insignem, mox etiam suo merito maiestate imperii in eam gentem translati, nuper uero liberalioribus studiis etiam instructam hoc ipso tempore ita multa in hac ipsa ecclesia commutasse, ita multa inuertisse et iam totam ardere intestinis dissidiis? At immortali Deo est, cur ingentes gratias agas, qui unum Vergerium Iustinopolitanum Antistitem delegit tot annos in ea gente publico nomine uersatum, qui re plane perspecta et cognita procul ab omni ambitione et inuidia totius negocii seriem breui lucubratione ad Germaniae Principum Oratores et duobus libris ad Christianissimum Gallorum Regem nudam quidem illam et ueram et grauem simplici orationis filo conscripserit; huic titulus est de unitate et pace, illis de periculis et remediis ecclesiae. Tibi omnino satisfaciet. Scripsit enim non gloriae laudisque appetens sed publicam et Dei caussam agens in gloriam ipsius ex animo propensus, ut iam non modo sententiam ferre tuto possis, unde haec tantorum malorum et dissensionum caussa, sed plane prospicere, quid fugiendum quidue sequendum tibi sit. Quod si forte non ita magna tibi uidebitur in lucubratione orationis copia aut ubertas: cogitare tecum debebis, nunquam in diuinis tractandis rebus maiorem eloquentiam expetitam; quum sacrae res et argumenta satis per se ornata cultaque sint, dummodo sine barbarie scripseris et ueram pietatem ex animo profiteare. Et meo quidem iudicio is noster non potuit in re tam difficili magis apposite nec maiore prudentia loqui; pulcreque conuenit illi tempestati et occasioni, qua per singulas fere domos dissuadenda erat prouincialis synodus, quae magna ecclesiae pestis fuisset familiaris illa et tenuis dicendi forma. Iam te hortor, lector optime, ut haec omnia a Vergerio scripta auide legas, quae exemplo uel (ut uerius dicam) documento esse praecipue poterunt, qua ratione quoue pietatis studio sit intelligenda, agenda, scribenda haec ipsa caussa CHRISTI et ecclesiae tam insignis, tam ardua, tam periculosa. Vtinam, qui litteris intra hosce annos haec ipsa mandarunt, aut non priuatae gloriae studuissent aut rem melius calluissent aut a conuiciis uirulentis penitus temperassent aut Christi gloriam magis quam aliud nescio quid spectassent! Sed et Germanos ipsos meos hoc breui elogio non dubitauerim ita compellare, ut memores auitae contestataeque pietatis, quam sanctam piamque accepere, memores ueteris instituti, memores cum priuatae tum publicae laudis, quam pacis bellique artibus sibi peperere, memores denique tot Principum totque Imperatorum, qui suo sanguine procul a Germaniae finibus falsam pietatem perpetuo constanterque reiecere, nunc etiam maximis periculis admoniti, quae iam nostrum omnium ceruicibus imminent, amplectentur nobiscum

biscum animis ueram concordiam nec finant CHRISTI ecclesiam diffutam et laceratam diutius in tantis periculis uersari. Venetiis Cal. Oct. MDXLII

De

unitate et pace Ecclesiae

Nulla unquam certe grauior causa, nulla ad ueram pietatem certior, nulla hoc difficillimo Reipublicae Christianae tempore magis necessaria prouincia suscipi a uobis potuit, quam quae modo a uobis suscepta est pro Ecclesia, id est, pro IEsu Christi sponsa, quae in magna iactatione periculoque uersatur. Nunc si ad eam iuuandam omnia uestra studia curasque uestras conuertistis: profecto agitis, quod uos decet. Aut enim haec aut nulla est causa, in qua magis necesse sit omnes totius animi et spiritus neruos intendere. Itaque pergite et prorsus toto animo et toto pectore in hanc unam curam incumbite. Ego interea, dum uos uidebo in grauissimis studiis grauissimisque consiliis uersari, agam uobiscum ea potissimum de re, quae uestris oculis atque animis obuersari perpetuo debet et quae horum omnium laborum uestrorum scopus futura sit, de pace atque Ecclesiae unitate. Nam in tanto rerum nostratium turbine exercente per DEVM non modo uestra sed totius nostrae aetatis ingenia pudebat me quidem unum dormire aut ociari. Haec uero, quae nunc scribam, uos sumite in manibus et semel legite, si quando in tantis laboribus paulisper relaxare animum uolueritis. Puto enim, me scripturum pauca quaedam certe Christiana atque ea ualde familiariter et amice, nempe ut soleo in quotidiano uestro conuictu, neque discedam unquam ab illa tum animi mei simplicitate tum dicendi tenuitate, qua utor, si quando uobiscum uersor. Nam ex hoc labore laudem omnino nullam propriam quaero aut certe, si laus a me quaerenda est, pietatis laudem quaeri a me profiteor. Et si quisquam uestrum, ut mea legerit, uoluerit me appellare pacis et concordiae Ecclesiae studiosum: ego uero hanc ipsam appellationem libens amplectar et summam in gloriam DEI, qui mihi solus hoc dedit, ut aliquando agnoscerem, hanc ueram esse laudem, et plane confirmo me toto animo et toto pectore de hac una re cogitare dies noctesque atque illius amore incitatum et inflammatum nunc recurrisse ad uos. Nostis enim omnes, me publico nomine uersatum in hac causa quinquennium fuisse; quum primum Clementis VII, deinde Pauli III Pont. Max. apud uos legationem obirem. Itaque homo, cui haec ipsa causa magnopere cordi est, qui ministerio Episcopi fungor, quem praecipue decet nosse ea, quae aguntur in Ecclesia Dei, qui denique non procul hinc aberam, ita DEO uolente, hoc tempore, quo is uester conuentus instituebatur, uenire huc omnino debui, ubi uiri docti et pii tam frequentes ex tota Germania essetis de Christi causa collocuturi. Atque ubi sciebam, affuturos esse ex Italia et Hispania aliquot uiros eruditione et pietate insignes, an poterat mihi toto uitae cursu meae ulla occasio contingere, qua maiore meo commodo multa discere potuissem ex his, quae tum ad defendendam Ecclesiae pacem, tum ad aeternam salutem et uitam consequendam pertinerent? Sed ad rem. Satis enim puto esse probatam rationem profectionis ad uos meae. Quod superiore anno Francfordiae quodque paucis ante mensibus Haganoae inter Principes et Status Imperii atque adeo Caroli V Imp. Augusti auctoritate consensum et constitutum est, scimus, omnes uos modo hic esse acturos, h. est, collocuturos inter uos de negotio religionis, in qua multae magnaeque controuersiae ortae sunt, praecipue uero articulos omnes, quos continet Confessio et Apologia Augustae edita excussuros et denique quaesituros esse diligenter et studiose, qua potissimum uia possit resarciri Ecclesiae concordia. Hoc ipsum scilicet uterque conuentus (de quo dixi) et Caesaris literae, quibus is conuentus indictus est, uobis iniunxere. Magnum uero onus et, quo nullum potest esse maius aut grauius tota hac aetate neque (ut

initio dixi) magis necessarium et prorsus dignum uestra prudentia, sperantque omnes boni, fore, ut rem dignam agatis uestra uirtute, praesertim uero uos omnia sincere esse tractaturos unitatisque et pacis Ecclesiae et gloriae Dei rationem inprimis habituros, tum etiam intra fines mandati summa fide et modestia permansuros et ad summum nihil acturos esse aliud, quam ut uiam ipsam pacis et concordiae inuestigetis, quam in Comitiis imperii, quae paullo post Ratisponae agentur, una cum tota uestra disceptatione sitis indicaturi. Iam hic pauca quaedam habeo, quae incipiam dicere. Fratres, causam Christi et Ecclesiae in manibus sumsistis: primum cogitatote, uos ipsum corpus Christi et ipsummet caput Christum sumsisse in manibus; itaque in eo contrectando res ipsa clamat me tacente, quanta uos oporteat esse animi moderatione, quanta munditia, quanta puritate et quam religiose, quam reuerenter agendum sit. Nihil hic amplius dico: mementote et meditatione crebra animo uestro reuoluite, uos modo contrectare uniuersa membra et caput IEsu Christi filii Dei uiui, conditoris omnium rerum, eius, qui aliquando uicissim laturus sit horrendum illud iustumque iudicium de tota uita uestra deque omnibus actionibus uestris. Deinde illud in animo habetote, hominem esse creaturam Dei et propterea non posse ex se ipso quicquam statuere de rebus, quae ad creatorem ipsum pertinent et ad IEsum Christum eius filium atque haeredem, fidem uero, quae nobis et iustificationem et salutem praestat, donum esse ipsius creatoris Dei, uitam aeternam esse ipsam haereditatem, quam promisit diligentibus se, Ecclesiam sponsam esse Christi, ergo nulla uestra humana sapientia nullaque uestra doctrina, quantum uelitis magna, posse uos de fide, de haereditate nostra, de sponsa Christi differere et quippiam boni statuere, nisi uobiscum sit auctor fidei, dominus haereditatis, sponsus ipse. Quamobrem efficite, ut omnis spes uestra et ratio et cogitatio pendeat ab illo, qui est Deus pacis et solus potest facere utraque unum. Nam si forte uestra consilia rationesque uestrae aliunde pependerint et uersando in causa Christi animo uolueritis ea, quae suadet caro et sanguis: omnino in cassum laborabitis et neque animarum saluti neque ullis quidem uestris commodis recte consulueritis. Nostis, quis dixerit, sine me nihil potestis facere, et, omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur. Iterum dico id, quod perpetuo oportet infixum esse in animis uestris; omnis spes uestra et ratio et cogitatio pendeat a Deo et non humana sed caelestia spectate. Hoc fundamento in ipso angulari lapide, qui est Christus, iacto et stabilito progrediar paulo ulterius. Sunt nonnulli uestrum, qui soletis saepe queri, multa irrepsisse in Ecclesiam uitia: itaque flagitatis, ea tolli emendarique oportere et ipsam Ecclesiam restitui ad ueterem quandam puritatem et normam. Video uero, conuenire nos uobiscum primo uerborum sono: quando agitis de tollendis uitiis et de Ecclesia repurganda sed de interpretatione huius uerbi *uitia* minime conuenire. Nos enim auaritiam, superbiam, crudelitatem, intemperantiam et reliquas id genus prauitates et turpitudines morum uitia appellamus, praeterea doctrinarum et bonarum institutionum transgressiones et corruptiones, alio autem uiciniore uocabulo haec postrema etiam abusus uocamus. Vos uero animaduerto uitia solere appellare non modo haec sed etiam nonnullas institutiones atque doctrinas, quibus iam aliquot saeculis utimur in Ecclesia. Agam uero primum de illis; deinde etiam de istis sed admodum paucis de utrisque. Priora multi boni non negant irrepsisse in quorundam mores. Ita enim solet accidere, ut uitia haereant imbecillitati humanorum ingeniorum modo plura modo pauciora et post illa prima initia atque incunabula Ecclesiae, quibus a sanctissimis Christi discipulis regebatur, uix fuit ulla eius aetas, quae prorsus caruerit abusibus. At danda est opera, ut extirpentur, si quando repullulant. Nemo bonus negat, nemo eos defendit. Et nuper quidem scio ego iam nonnullos

nonnullos abolitos esse et reliquos etiam paullatim purgandos aut certe minus usurpandos: nec sine causa paulatim dico; nam si forte uellemus ferro atque igne saeuitiam exercere, ut uno adeo die ueterem morbum curaremus, omnia exacerbaremus et maiora et fortasse diuturniora et periculosiora uulnera faceremus. Multa uero scitote uidere eos, quos Deus, a quo est omnis potestas, ueluti in alta quadam specula harum rerum humanarum collocauit, ut ciuitates, ut prouincias, ut regna atque imperia, ut denique Ecclesiam et omnes res sacras gubernarent; quae nos non uidemus, qui sumus priuati et non ita uersamur cottidie in publicis rebus administrandis. Fuit nostra aetate in celebri quadam Republica Italiae ciuis, qui priuata uita contentus magistratus recusaret, interdum etiam eos reprehenderet, qui Rempublicam administrabant. Ego (dicere solebat) si consul hoc anno fuissem: non id fecissem, quod noster consul egit; alia ego uia rem fuissem aggressus aliaque ratione et consilio eam uobis confecissem. In primis uero mores multorum ciuium tam deprauatos ferre non potuissem neque eos ego ita cunctando et negligenter, ut ille fecit, correxissem, etiam si eiiciendi fuissent in exilium uno adeo die omnes, quotquot sunt ciues in Republica. Multi ex illis, qui ita reprehendebantur, quum essent magna in rebus agendis prudentia, impulerunt hominem, ut magistratum aliquando susciperet, suscepit. Ecce, dum Rempublicam gerit, facit ipse saepe eadem, quae priuatus reprehendere solitus erat in suis ciuibus; praecipue uero matura quadam cunctatione moderationeque et lenitate utebatur, si quando de emendandis totius ciuitatis moribus ageretur. Itaque quum hoc illi obiiceretur, respondit: ego ante hoc tempus domi sedebam priuato atque humili in loco neque poteram uidere ea, quae uos uidebatis ex ipso magistratu et quae nunc ego uideo, postquam conscendi in hunc altum et publicum ciuitatis gradum. Quod si quis fateatur, in ciuili societate, quum agitur de sanandis corruptis ciuium moribus, magna quadam tum lenitate tum prudentia agi oportere et expectandum, ut ipsa dies molliat nonnullas difficultates: hunc profecto necesse est fateri, idem fere in Ecclesia Dei oportere agi, quam magnopere decet uti lenitate, clementia, patientia, charitate, ut animas Christi lucrifaciamus sine ulla seditione ac periculo. Quanquam fateor, nos multo rectius fuisse facturos: si una adeo hora, non modo die omnia amputauissemus, quae Christi gloriam impediunt, utinamque essemus tam robusti. Sed per eius nomen et sanguinem uos obtestor, date aliquid nostrae imbecillitati, date, ut paulatim abiiciamus, si quae paulatim irrepserunt indigna Christi imitatione et doctrina. Ad summam quod ad haec uitia atque ad hos abusus resecandos attinet, hoc uero scitote non prorsus contemni; laboratur enim in ea re et resecabuntur ii quidem (ut ego quidem spero). Annon cernitis, quam multas et magnas piorum ingeniorum scintillas nostris temporibus Deus exsuscitauerit? quorum aliquam partem Romanae Ecclesiae nuper immiserit, aliquam uero sparserit, ut seorsim suas dioeceses, si qui sunt Episcopi, per se ipsi regerent uerboque et exemplo prodessent, quod omnes boni fatentur esse proprium et necessarium munus Episcoporun (atque hoc inprimis modo agitur, ut omnes ad nostram stationem et custodiam reuocemur) et, qui non essent Episcopi neque ullam curam gererent animarum, interea tamen boni uiri et Christi amore incensi, qui iam sunt multi, ii uersando hic et illic de eorum igne ignem accenderent in cordibus aliorum. Ne putetis, hoc Deum frustra agere: ipse est omnino ignis consumens, quod Paulus dixit, et prorsus speretis fore, ut ex his fauillis magna propediem lumina accendantur, quae expellant et consumant tenebras et noctem Ecclesiae. Quapropter in hoc uestro colloquio putate esse quaerenda ea, quae maiora sunt, et iam exigua uos de abusibus cura solicitet. Nunc uenio ad alteram partem, hoc est, ad eas doctrinas atque institutiones, quae aliquibus uestrum uitiosae

ciosae uidentur in Ecclesia Dei. Ego si in hac mea ualde familiari collocutione (ita enim eam appello non orationem; nam profecto nihil minus hic agere constitui, quam oratorem) hoc mihi sumerem, ut homo non uocatus sententiam apud uos dicerem et quasi anteuerterem: possem multis nominibus reprehendi. Itaque sententiam meam de illis modo non audebo dicere: sed audite, quid sim dicturus. Confessio et Apologia, de qua dixi, primum articulum continet de Deo trino et uno atque de uniuersa natura et essentia diuina. Is non est in controuersia. Nam Theologi Principum Protestantium nunquam attigistis ea, quae spectant ad principia et substantiam diuinitatis. Verum ubi uentum fuerit ad alterum articulum, id est, ad materiam peccati originis, quae nonnullos graues articulos secum trahit nonnihil cum eo implicitos et cohaerentes natura; deinde ubi etiam ad alios erit uentum, qui consequuntur, et eos hic nominare non est operae pretium, primum infixum in animo habetote, quod hoc tempus atque iste locus non poscit sibi spectacula ullius logomachiae neque etiam poscit, ut prodeatis in quandam ueluti scaenam ad ostentandam acrimoniam uestrorum ingeniorum, uim uestrae eloquentiae, diuitias uestrae doctrinae, memoriam rerum plurimarum. Res omnino grauis et nimis seria agenda est. Itaque procul exulet a uestro consessu tum omnis uerborum pugna tum omnis inanis ostentatio. Deinde mementote, magnam partem earum ipsarum doctrinarum et institutionum, de quibus agitur in illa ipsa Confessione et Apologia et de quibus modo inter uos acturi estis, ante haec tempora multa grauissimorum hominum ingenia exercuisse, et datote operam, ut illa ipsa ueterum ingenia et iudicia non omnino contemnatis. Certe enim tum docti tum boni uiri fuerunt et fortasse meliores, quam nos sumus. Neque tam facile existimetis, eos a toto scopo penitus aberrasse et gratia Dei, quae illuminat bonas mentes, prorsus fuisse destitutos, eo praesertim tempore, quo nulla priuata inuidia, nullis simultatibus agitati non solus hominibus illius aetatis sed toti posteritati tractauere causam Ecclesiae et animarum. Potuit sequens aetas paulatim et per occasionem tulisse inter bonas doctrinas abusus et superstitiones nonnullas. Eas uero, quotquot sunt, censeo a stirpe esse eruendas et purgandum esse lolio triticum; sed diligenter primas ipsas institutiones omnemque earum uim ac pietatem consideratote, quae certe bona initia habuerunt, et rationem habendam putatote illorum bonorum hominum maiorum nostrorum, qui iam circiter mille annis eas aut inuexerunt (si modo illi ipsi ullas inuexerunt et non potius acceperunt omnia ex manu eorum, qui ante ipsos fuerunt, et nonnulla etiam ex ipsis pene manibus Apostolorum) aut tractauerunt et docuerunt in Ecclesia et domo Dei, cui aut nunquam defuit paracletus Spiritus Sanctus aut Christum, qui fuit summa ueritas, mendacem appellare oportebit. At censeat quis fuisse inuectas sine ulla auctoritate uerbi Dei. Hoc non facile est pronuntiare et affirmare de illis uiris, qui non modo toto uitae cursu fuerunt in ipso Euangelio uersati sed qui magna in Deum pietate, magna innocentia et sanctitate uitae fuerunt. Sed quaero a uobis. Si forte IEsus Christus in Euangelio non prorsus illas ipsas institutiones tradidisset neque ipsi quidem Apostoli (uos enim Theologi protestantes soletis fere omnia respuere, quae neque Christus neque discipuli eius aperte docuere): an eas remouendas esse ab Ecclesia existimaretis, etiam si essent consentaneae diuinae Scripturae et accommodatae atque utiles ad charitatem et pietatem alendam et ad bonum ordinem et politiam Ecclesiae conseruandam? Neminem puto esse ex omnibus uobis, qui ausurus sit respondere, eas (si huiusmodi sint) remoueri oportere. At si quis respondeat, eas non esse Scripturae consentaneas aut huiusmodi, quae nostram in Deum pietatem possint commode exercere et alere et politiam Ecclesiae conseruare. Ego hic rursum querar nimium superbe contemni a uobis iudicia, doctrinam et sancti-

tatem

tatem uitae illorum ſanctiſſimorum hominum, qui eas ad nos transmiſerunt. Noſtrae aetati ego quidem multum tribuo; magnum enim prouentum ingeniorum attulit: ſed adhuc uideo, nos longo interuallo abeſſe ab illa innocentia et ſimplicitate uitae et a zelo illo in Deum, quo fuerunt illi ipſi maiores noſtri, et nondum eſſe ita radicatos in charitate eius, quemadmodum illi fuerunt, utinamque nos in praeſentia eſſemus. Iam quod ad iſtas inſtitutiones et doctrinas attinet, uos moueat tum auctoritas illorum, quos dixi, tum nonnihil uſus et conſenſus multorum non dico annorum ſed ſaeculorum, a quo non facile recedendum eſt; tum etiam cogitatote, agi nunc de pace et concordia Eccleſiae, quae tantopere neceſſaria eſt non dico ad rem familiarem, ſed ad uitam, ſed ad libertatem, ſed ad bonam famam tuendam et, quod maximum omnium eſt, ad animas ſaluandas, et interpretanda in mitiorem partem nonnulla eſſe atque in eam partem, quae ſit futura commodatior ad tollenda diſſidia atque odia, non modo ob pacem totius nationis ueſtrae ſed etiam ob publicam totius Reipublicae Chriſtianae commoditatem et ingentem neceſſitatem. Locus poſceret, ut ſubiicerem exempla et rem, de qua nunc coepi diſſerere, magis aperirem. Nam doctrinarum et inſtitutionum, quas nos cuſtodimus, ueſtrum uero aliqui abiecerunt, non eſt omnium una ratio; aliae enim ſunt magis, aliae minus piae, aliae plus, aliae minus alunt fidem et pietatem in Deum, aliae ſunt fere recens natae, aliae antiquiores et ſolidiores. Itaque erat dicendum, de quibus demum doctrinis et inſtitutionibus nunc intelligebam *(forte legendum, intelligam)* et quam interpretationem conſeam eſſe agendam. Poſceret, inquam, locus, ut hoc facerem: ſed dixi paulo ante, me non auſurum attingere hanc diſputationem, quae tota ueſtra nunc facta eſt; eam itaque de induſtria omitto et proſequar (ut coepi) aliis in rebus uerſando, dum ille ueniat optatiſſimus concilii dies, quo liceat tum mihi (quanquam omnium minimo et abortiuo) tum reliquis aliarum nationum hominibus dicere de ſingulis articulis, quid ſentiamus. Haec uero omnia, quae attigi, dum inter uos agitis, etiam atque etiam diligenter inſpicientes uidetote, ne forte reddatis nobis maiorem plagam Eccleſiae neue eam forte laceretis adhuc in plures partes. Faceſſant procul, ſi qua ſunt inter uos ſtudia partium et priuatae ueſtrorum Principum aut ueſtrae contentiones ſuccedatque animorum reconciliatio et deſiderium pacis ac gloriae Dei noſtri et plane mutuus quidam amor, ita, ut ſe utraque pars alteri accommodet; unde illa accedat συγκατάθεσις, quam nos conſenſionem appellaremus. Ad ſummum meminiſſe debetis, Eccleſiam eſſe ſicuti ſponſam, ita corpus Chriſti et nos omnes, qui Chriſti cohaeredes ſumus, membra inuicem eſſe huius corporis, omnino de carne eius et de oſſibus eius, ut ait Paullus. Itaque oportere eam unam eſſe et unum corpus: alioquin magna iniuria fieret capiti noſtro Chriſto, ſi ab eo totoque reliquo corpore pars aliqua abſcinderetur: multo uero maior, ſi in plures partes ea portio ſecaretur. Nunc reliquum eſt, ut paucis agam de ſynodo: nam magnopere hoc arbitror pertinere ad cauſam noſtram. Incipite a temporibus usque illius florentiſſimae Eccleſiae, in qua Apoſtoli IEſu Chriſti recens natum Euangelium docuere et deſcendite per omnes aetates luſtrando ratione atque animo omnia, quae geſta ſunt in Eccleſia, ſi, quando legetis, ortas eſſe ullas de fide et de religione controuerſias, confeſtim etiam legetis, itum eſſe ad ſynodum etiam in illis ipſis Apoſtolorum temporibus. Ea ſemper uiſa eſt non modo hominibus ſapientibus ſed Spiritui Sancto maxime opportuna medicina diſcordiis et tumultibus Eccleſiae ſedandis, odiis extinguendis, ueritati patefaciendae, et patefactam atque illuſtratam eam fuiſſe, conſopitos tumultus, reſtincta odia, res denique omnino compoſitas Synodo ſaepe legimus. Illic enim abundantius, quam alibi effundit ſe charitas et ſapientia Dei in cordibus hominum. Quare, quum haec ita ſe habeant: cur non damus ope-

ram unanimes, ut haec Synodus ſacroſancta cogatur primo quoque tempore. Ibi proprius locus eſt, in quo uiri delecti, pacis amantes, pii, docti et prudentes non ex una aut altera ſed ex omnibus nationibus et regnis agant de fidei et religionis cauſa; ea namque communis eſt nationum et populorum omnium renatorum in Chriſto per Baptiſmum et Spiritum Sanctum. Quanquam enim Germania ueſtra nunc magis plena ſit diſſenſionibus et periculis, quam aliqua ulla natio: tamen maximopere conducet ad pietatem totius Reipublicae Chriſtianae et fidem Chriſti Eccleſiamque conſtabiliendam; ſi oecumenica Synodus celebretur, in qua et Germaniae res aliquando componantur, ne in aliquod maius malum prolabantur et reliquae nationes in officio contineantur, ne in easdem diuiſiones eademque pericula prouoluantur. Haec uero tanta commoda nunquam conſequeremur ex Synodo, quae forte priuata ueſtrae nationis inſtitueretur. Nam, quaeſo, quae futura eſſet uel unio uel ſecuritas Eccleſiae aut quae inter Chriſtianos populos concordia et beniuolentia, quae denique gloria IEſu Chriſti; ſi quid uos ſoli inter uos de cauſa fidei conſtitueretis, quod neque Gallia neque Italia neque Hiſpania eſſet receptura? Procul dubio enim nulla ex his nationibus quicquam recipiet, quod non fuerit in Synodo oecumenica explicatum ſimul et communi concilio diffinitum. Itaque prorſus ſoli maneretis cum ueſtro hoc Germanico concilio diuiſi ab reliquis omnibus nationibus cum magna illarum deſpectione et iniuria. Puto autem ego quidem Caeſaris conſilium huc ſpectaſſe, ut poſt hanc ueſtram collocutionem et poſt peracta comitia Ratisponae ea oecumenica cogeretur. Voluit ſcilicet Princeps ſapientiſſimus, ut interea rem inter uos erudiretis atque ut ueſtri animi, qui propter diuturnas contentiones erant pauxillum exacerbati et diuiſi, inciperent mitigari et coaleſcere in unum; ſi de cauſa Chriſti, qui eſt conciliatio et pax noſtra, ultro citroque uerba inter uos habuiſſetis. Atque hic rurſus uos moneo diligenter homo, qui uos habeo omnes fratrum loco, ut prorſus exuatis ueteres illas contentiones, ſi quae reliquae ſunt, et induatis arma concordiae, arma pacis, arma charitatis. Hoc uos decet agere; ſiue priuatam totius uitae ueſtrae commoditatem, ſecuritatem, laudem et animae ſalutem ſpectetis, ſiue totius ueſtrae laudatiſſimae nationis concordiam, tranquillitatem, gloriam, ſalutem animarum, ſiue Chriſti et catholicae Eccleſiae unitatem et pacem. Sed redeo ad Synodum. Dicebam modo, me quidem exiſtimare Carolum V Imperatorem de ea re meditari et hos conuentus praemittendos putauiſſe ueluti praecurſores (ut ita dicam) Synodi: Caeſarem uero quum dico, ſemper una Ferdinandum Rom. Regem intelligo; nam is habet omnia conſilia cum fratre coniunctiſſima, Rex inſignis innocentia uitae et pietate in Deum. Nunc addo, Franciſcum Chriſtianiſſimum Gallorum Regem pacis Eccleſiae longe amantiſſimum et ſtudioſiſſimum illum ipſum diem, quo Synodus oecumenica aliquando celebretur, auidiſſime expectare multum adeo pro ueſtra ſecuritate et ſalute. Dixerit quiſpiam: Synodum quidem ipſam ſemper optauimus et nunc optamus in primis, ſed eam Chriſtianam et liberam, id eſt, illis conditionibus, quas tute ſcis, qui eam totam cauſam apud nos aliquando egiſti. Fratres, ſi uos zelus domus Dei uere nunc comedit: per ipſam uos domum Dei obteſtor, ne putetis, Synodi negotium ullis conditionibus implicandum et remorandum eſſe; nam interea impeditis et remoramini praeſentiſſimum remedium maximorum periculorum et malorum ueſtrorum. Quin potius reiicite in tempus Synodi iam coactae totam illam ueſtram diſputationem tum de iudicibus Synodi, tum quantum ſit tribuendum in ipſa Synodo auctoritati reliquarum ſynodorum. Illic enim Spiritus Sanctus docebit nos, quid agere pro Chriſti gloria et eius catholicae Eccleſiae ſecuritate oporteat ueſtraque conſilia et iudicia concordabit et coniunget cum noſtris et noſtra cum ueſtris. Vos modo inducite in animum, Synodum eſſe

uobis

uobis maxime necessariam eamque omnes, qui uobis et Reipublicae Christianae bene uolunt, cupere celebrari. Et id cauetote, ne possimus aliquando non modo suspicari sed plane affirmare, uos parum confisos causae uestrae Synodi oecumenicae iudicia defugere: quod sentire procul dubio et asserere compellemur; si uiderimus, uelle uos aut Germanicam praeferre aut de ipsius oecumenicae conditionibus litigare multo ante quam ad eam descendatis. Iam, qui sit status rerum uestrarum, nemo melius uidet, quam uos: itaque non est opus, ut proferam uobis rationes periculorum uestrorum. Saepe enim soletis queri, multa uobis impendere interea, dum uestra fortissima et bellicosissima natio usque adeo in causa religionis diuisa est. Prudenter uero timetis: namque imminent profecto uobis teterrimae calamitates et pericula atque ea magna et propinqua. Timenda sunt enim uobis ciuilia atque intestina bella: quae quam grauia et calamitosa sint, potuistis iudicare; quum ante paucos annos ea uideretis geri inter uos, nata scilicet ex uestris in causa Christi discordiis, eo potissimum tempore, quo diabolus et furiae omnes ex agris ad arma euocauerant illas innumerabiles turmas rusticorum anhelantium ad opes et ad praedam uestrorum ciuium, uestrorum sacerdotum, uestrorum Principum. Quantas demum strages et calamitates in uestra capita redundaturas tunc fuissetis ab illo hominum genere uisuri, qui aliquibus in rebus non fuerant longe dissimiles feritati belluarum: nisi Deus ostenso et statim sublato periculo, ut uos paterna sua clementia a discordia, quae tunc erat fons et origo totius mali, ad concordiam reuocaret, cohibuisset crudelitatem et impietatem illam post natos homines periculosissimam. Vidimus enim, uidimus passim uastari urique agros, nulli aetati, nulli ordini, nulli dignitati ueniam dari, in omnes uno eodemque furore saeuiri, non sacris, non profanis parci, unam nobilitatem uestram peti, ius omne in armis esse. Deinde timenda sunt arma exterarum gentium: namque hae obseruabunt (atque, ut uerius dicam, iam nunc obseruant) progressum uestrarum dissensionum et uos inuadent eo potissimum tempore, quo eas uidebunt magis ardere, aut forte expectaturi sunt occasionem, qua uideant magnam partem patriae uestrae armis ciuilibus confossam et debilitatam, et tunc irrumpent praecipites atque effrenati cum ingenti illa, qua solent, ferocitate et potentia, ut reliquias opprimant. Deus meliora et prorsus auerte omen. Haec pericula petinent ad uestras fortunas, ad patriam, ad libertatem, ad uitam uestram, ad uxores et liberos uestros; sed interea alia etiam imminent multo atrociora, nempe animarum. Meminisse enim uos oportet, ex istis discordiis contentionibusque uestris prodiisse homines, qui uerum cibum uerumque potum et nutrimentum animarum nostrarum, quo nihil habemus in uita suauius, nihil pretiosius, nihil diuinius sublatum ab Ecclesia esse uoluerunt, h. e, qui palam negauerunt, in Eucharistia uerum esse sanguinem et corpus uerum IEsu Christi. Eam uero sententiam scitis perualisse in maximas quasdam Germaniae ciuitates neque unam aut alteram sed in plurimas atque etiam in maiorem partem fortissimarum illarum ciuitatum et prouinciarum, quas Heluetii tenent, et Cantones uulgo appellant. Vtinamque uerum id sit, quod nuper a uobis audiui, aliquot uiros doctos, qui aliquandiu in eo errore uersati fuerant, ab eo recessisse et nobiscum iam sentire et aliud in illis ipsis ciuitatibus et prouinciis coepisse docere. Praeterea oportet meminisse ex eisdem discordiis exiisse illud impium et furens hominum genus nempe, cuius modo memineram, qui Anabaptistae seu Catabaptistae noua scilicet nomina et monstra appellabantur quique execranda et detestabili impietate ausi sunt negare, quod Deus humanam naturam de Maria susceperit, proh dolor et pudor nostrorum temporum! Ita scilicet paulatim semper in peius ruimus: si Ecclesiam, id est, columnam et firmamentum ueritatis secamus neque eam scissuram statim initio consolidamus, Horret animus, dum mecum reputo,

to , quam multas myriades earum animarum , quas Christus lauit in sanguine suo , Satan nobis rapuerit per occasionem harum duarum sectarum infelicissimarum. Neque est, quod sperare possimus, posse in posterum coerceri aut tolli tam magnam impiorum dogmatum licentiam; semper enim noua monstra renascentur, semper noua arma et nouum sanguinem, semper nouam iacturam multorum millium animarum uisuri sumus ; nisi uestrae discordiae consopiantur et nisi uere unam Ecclesiam constituamus bene firmam, bene munitam et constantem, quae unam doceat (unum enim omnino est necessarium, quod dixit ueritas, ita, ut licere nemini ullo modo possit aliud docere aut sentire). Nam portentosa dogmata, de quibus dixi, non aliunde prodiere nisi ex diuisa et lacerata Ecclesia et ex licentia docendi, quam perditissimus quisque sibi sumebat in ea tanta temporum confusione. Inuitus uero et magno cum dolore commemoraui tum istos Sacramentarios tum nephariam audaciam Anabaptistarum: sed propterea feci, ut ante oculos uestros ponerem grauissimas causas, quae uos stimularent, ut dies noctesque de uestra tam necessaria concordia, id est, de uestra corporis et animae salute cogitaretis. Dicebam ego Synodo oecumenica posse eam commode sarciri : hoc ipsum sentit et monet tota , ut mihi uidetur , Respublica Christiana , omnes prouinciae et nationes, omnes Principes, omnes Reges; sentit denique et monet Spiritus Sanctus. Quare eam Synodum oportet uos meditari, eam Synodum spectare, ad eam Synodum nos exerceamus et paremus omnes. Sed quicquid uel meditamur uel loquimur uel agimus, omnibus quidem in rebus sed praesertim in hoc genere totum referamus in gloriam Dei. Imprimis uero demus operam, ut illum aliquando habeamus placatiorem. Notae uero sunt uictimae, quibus placatur et promeretur Deus, nempe exuendo ueterem hominem et induendo nouum, exuendo uitam non pure hactenus actam, induendo innocentiam. Haec si egerimus: erit nobiscum Dominus Deus noster et ab eo, utpote a perenni fonte omnium bonorum demanabit abunde pro simultate et rixis reconciliatio et amor, pro periculis securitas, pro turbatione tranquillitas, pro labore et bello otium et pax, pro sempiterno exitio, quod fuisset timendum, salus et uita perpetua.

Wormatiae Kal. Ian.
MDXLI

Venetiis per Ioan. Ant. et Petrum
Fratres de Nicolinis de Sabio
Anno Dni MDXLII Mensis Nouembris.

Iii

Ex Diario MSC. Frechti Theologi Vlmensis

d. VIII Nouembr.

TAndem omnibus nobis conuocatis ad Saxonum hospitium, D. Cancellarius Franciscus proposuit, ut iuxta condicta Confessioni et Apologiae staremus et parati essemus, si aduersarii actionem inciperent contra nos; inprimis, si Pontificius Legatus in colloquio aliqua pro se et Sede Romana uenditare uellet, ut cum protestatione et responsione parati essemus atque interea conuentus celebraremus nosque mutuo informantes ad defendendam hanc grauem caussam constantiores et paratiores fieremus. Philippus articulum Iustificationis et Missae pro praecipuis habet.

d. IX Nouembr.

Ad horam VII conuocati sunt in hospitium Saxonum omnes praedicatores 23 scilicet; cui conuentui Cancellarius, D. Franz et D. Goldenstein interfuere. Philippus proposuit,

posuit, qua de re conuenerimus nunc. Priores articulos confessionis non putauit excutiendos esse, etiam articulum de peccato originis existimauit cum sanioribus aduersariis facile posse transigi. Ex peccato Adae esse in humana natura reatum et corruptionem; ille gratis per Christum remittitur, haec manet etiam post regenerationem in carne. Sic iustitia originalis habuit iustitiae imputationem et integram naturam, sic peccatum originis reatum et corruptionem naturae. Formale in peccato est reatus et defectus etiam suum habet formale.

De articulo Iustificationis

Plura sunt dicta. D. Wenceslaus, L. Ambsdorfius et D. Capito iuxta ordinem sessionis suas dixere sententias. Osiander, ut est in Noricorum Epistola, monuit, clare esse singula huius sententiae, *sola fide iustificamur*, expendenda, quid fides, quid iustificamur, quid sola. *De Caesare:* solus Caesar imperat, quum et consiliarios habeat; *opera bona* iustitiae effectus. D. Balthasar de peccato originis et fidei iustitia ex Scholasticis et aliunde tulit testimonia. Natura est ante et post filia irae et rea: non ergo neque antecedentia neque sequentia opera consideranda, si in iudicio Dei constare debemus. Schnepfius monuit, probe expendenda esse opera legis. Scholastici uno aut altero loco Paulli decepti putant, de operibus legis sentiendum esse, si dicatur, absque operibus nos iustificamur, scilicet Epist. Galat. de circumcisione Paullum scripsisse. Sed totum est Paulli consilium et scriptum probe considerandum. Magister in sententiis, *(Lombardus)* fidem pluuiae, uoluntatem terrae et opera fructibus confert. Quomodo citantibus aduersariis nostris locum, si uis ingredi in regnum etc Matth. XIX, 17 et I Cor. XIII, si omnem fidem habuero etc respondendum, praeterea ad locum Lucae VII, multa remissa, quia multum dilexit. Osiander ad posteriorem respondet, quod ad absolutionem pertineat, quasi Christus uoluerit dicere, uos Pharisaei habentes hanc mulierem pro peccatrice, a Deo absolutam et uos absoluite coram Ecclesia. Osiander uerbum Graecum urgebat ἀφέωνται. Non esse temere dictum, *remittantur*, in hortatiuo modo. Osiander etiam locum, *si uis ingredi, etc* cum loco ad Rom. VII contulit, quod legi impossibile merito Christi possibile sit. Dilectio fructus fidei. Adolescens a Christo uocatus ad legem, in qua impossibilitate sua cognita adspiret ad Christum. Osiander etiam locum I Cor. XIII de usu donorum in ecclesia, de uia uitae interpretatus. Non de fide iustificante sed miraculorum locus accipiendus. Caluinus, si uis ingredi etc cum loco in Roman. contulit, si quis facit ea, uiuet in eis. Promissiones legales et euangelicas inter se contulit. Statim enim Paullus legali promissioni, uiuet in eis, subiecit hanc euangelicam, corde creditur etc si credideris, IEsum mortuum et excitatum, uiues. Brentius in caussa iustificationis coram hominibus dixit, non hunc locum eo trahendum, ut, quomodo in iudicio Dei consistendum nobis sit, doceamur istis sed quomodo coram proximo agendum. Quae sibi inuicem subordinata sunt, non pugnant: ita non pugnat, sola fide iustificari nos, et, iusta opera nos facere debemus. Sola fide coram iudicio Dei constare possumus, non operibus. Iudex in iudicio facit iustitiam: ita nos in iudicio Dei fide sola consistentes iuste agimus.

Collatio tertia habita die Martini, qui fuit XI Nouembr.

Post collationem de peccato originis et iustificatione sequitur collatio de Missa, quam Phil. Melanchthon uocabat *neruum Pontificatus.* Si ergo nostra bene confirmata sunt in isto articulo: facile hostium acta diluemus. Inprimis autem confutanda est theatricae Missae applicatio; quae si ruit, et oblatio seu sacrificium et alia Missatica impia ruent. Pugnat

applicatio cum doctrina fidei. Nam quod solius est Christi, hoc ex opere operato tribuitur sacerdoti et quum in Eucharistia aliud sit sacerdotis et aliud laici opus, est unus et idem usus Eucharistiae quoad sacerdotem et laicum. Nouus cultus praeter aut contra uerbum Dei non est instituendus. Sed applicatio uerbum Dei non habet; ergo reiicienda. Applicatio uerbo fit, quod uerbum fides arripit. Vt reconciliatio uerbo credito fit: ita uera in Eucharistia adplicatio uerbo Dei per fidem apprehenso fit. Sic *Bucerus* et *Caluinus* de applicatione differebant.

Quarta collatio altero Martini, qui XII Nouembr. habita.

De oblatione et sacrificio ceremoniali. Omni saeculo fuit, propter aliquod ceremoniale, sacrificium, quod etiam aliis adplicabatur rebus et in Nouo Testamento fieri debuit. Solummodo in Veteri Testamento figurae et typi ac umbrae; in Nouo uero corpus Christi et ueritas. Non ergo opus est ceremoniali et externo aliquo sacrificio, quod aliis adplicetur; nisi de sacrificiis nostrorum corporum, de nostris bonis in usum pauperum dandis intelligas. Osiander adferebat, quomodo ueterum sententia esset, panem et uinum in liturgia oblata esse Christo, ut ipse ista grata haberet, praeterea neque in Basilio neque in aliis legi, post consecrationem aliquid oblatum in Missa sed ante consecrationem mentio oblationis fit non Papisticae sed ut dictum supra est. Christus in prima Coena non sacrificauit: ergo nec nos sacrificare debemus. In lege minores sacerdotes non sacrificabant, summo Sacerdote offerente. Ergo et nos minores sacerdotes sacrificare non debemus; postquam summus noster Sacerdos sacrificauit semel se ipsum. Scilicet haec erat Brentii ratiocinatio. Sic et ista: Littera occidit; sacrificii opus operatum in Missa est littera, ergo occidit. Philippus dicebat. Videntur hic pro se originem et ceteros Patres dicentes in Veteri Testamento sacrificia prospexisse in futurum Christum, non uero sacrificium respicere ad praeteritam Christi mortem, illius habere memoriam et hanc opinionem, quoniam plausibilis est et commendatur opinione Patrum, seruabit integram, ubi ad concilium uentum fuerit: at ista oblatio non est a Christo tradita. Sed exhibitio corporis et sanguinis ipsius; ergo non fuit, quod Christus instituit. Capito. Habent plausibilem rationem, cum dicunt, uulgus ceremoniali aliquo sacrificio in officio et religione retinendum esse. In hunc usum rapere Eucharistiam est contra praeceptum: non enim nomen suum Deus ad humana commenta uult usurpari. Non est concedendum, ut Osiander dicebat, licere in ecclesia sacrificia et cultus instituere. Alioquin nihil non nouorum cultuum ex κακοζηλίᾳ in Ecclesiam Pontifex uehet aut retinebit. Ita Osiander putauit, textum in Genes. de Melchisedeko non offerente sed panem proferente distinguendum: qua Rex, ideo fessis Abrahae commilitonibus panem et uinum protulit; qua autem sacerdos, ideo benedixit Abrahae. Philippus putat, illum etiam, antequam ederetur, litasse ex uino more ueteri. Homerici heroes epulantes sic litant. Philippus, uellem etiam apud nos abolitam esse eleuationem, et multi boni uellent, quemadmodum et abolebatur olim. Capito dixerat, ob id illa esse Argentinae abolita, ut non solum per doctrinam ueritatis ipse error impugnaretur, uerum etiam tota illius species tolleretur. Philippus: non est possibile, constituta illa theatrica Missa, ut non sequantur omnes reliqui errores papistici. Quare nullo modo eis concedenda: quum teste Creuziger oblatio inest Missae scenicae, inest institutio noui cultus praeter uerbum Christi, inest discrimen operis sacerdotis

sacerdotis et communionis laicorum, quae tria non possunt concedi. Philippus: si quis se ipsum in baptismo lauaret non posset adplicare suum baptismum aliis? Obiicitur in Corinth. baptismus pro mortuis. Osiander illud, baptizantur, impersonaliter exponebat; warum lässt man sich taufen? Dein pro mortuis idem esse atque על המתי für tode tanquam mortuos et morti destinatos. Haec expositio placebat, Philippo non item

XVII Nouembris

Quinta collatio habita de uotis

Ad hunc conuentum primum uenerunt duo concionatores Ducis Georgii Brandenburgici, ni fallor, Rurerus et Schneeuueis. Philippus proposuit, conferendum esse de uotis, usus isto syllogismo. Omnis idololatricus cultus est tollendus. Totum genus monasticae est cultus idololatricus: quia inuocatio sanctorum, Missatio, opus operatum, annexa sunt uotariis Monachis. Imo et ipsa uota impossibilia, stulta, impia sunt, imposturae merae et res commentitiae

Obiecta ad argumentum cultus electicii

1) Abel obtulit sine mandato Dei et tamen placuit Deo. 2) Iosua contra mandatum Dei ad foedus misit Gabaonitas et iuramentum contra mandatum Dei factum seruauit. 3) in lege probabantur oblationes spontaneae, quae tamen mandatum Dei non habebant. 4) Rechabitae laudantur in Hierem: notum est et uotum Nazaraeorum; quod tamen et ipsum erat liberum. 5) In Euangelio beati dicuntur se ipsos castrantes. 6) Paullus damnat uiduas, quae fracta prima fide adspirabant ad coniugium. D. Wenzel per primam fidem intelligit fidem in Christum et dicit, hunc locum pro nobis facere. Amsdorf: uota sunt improba, stulta, plena imposturis; Monastica obedientia est impostura. *Osiander*: si sunt impia, non debent seruari. Hierem. XLIV taxantur Iudaei et quod impie uouissent et quod praestare uolebant uota. Si parentes filiorum uota rescindere possunt, quanto magis Christus Deus? Quaedam uoueri possunt possibilia sed quia ista uota pro cultu habentur, idololatrica sunt. Abelum putat non absque certo uerbo obtulisse. Philippus non dubitat, cultum illum ab Adamo ipsi Abelo traditum. Quod si uerbum externum non habuit, internum tamen spiritus afflatum habuit. Si obiiciatur Antonius: discernendum est inter personas; Adam fuit Patriarcha et Dux populi, ut Ioannes non legitur uerbo certo iussus baptizare; uerum ipsa uocatio hoc exigebat. Sed sic considerandum est, ut alii dicebant, Ioannem habuisse uerbum. Locus I Tim. V Osiandro uidetur de fide iustificante accipiendus uel idem esse atque fidem Ecclesiae factam fefellerunt, i. e. eam, quam Ecclesiae promiserunt, quod uellent uiduae manere. *Capito.* Arbitratur, summum actum esse in libertate Christiana. *Philipp.* Statuendum est, an ablatis uitiis possit uerus usus Monasticae restitui. Respond. quod non. Exemplum enim in Ecclesia malum est. *Bucerus:* Contra uota, locus in Galat. *state in libertate, qua Christus nos &c.* *In temporariis* si nemo ex illis faceret cultum, sed tamen exerceret animum suum; ego non possem damnare, tum quia nihil hic praecepti habemus, malim et ab istis dehortari; loci ex Scripturis adducti sunt uerbum etsi non iubentis tamen approbantis Dei. I Tim. V intelligitur de fide, contra quam lasciuire incipiebant iuniores uiduae, abeuntes post Satanam. Arbitror ab istis singularibus exemplis non esse ducenda exempla generalia cuiuis adprehendenda. I Tim. V contra illam opinionem est, qua iuniores uiduae intruduntur in monasteria. In uoto Nazaraeorum nihil perpetuum. *Caluinus:* considerandum, quid, quis, cui et quo anno uouerit. Deo nihil placet magis,

quam

quam obedientia. Ergo quum uouere uolumus, maneamus in obedientia Dei. Dein nil uoueamus, quod non sit in potestate nostra, quam Dominus nobis dedit. Adhaec animus uouentis superstitione contaminante omnia uota careat. Tres rationes sunt, quae probari possunt in uotis 1) ut aliquam Deo gratitudinem testemur solenni ritu. Sic Iacob uouit, *Si reduxerit me &c.* Illa gratitudo placet Deo 2) si uolumus castigare nimiam crapulam atque ea ratione uouemus continenriam tanquam ἐκδίκησιν, ultionem; quae ultio Deo placet: habemus enim de illa generale uerbum 3) est quaedam paedagogia, ut si deprehendamus, nos esse nimis desides, possumus uoto pellere desidiam, ut uouendo, hac hora oratio ne negligatur. *Vota uirginitatis* sunt plena temeritatis et audaciae: non est in potestate nostra uirginitas nisi a Deo data. Perinde est, si uoueas, te continentiam seruaturum ac prophetam te fore in Ecclesia. Sicut autem prophetia uocatio singularis est in Ecclesia; sic etiam uirginitas. Non omines capiunt uerbum. *Philipp.* Ecclesia statim initio recepit quosdam Iudaicos ritus: posito casu, quod mulieres uouerant, se seruituras Ecclesiis, sicut illae ad tabernaculum cubantes, ad lauandas uestes sacerdotum, ad uisendos et curandos aegrotos; tamen non est accommodandum exemplum ad uota nostri temporis, quae plena sunt impietatis et idololatriae. Philipp. Patres cogitant, nihil esse admittendum, cuius nullum sit exemplum in ueteri Ecclesia. Nullum tale extare uidetur, quod iam sacerdotes uxores duxerint. Ergo coniugium mulierum, quae sacerdotibus nupserunt, non est admittendum. Respondeo. Sunt exempla. Sexta Synodus Constantinopolitana primum prohibuit. Synodus Laodicena diaconis etiam post ordinationem eorum permittit coniugium. In decreto sacerdotes in orientali Ecclesia matrimonio copulentur; licet glossa torqueat istum locum. Ergo apud Graecos licet sacerdoti iam in officio extanti ducere uxorem. Est de quodam Eupsychio Caesariensi locus in Tripartita

XVIII Nouembr.

VIa collatio de Primatu Papae.

Philipp. Melanchth. Oportet habere firmam aliquam rationem contra hunc primatum. Christi uox non uulgarem ambitionem arguens in suis de maioritate quaerentibus: *uos autem non sic.* Item quum paruulum in medium locaret et arithmeticam aequalitatem, h. e, simplicem inter suos constitueret. Orientales et Graeci nunquam a Papa petiuere suorum Ministrorum confirmationem, qua tamen in re si primatus a Deo esset, non recte fecissent. *Super hanc petram* i. e. super hoc ministerium; sic excluditur locorum et personarum aestimatio et successio. *Capito.* Oportet aduersarios primum probare, Petrum habuisse inter Apostolos Primatum; item, ut demus hoc eis, licet sit infirmum, inde tamen non sequitur, habere in omnibus ecclesiis Christi primatum. *Osiander.* Satis firmum est illud; *uos autem non sic.* De loco Matth. XVI, *Tu es Petrus*, saepe cogitaui et, nisi obstaret Patrum auctoritas, adferrem nouam expositionem, quae semel tolleret omnem primatum Papae. Occurrebat enim ista metaphorae de aedificio domus Dei uarietas, qua aliquando Deus, aliquando Christus quoque aptus architectus dicitur, fundamentum uero quoque Christus, quoque Prophetae et Apostoli et lapides aedificii aliqui sunt articuli doctrinae, aliquando opera credentium. Christus ergo quum suos rogasset ac, ueluti uasa figulina tinnitu solent, interrogatione de filio hominis probasset, dicens: quem uos me esse dicitis? Caeteri autem adhuc tanquam non bene cocti igne tacerent: Petrus respondit bono sonitu:, *tu es Christus filius Dei uiui.* Ad hanc uocem Christus respondit: et ego dico tibi, quod tu es Petrus, h. e, probatae ac uerae in me fidei firmus et bene coctus. Tu eris primus in aedificio Ecclesiae meae

meae lapis, super quem et reliquos struam : quam structuram licet in specie infirmam ipsae tamen infernorum portae non ualebunt subruere et tibi post abitum meum tanquam successori dabo claues regni caelitum &c utomnia nec de fide nec de confessione nec de ministerio sed de Petri persona intelligantur neque sic tamen locus datur primatui Papae. Vt enim in aedificio non est melior primus lapis superiore nec inferior deterior superiore nec quicquam inferior superiori adfert : ita et in eo, quod Petrus ordine primus lapis est, nil habet praerogatiuae auctoritatisque in reliquos Apostolos. Tamen hanc meam sententiam nemini praescribere ausim. *Caluinus.* Maxime probo, quod Christus noluerit ambitionem tantum sed et praefecturam, de qua contendebant Apostoli, uetare in Ecclesia ; quam sic Christiane ordinauit, ut crescat in se. Ad hoc instituit Apostolos, Prophetas, Doctores &c ubi nulla fit primatus mentio. Certum est igitur, quod Christus noluerit illum esse. Sunt alii loci isti similes : postea uellem ad eos locos uenire, in quibus ostenditur, qualiter Apostoli Ecclesiam secundum Christi institutionem administrarint. A Petro exigitur ratio, cur ad uiros praeputium habentes ingressus sit &c et reprehenditur a Paullo ; nihil huius auctoritatis sibi ipsi uendicat. Vocat se in Epistolis suis Conpresbyterum. Paullus uidetur sibi multo plus auctoritatis in Ecclesia usurpare quam Petrus. Dein etiam in ea Ecclesia, quae mox fuit post Apostolorum tempora, possumus ostendere, non fuisse hunc Primatum Papae. Id quod uidere est in primariis conciliis. Cyprianus in Stephanum Romanae Ecclesiae Episcopum grauiter inuehitur. De loco Matth. XVI, *super hanc Petram,* sum contentus reponere Augustinum, *tametsi uariet, in Retract. tamen scriptum corrigit* ; licet Christus tribuat testimonium personae Petri, tribuit tamen illi propter confessionem. Schnepfius. Probet Papa, se esse in Ecclesia primum iure diuino. Non probabit hoc, sic nec successionem probabit. In Ecclesia cantatum : Antiochus et Remus concedunt tibi Petre regni solium, ergo non iure diuino huiuscemodi primatus. Hieronymus quanquam sibi ipsi non constat; tamen in expositione didrachmatis Matth. XVII fortiter repugnat huic primatui. Locus Epistolae ad Galat. non infirmus est ad impugnandum primatum Petri. Nam si Paullus hunc primatum agnouisset : debuisset a Petro ordinari ; quod non factum est. Ita ex isto loco possent duo primatus colligi. Item quidam Canones adtribuunt istum primatum largitioni Constantini. Extat Epistola Hieronymi ad Euagrium, quae aequat Romanum Pontificem aliis Episcopis. *Philippus.* Etiam si iste locus Matth. XVI intelligendus esset de auctoritate Apostolatus Petri : tamen ne sic quidem faceret pro confirmando Romani Episcopi primatu, qui non est Apostolus sed Episcopus ; si tamen est Episcopus et non - - - - - - - -. Detur nobis Apostolus Petrus et obediemus ei.

SEquentes adhuc paginas, quae restant, non melius suppleri posse arbitror, quam si Maecenatis optimi, *iam in praefatione laudati, qui prima mihi dictus et nunc summa dicendus est Camena, honori et memoriae pro ea, qua decet, animi submissione dedicentur. Subiunxi igitur pias quasdam gratulationes* tanto Maecenati, *quum ad Comitia Francofurtana A. R. S. cIↃ IↃ ccXXXXII AVGVSTI CAESARIS inaugurandi caussa instituta cum insignibus imperialibus proficisceretur et inde nouo auctus honore feliciter rediret, demississimi cultus testandi ergo factas. Est autem I) I. P. Roederi G. AE. R. Propempticon II) V. Cl. Christ. Gottl. Schuuarzii, P. P. Epistola gratulandi caussa scripta et III) I. P. Roederi pius applausus in reditum*

I

SIC iam dextra potens DEI,
Sic fortes genii, lucida pectora,
Fatorumque regat Pater,
Obſtrictis gelidi turbinibus mali,
Curſum, EBNERE, tuum precor,
Vt TE, praeſidium ac dulce decus meum,
Bigae, quae ſibi creditum
Debent cum SOCIO *, moenibus arduis
Ad Moeni fluuium ſitis
Reddant TE meritis ac ſenio grauem
Firmo corpore uiuidum
Et ſeruent patriae dimidium meae!
Vt fati metuens ſuum,
Qui trans Carpathii longius aequora
Dulci mittitur a domo,
Votis ominibusque et lacrumis piis
Natum proſequitur parens:
Sic deſideriis icta fidelibus
Mecum patria nunc tuum,
MAECENAS, abitum reſpicit et bonis
TE uerbis comitans uocat.
Fauſto EBNERE, uouet, lumine ſiderum
Mitique auſpicio DEI
Fortunantis abi, quo tua dignitas
Decretumque Patrum iubet,
Quo TE ſumma Virum gratia Principum
Ac uirtus tua TE trahit!
I fauſtis pedibus: ſed melius redi
Optatamque tuae refer
Lucem cum placido CAESARE patriae!
Inſtar ueris enim tuus
Vultus, ſi referas aurea tempora,
Affulget populo et mihi
Muſisque halcyonum proueniunt dies
Ac Soles melius nitent.
Iam iam proſpicio gaudia ciuium,
Queis TE CAESARIS OPTIMI
Primorumque Virum gratia amabili
Mactatum excipient pii.
Iam plauſus uideor iungere plauſibus
Hinc illincque clientium,
Qui TE, ceu placido lumine Caſtora Pollu-

* Viro *nempe* Perilluſtri ac Generoſiſſimo Dom. SIGISM. FRID. BEHAIMIO a Schuuarzbach, Circuli Franconici a Conſiliis bellicis, Reipublicae patriae Septemuiro rerumque militarium Praefecto grauiſſimo

Pollucemque, deum bonum,
    Poſt tot tam uarii nubila temporis
Coniuncto repetent ſono.
    Iam uel praecipue Caſtalidum chorus
Spem laetam reditus tui
    Intra pectus habens TE nitidum nouo
Vultu lucis Apollinem
    Praeſentemque ſuo numine reſpicit.
Sic ergo precibus DEO
    Commendatus abi, res age fortiter
AVGVSTVMque nouum nouis
    Virtutum meritis concilia TIBI!
Sic et plenus honoribus
    Ad noſtram patriam, ſancte Pater, redi!
Sic et publica commoda
    Doctrinasque diu conſilio iuua!
Tunc TE, quod pietas iubet,
    Dignum laude uirum Muſa uetat mori;
Tunc TE lingua potentium
    Vatum diuitibus conſecrat inſulis;
Tunc TE patria ciuitas
    Tollet, nomen uti Graecia Neſtoris
Aut mangni memor Herculis
    Aut iuſtum recolit laudibus Aeacum.
Tales o utinam DEVS
    Praeſtet Teutoniae, Noridos incolis
Muſisque et mihi ferias,
    TE uiuente diu; dicimus integro,
Quum Sol Oceanum fugit,
    Laeti mane die, ueſpere dicimus.

II

NEfas exiſtimo, MAECENAS OPTIME, ſilere in communi laetitia, neque ullo TIBI documento teſtatam facere pietatem meam, cum ad TE, gratulandi ſtudio, iam uniuerſa ſeſe conuertat Respublica. Etenim, ſi quando alias, hoc certe tempore, poſtquam cum auguſtalibus Sacri Imperii inſignibus ad inaugurationem SACRATISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS, CAROLI VII, ablegatus, in luce Imperii res tuas pulcherrime geſſiſti, et IMPERATORI AVGVSTISSIMO, SVMMISQVE IMPERII PRINCIPIBVS PROCERIBVSQVE, dexteritatem tuam omni ex parte approbaſti: uirtutis tuae meritorumque ornamenta pulcherrime elucent, ſimulque MAIORVM TVORVM memoria, poſt tot ſaecula, aucto quaſi uigore, feliciſſime effloreſcit. Quid autem TIBI ſplendidius, et quid ad ſeriſſimam incluti nominis tui memoriam glorioſius, contingere potuiſſet, quam cum a maximo iuſtiſſimoque uirtutum ac meritorum exiſtimatore, CAESARE AVGVSTISSIMO, dignus omnino habereris, qui, una cum tot aliis illuſtriſſimis Comitibus Proceribusque

Index auctorum

Index rerum

Conuentus

Index rerum

Conuentus

Oblatio

